8 - 1 . [illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

IURISPRUDENTIÆ CIVILIS
ELEMENTA

IUXTA INSTITUTIONUM IMPERIALIUM ORDINEM

Una cum quamplurimis Practicis obſervationibus, & Monitis ex deciſionibus præcipue noſtrorum Tribunalium depromptis, & Clauſularum explicatione

AD FORMULARII FLORENTINI ORNATUM

ET NEOTERICORUM TABELLIONUM RUDIMENTUM · NEC NON AD ALIQUAM DEFENSORUM CAUSARUM COMMODITATEM

QUIBUS ACCEDUNT

TRACTATUS DE CENSIBUS · DE CAMBIIS DE CONCURSU CREDITORUM · ET DE DOTE

ELABORATA POTISSIMUM IUXTA PATRIAS VIGENTES LEGES

A I. U. D.

ANT. PHILIPPO MONTELATICI

SACRÆ ACADEMIÆ FLORENTINÆ IUSSU REGIO PUBLICUM INSTITUTIONUM IMPERIALIUM · ET ARTIS NOTARIORUM PROFESSORE

TOM. ALTER

Cui acceſſerunt nonnullæ Animadverſiones, Additioneſque una cum Materiarum Indice locupletiſſimo.

FLORENTIÆ MDCCLXXVIII.

EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA

FACULTATE PUBLICA.

Digitized by Google

INDEX TITULORUM

QUI IN HOC SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR

De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. pag. 1.
De ſucceſſione liberorum. 2
De repræſentatione. 3
De tranſmiſſione. 5
De ſucceſſione Aſcendentium 7
De ſucceſſione Collateralium. 8
De ſucceſſione Coniugum. 10
De ſucceſſione Fiſci. 13
De ſucceſſione Spuriorum, ſeu vulgo Quæſitorum. 14
De bonorum poſſeſſionibus. 15
De Obligationibus 16
De Mulierum obligationibus 18
Notæ ad verb Monduald um. 20
De nullitate. 21
Quibus modis re contrahitur obligatio. Tit. xv. 22
De Mutuo. 23
De Indebito 25
De Commodato. 26
De Precario. 27
De Depoſito. 28
De Sequeſtro 31
De Pignore. 33
In quo differat hypotheca a pignore, & quomodo illa contrahatur. 35
De Cambio, ſeu Permutatione 37
Monita pro Neotericis Tabellionibus. 39. Gabella. ibid.
De verborum obligationibus Tit. xvi. 40
De tranſactione. 43
Monita pro Neotericis Tabellionibus 44 Obſervationes 45
Clauſulæ quæ plerumque apponi ſolent in huiuſmodi Inſtrumentis. 46
De remiſſione iniuriæ, ſive de pace, & tregua. 48
De Compromiſſis. 49
Monita pro Neotericis Tabellionibus. 52
De duobus Reis ſtipulandi. Tit. xvii. 53
De ſtipulatione Servorum Tit. xviii. 54
De ſtipulationum diviſione Tit. xix. 55
De inutilibus ſtipulationibus. Tit. xx. ibid.
De Fideiuſſoribus. Tit. xxi. 57
Ad materiam Fideiuſſionis. 61
Monita pro Neotericis Tabellionibus. 62
Formula ſolidalis obligationis, quomodo concipi ſolet, ſi Fideiuſſor ſolus ſit. ibid.
Explicatio Clauſularum, quæ in hac materia plerumque adhiberi ſolent. 63
De Senatus Conſulto Velleiano. 64

 De

De Literarum obligatione Tit. XXII. 68
De Inſtrumentis publicis, & privatis, & de libris Mercatorum, ac de eorumdem fide. 70
Gabella. = Notæ ad verbum Corredo. 72
Quæ ſit Notariorum poteſtas, & alia. 72
Formula recognitionis manus 75
An Notarius poſſit aliquid omittere in Contractibus, ſeu Inſtrumentis. ibid.
De imbreviatura, & eiuſdem extenſione, & quid importet verbum extendere. 78
An Notarius poſſit in die feriato Inſtrumenta conficere, & incidenter de Feriis. 79
De pactis futuræ ſucceſſionis. 81
Monita pro Neotericis Tabellionibus. 82
De pollicitationibus, & in quo differant a pacto. ibid.
De obligationibus ex conſenſu. Tit. XXIII. 83
De emptione, & venditione. Tit. XXIV. 84
De actione evictionis: quæ aliquando ex hoc Contractu oriri poſſit. 86
Append. ad notas de evictione 88
De extremis in hoc relevationis iudicio probandis. ibid.
De læſione. 89
Monita pro Neotericis Tabellionibus. 91
Quando venditio, ſeu locatio ec. facta intelligatur ad corpus, ſeu ad menſuram. 92
De redhibitoria actione, & quanto minoris. 94
De dolo interveniente in Contractibus ſcienter, ſeu ex propoſito, & animo fraudandi 97
De uſuris, & fructibus, & cauſis, acceſſionibus. 99
De mora. 100
De purgatione moræ. 102
An Promiſſio de vendendo ſit venditio. ibid.
De reſervatione Dominii in contractu emptionis, & venditionis. 104. = Gabella. 106
De præambula hypotheca, ſeu potius de ſpeciali ad uberiorem explicationem rerum præmiſſarum. 106
De verſione pecuniæ probanda in hac ſpecie. 107
Appendix ad præambulam hypothecam. 109. Formula. ibid.
Formula realis appoſitionis præambulæ hypothecæ. 110
Monita pro Neotericis Tabellionibus. ibid.
Obſervanda in venditionibus rerum pupillorum &c. 112
Explicatio clauſularum, quæ apponi plerumque ſolent in contractu venditionis ad ornatum formulæ &c. ibid.
De emptione, & venditione, quæ ſit cum pacto redimendi, ſeu affrancandi. 116
Formula Inſtrumenti venditionis cum pacto reſolutivo ad favorem Venditoris. 117
Gabella. 118
De datione in ſolutum. ibid.
Gabella. 119
De locatione, & conductione. 120.
Bona Eccleſiæ. 122

Re-

Reſtaurum, ſeu penſionis reductio. ibid. Renovatio. 123
Colonia. ibid. Gabella. 124
Monita pro Neotericis Tabellionibus, de ea, quæ obſervanda ſunt in Contractibus locationis, & conductionis. ibid.
De Emphyteuſi. 126
Alienatio. 129
Quænam dicatur cauſa lucrativa, vel oneroſa. 130
Laudemium. 131
Caducitas 132. De renovatione ib.
De ordine ſuccedendi in Emphyteuſi ſecundum eiuſdem naturam, & ſpeciem. 133
An Emphyteuta poſſit deſerere bona emphyteutica, & illa invito Domino renunciare, ſeu licentiare. 134
Monita pro Neotericis Tabellionibus ad ornat. Formul. & pro addit. ad præced. 136
Explicatio nonnullarum clauſularum ad ornat Formular. & Addit. 138
Deciſio in Montis Sancti Savini Reintegrationis. 139
De Feudis. 144. Baronia. 148
De modo tenendo in probatione vitæ, ſeu mortis alicuius. ib.
Formula ſupravviventiæ, ſeu atteſtatio de vita. 149
Depoſitio mortis alicuius ad perpetuam rei memoriam. 150
De quorumdam Contractuum qualitate, & differentia. 151
Ad longum tempus locatio. 152
Emphyteuſis. ib.
Præcariæ. 153
De ſimulatione. ib.
Coniecturæ ſimulationis. 156
Monita pro Neotericis Tabellionibus. 157
Notæ ad verbum Colluſio. 158
De Societate. Tit. XXVI. ibid.
Communio. 159
Appendix ad ſocietatem inter fratres. 160
Diviſio. 161
Imputatio. 162
Ratio dividendi inter ruſticos, & artifices. ibid.
Monita pro Tabellionibus ad Tit. de diviſ. & ad ornatum formulæ diviſionis, ſeu familiæ herciſcundæ. 164
Clauſulæ, ſeu explicatio clauſularum, quæ in hac ſpecie ec. 165
De Accomandita. 167
Sequuntur Leges reſpicientes materiam Accomanditæ. 169
De Mandato. Tit. XXVII. 172
Monita pro Tabellionibus cum explicatione clauſularum ad ornatum formulæ Inſtrumentorum mandati &c. 174
Formula Mandati procuræ duraturæ poſt mortem. 177
De obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſc. Tit. XXVIII. 178
Notæ ad negoc. geſtor. 179
Ad mater. condit. indebiti. 180
Quibus modis tollitur obligatio. Tit. XXX. 181
Notæ ad novationem. 183
Monita pro Neoter. Tabell. 184
De delegatione, & accollo. ibid.
De iurium ceſſione. 185
Gabella. 187
Notæ ad verb. compenſatio. 188
Not. ad §. confuſione. 190
Not. ad verbum oblat. ibid.
De extimationibus, & extimatoribus,

ribus, ſeu de peritis, & de peritiis. ibid.
De menſuris, & ponderibus 193
Miglio, & eius menſura. 194
Piè legale. 195
Miſure de liquidi in Firenze. ib.
Miſura delle granella. 196
Notizie in genere per l'agrimenſura. ibid. Fineſtre &c. ibid.
Alberi = Acqua = Pagliai = e Strade. 198
De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. lib. 4. Tit. I. 199
De vi bonorum raptorum. Titul. II. 203
De Lege Aquilia Tit. III. 204
De Iniuriis. Tit. IV. 205
De obligationibus ex quaſi delicto naſcentibus. Tit. V. 207
De actionibus. Tit. VI. 208
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicatur. Tit. VII. 224
De noxalibus actionibus Titul. VIII. 230
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Tit. IX. ib.
Per quas perſonas agere poſſumus Tit. X. = De ſatisdationibus. Tit. XI. 233
De perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt. Tit. XII. 234
De exceptionibus. Tit. XIII. = De replicationibus Tit. XIV. = De interdictis Tit. XV. 236
Quæ ſint in hoc Iudicio extrema probanda. 238
De remedio Leg. final. Cod. de Edicto Divi Adriani toll. 239
De interdicto quorum legator. ib.
De Salviano interd. 240
Quibus præciſe competat hoc interdictum. 241
De interdictis uti poſſidetis, & utrobi, vel de remediis retinendæ poſſeſſionis. 242
De remediis, ſeu interdictis recuperandæ poſſeſſionis. 243
De poſſeſſione. = Quotuplex ſit poſſeſſio. 245
De pœna temere litigantium. Tit. XVI. = De officio iudicis Tit. XVII. = De publicis Iudiciis Tit. XVIII. 248
De iudiciis civilibus, eorumque qualitate, & differentia. ibid.
Quid ſint Iudices, ac de eorum differentia, & poteſtate. 251
De Actore, ſeu quid ſit Actor 253
De in ius vocando, ſeu de citationibus. 255
De effectibus citationis legitime factæ. 258
De citatione per arreſtum, ſeu perſonale per capturam. 259
De probationibus. 262
De iure iurando, præſtando in materia Iudiciorum. 263
De iuramento in litem, ſeu extimatorio. 264
De iuramento ſuppletorio. 265
De legitimatione, & legitimitate perſonæ in iudiciis probanda, vel facienda. 266
De probatione, quæ ſit per confeſſionem Rei mediante iudiciali iuramento, & quomodo illud deferendum ſit. 267
De Reo, & alia, & de aliis rebus ad eum pertinentibus. 270
De exceptionibus. 272

De

De reconventione. 274
De replicationibus = De Sententia, & eius requiſitis. 275
De remediis contra Sententiam, & Rem iudicatam. 276
Notæ ad materiam Iudicior. 279
Quæ ſententiæ dicantur conformes, ſeu difformes. 281
De executione ſententiæ, & de aliis rebus, materiam executionis reſpicientibus. 282
De Cautela Angeli. 285
Compendium diſceptationis Teorico-practicæ de reductionibus, ſeu diminutionibus pretii vulgo = sbaſſi = vel dationibus in ſolutum faciendis, præcipue in vim rei iudicatæ. 288
Creditor, vel licitator an teneatur ſtare æſtimationi Peritorum. ibid.
Sbaſſi utrum fieri debeant a tota æſtimatione, an vero de ſummis gradatim reductis. 289
An, & quoties in defectum oblatorum bona adiudicantur creditori in ſolutum, fieri poſſit, ac debeat diminutio iuſti pretii, & in qua quantitate. 290
Creditor, & Debitor an, & quando petere poſſint quod bona adiudicentur in ſolutum, non factis sbaſſis extraordinariis, ſive arbitrariis. 291
De Cenſibus Tractat. ibid.
De Cenſu conſignativo. 293
De Cenſu reſervativo. ibid.
De Vitalitio cenſu in ſpecie. 294
De Cenſu perſonali perpetuo, & an licitus ſit. 296
Qui cenſum imponere non poſſint. ibid.
Super quibus bonis poſſit, vel non Cenſus conſtitui. 299
Quibus conditionibus, & pactis Cenſus imponi debeat. 300
An Fideiuſſor in contractu cenſus accedere poſſit. 304
Clauſularum explicatio ad ornatum formulæ Cenſus. 306
De Cambiis Tract. cum addit. 307
De Cambio ſicco. 308
De Cambio reali inter præſentes. 312
De Cambio reali inter abſentes, ſeu per litteras. 313
De Litteris Cambii. 314
De ſolutionibus, & quomodo ſolvi poſſint, & debeant Litteræ Cambii. 315
De Cambio plateali, ſeu nundinali. 317
De iis quæ requiruntur ad ineunda cambia nundinalia ad mentem Pianæ Bullæ. 318
De Cambiis maritimis, ſeu de nautico fœnore. 321
De Aſſecuratione. 322
D ſponſionum contractu, vulgo = Scommeſſe. 323
De trino contractu 324
Explicatio clauſularum, quæ ſolent adhiberi in litteris Cambii, & in negociis mercantilibus, quæ ad clariorem materiæ explanationem vernacula lingua explicantur. 326
Delli Scrocchi &c. 327
Che coſa ſia la Civanza. 329
Del Lecco fermo = Che coſa ſia il Babbo morto = Coſa ſia il Patto riſentito = Del Patto ſtrangolatorio. 330
Coſa ſia tagliare il collo alle

Det-

Dette. 331
Compendio della Legge in materia di ſerocchi, ed altri contratti illeciti de' 3 Ap. 1687. ib.
Compendio di altra Legge nella ſteſſa materia de' 14. Aprile 1545. 333
Compendio della dichiarazione de' 7. Luglio 1687. ibid.
De Avariis &c. 334
De Concurſu creditorum Tractat. 335
De ſeparatione bonorum. 338
De eo qui fecit expenſas pro executione &c. in Iudicio concurſus. 340
De eo qui res ſuas vindicat 341
De eo qui in funus debitoris impendit. 343
De Creditoribus hypothecariis. 345
De Fiſco &c. 349
De Locatore. 350
De prælatione Locatoris in fructibus rei locatæ. ibid.
De prælatione Locatoris ſuper invectis, & illatis. 352
De prælatione pro mercede operarum. 353
De prælatione penſionarii. ibid.
De Dote. 354
De Mutuante ad rem conſervandam. ibid.
De publico Inſtrumento concurrente cum privata ſcriptura. 357
De pluribus concurrentib. quoad pignus prætorium. 358
De eo qui prius ſolvit, quam ille cui dudum fuerat conceſſa hypotheca. ibid.
De Creditore ex vi iuris offerendi. 359
De privilegiatis hypothecariis diverſi temporis. 361
De hypothecariis eiuſdem temporis etiam dubii, & de eorumdem potioritate ibid.
De privilegiariis 362
De Chirographariis. 363
Quando præferatur Chirographarius alteri Chirographario 364
De cautionibus præſtandis ab iis qui in concurſu creditorum ſolutionem recipiunt de pretio bonorum debitoris decocti. 366
Formula hic traditur vernacula lingua ceſſionis iurium, & confeſſionis de recepto facienda cum cautione reſtituendi a Creditore, cui ſolvitur de pretio bonorum Debitoris decocti. 369.
Explicatio clauſularum, quæ adhibentur in hac ſpecie ad ornatum formulæ. 370
De effectibus obligationis, ſeu cautionis de reſtituendo ſupra recenſitæ. 374
De bonorum ceſſione, concordia &c. 375
Concordia. 377
De dote Tractat. 379
De dotis qualitate, & differentia. 380
An dos conſiſtens in pecunia, vel alia re poſſit poſt contractum matrimonium in aliis bonis commutari. 386
Quæ augeant, vel minuant dotem. ibid.
De evictione per dotantem præſtanda, ac de aliis dotis tam

De

reſtituendæ, quam conſtituendæ cautionibus. 387
An & quando dotis ex nominibus debitorum conſtitutæ periculum, ſeu damnum marito imputari poſſit, ſi nomina vel perierint, vel exacta non fuerint. 390
A quonam tempore incipiat hypotheca dotis favore viri 393
Ex quo tempore incipiat hypotheca dotis favore mulieris contra virum eiuſque hæredes pro repetitione. 394
Quæ nam ſit dos congrua, & ex quo tempore congruitas menſuranda ſit. 396
De privilegiis dotium. 397
Quid ſit pactum dotale ad normam Statuti Florentini Rubric. 58. lib. 2. 400
De dotis aſſecuratione ob vergentiam viri ad inopiam. 401
An & quando dos reſtituenda ſit ſoluto matrimonio. 403
An mulier poſſit dotem ſuam alienare, vel obligare. 406
An Diſpoſitio Authenticæ res quæ Cod. communia de Legatis procedat, tam quoad conſtitutionem, quam quoad reſtitutionem Dotis. 408
An & quando ſit locus redotationi. 409
De bonis Paraphernalibus. 411
Series eorum, qui dotare tenentur. 414
Quæ actio competat Uxori ad repetendam dotem. 419
Obſervationes in materia *Leg. fœminæ &c.* 420
Obſervationes ad *Leg. hac Edictali &c* 422
Gabella de dotibus, & augumento dotali. 425
Notificatio ſuper Contractationibus beſtiaminis vaccini. ib.
Additio ad Legem Amortizzationis. 427
Additio ad tit. de Retractu.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

LIBER TERTIUS.

TIT. I De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.
Tit. II. De legitima agnatorum ſucceſſione.
Tit. III. De Senatus Conſulto Tertylliano.
Tit. IV. De Senatus Conſulto Orficiano.
Tit. V. De Succeſſione Cognatorum.
Tit. VI. De Gradibus Cognationum, *vide in tit. de Sponſalibus et Matr.*
Tit. VII. De Servili Cognatione.
Tit. VIII. De ſucceſſione liberorum.
Tit. IX. De aſſignatione libertorum.
Tit. X. De bonorum poſſeſſionibus.
Tit. XI. De acquiſitione per adrogationem.
Tit. XII. De eo cui libertatis bona abdicantur.
Tit. XIII. De ſucceſſione, quæ fiebat per bonorum venditiones; & Senatus Conſulto Claudiano.

Horum Titulorum materiam, quia hodie in deſuetudinem pene abiit, quiſquis eam cupiat perdiſcere, adeat Vinnium, Perezium alioſque interpetres, nam ſolummodo agemus de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur; & nonnulla de bonorum poſſeſſionibus.

De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

RAtio ſuccedendi ab inteſtato, varia olim, & perplexa fuit; at cum ab Imperatore hoc Ius pœnitus inverſum videatur ideo prætermittendo ea, quæ traduntur de Iure antiquo, ſolummodo pertractabimus, quid Iure noviſſimo ſtatutum fuerit.

Præmittimus enim hæreditatem a Lege deferri ſuis hæredibus ipſo Iure, etiam invitis, & ignorantibus, quando defunctus inteſtatus decedat, diciturque inteſtatus deceſſiſſe, vel facto, vel Iu-

Iure, ſcilicet vel non facto Teſtamento, vel infirmato, & irrito.

Quinque igitur enumerantur ordines ſuccedendi. Primus Deſcendentium, ſeu liberorum. Secundus Aſcendentium, ſeu Parentum. Tertius Collateralium. Quartus Coniugum. Quintus Fiſci, quibus tamen addere libuit aliquid de ſucceſſione ſpuriorum.

De ſucceſſione liberorum.

AD ſucceſſionem tam paternam, quam maternam primum vocantur liberi, & deſcendentes, maſculi ſint, an fœminæ (1) atque hoc in ſucceſſione deſcendentium obtinet, ut non ſolum filii, qui vivunt ſuccedant Patri, ſed etiam ſi unus, vel alter ex filiis præmortuus, nepotes ſuperſtites reliquerit, iſti nepotes cum filiis primi gradus ad ſucceſſionem vocantur, & repræheſentant Patrem prædefunctum, ſed ſi plures ſint unius filii defuncti, nepotes non plus accipiunt, quam eorum Pater ſi viveret, & ita dicuntur ſuccedere in ſtirpes; pro virili verum ſive in capita datur ſucceſſio, quando omnes hæredes ſunt primi gradus, & hæreditas in æquales portiones dividitur (2).

Succedunt prius deſcendentes, quia inſpecto amore indito a natura ſolent adſcendentes illis proſpicere, non ſolum quoad neceſſitatem, verum etiam quoad commoditates, & divitias; & quia hoc facere tenentur, cum cauſam dederint eorum exiſtentiæ; deſcendentes autem nil aliud facere debent, quam eorum vitam ſervare (3).

(1) *Leg.* 14. *Cod. de legit. hæreditat. ſui iuris, ac Patriæ Poteſtati ſubiecti auctore de ſucceſſ. Cod. de ſuis, & legit.* (2) *§. cum filius* 6. *inſtit. h. t. Leg.* 2. *Cod. de ſuis & legit. novell.* 118. *cap.* 1. (3) *Grot. de iur. bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 7. *§.* 5. *num* 1. *& ſeqq. Rot. Rom. cor. Molines dec.* 1235. *num.* 10. *contra in rec. dec.* 62. *part.* 5. *tom.* 1.

NOTA.

Florentiæ ex diſpoſitione Statuti *Rubr.* 130. *lib.* 2. ac reformationis de qua in fine Tomi primi fœminæ excluduntur a maſculis intra certos gradus (de quo iam actum fuit) ſed in bonis in diverſa iuriſdictione exiſtentibus, ſive eiuſdem Principis ac extra domicilium, ſive originem defuncti, ut habeat locum

cum Statutum fœminarum excluſivum, ac perſonarum ſubiectionem ſuccedere prætendentium Statuto prædicto, requiritur, maxime ſi agatur de alterius Principis iuriſdictione, cum Statutum ex Poteſtatis defectu extra iuriſditionem extendere non poſſit; Florentiæ tamen contraria viget iudicandi conſuetudo, videlicet, ut ſola bonorum ſubiectio Statuto prædicto ſufficere videatur (1).

Omnes quoque filii adoptivi ſuccedunt cuicumque Patri adoptanti, excluſis adſcendentibus, & collateralibus, niſi tamen fuiſſent a Patre adoptivo emancipati (2), limitatur tamen concluſio circa filios eorum, qui criminis læſæ maieſtatis rei ſunt, iſti etenim excluduntur ab omni ſucceſſione, tam parentum, tum extraneorum (3), animadvertendum tamen eſt, quod filiæ debent habere quartam partem bonorum Matris, vel teſtata, vel inteſtata deceſſerit (4).

(1) *Palm. dec.* 147. *&* 248. *&* 249. *tom.* 3. *De Comit. dec. Flor.* 73. *num.* 3. *& ſeqq.* (2) *Leg penult.* §. *fin. Cod. de adopt.* (3) *Leg. quiſquis* §. *filius vero Cod. ad Leg. Iuliam maieſtatis* (4) *dict. Leg.* §. *ad filias ſane.*

De repræſentatione.

Repræſentatio eſt ſubingreſſio in locum alterius defecti ad effectum ſuccedendi, & locum habet, vel reſpectu lineæ adſcendentis, vel deſcendentis, vel collateralis, & nil aliud eſt, quam ſucceſſio in ſtirpes (1).

Quando ſuccedunt deſcendentes aſcendentibus, verior opinio eſt huiuſmodi repræſentationem procedere in infinitum, ſi tamen caſus dari poſſet (2). Hæc in linea aſcendenti, quando parentes ſuccedunt ſuis deſcendentibus non habet locum, ſed ſi ſint plures aſcendentes in gradu diſpares proximior remotiorem excludit (3). Itaque ſucceſſio, ut alias obſervatum fuit habet locum ubi non adſunt deſcendentes ex filio defuncto, quo caſu nec etiam legitima debetur dict. aſcendentibus (4), habet tamen locum favore filiorum fratris prædefuncti, ſi concurrant cum aſcendentibus ad (5).

In linea collaterali repræſentatio procedit uſque ad fratrum, vel ſororum filios, & non ultra, quando concurrunt cum uno, vel pluribus patruis ſuperſtitibus ad ſucceſſionem patrui prædefuncti, dummodo tamen dicti fratres fuerint utrinque

coniunċti, ſecus ſi ex uno latere tantum, nam filii fratris utroque latere coniunċti, fratres defunċti uno tantum latere coniunċtos excludunt, & multo magis filios fratris ex uno tantum latere, ideoque prædiċtis concurrentibus, ſucceſſio, quæ alias proximiori eſſet deferenda, remotioribus excluſis virtute repræſentationis, uſque ad fratrum filios defertur æqualiter fratribus defunċti ſuperſtitibus, & filiis fratrum prædefunċtorum in ſtirpes, & non in capita (6), ubi quod nepotes ex fratre utrique coniunċti excludunt fratrem ex uno latere coniunċtum (7). Repræſentatio non admittitur in fideicommiſſo particulari, nec in contraċtu, quia tali caſu non intrat tranſmiſſio, ſecus in ſucceſſione univerſali (8). Nota ulterius, quod repræſentatio non facit aliquem hæredem illius, quem repræſentat, etiam ſi agatur de ſucceſſione Patris, Matris, Avi &c. (9).

(1) *Rot. Rom. dec.* 102. *num.* 17. *par.* 4. *rec.* (2) §. *cum filius, &* §. *fin. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. deferuntur, Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *qu.* 23. *art.* 1. *Gratian. diſcept for.* 419. *e* 684. *num.* 1. *Merlin. dec.* 707. *num.* 8. *ad rem Rot. Rom. dec.* 198. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.* (3) *Oinot. inſtit. tit. de hæredit. quæ ab inteſt. deferuntur* §. *ſi igitur deſcendens defunċtus* 2. *novell.* 118. *verbo & videbitur in* §. 2. (4) *Merlin. de legit. tit.* 2. *qu.* 12. *Rot. par.* 11. *dec.* 326. *num.* 45. *per. tot. De Luc. de legit. diſc.* 10. *ſub num.* 11. *diſc.* 44. *num.* 11. *Rot. Rom. deciſ.* 352. *num.* 1. *par.* 12 *recent.* (5) *novell. ut fratr. filior.* 127. *in princip.* §. 1. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 2. *qu.* 1 *art.* 2. *per tot. Rot. par.* 14. *rec. dec.* 128. *Franc. dec.* 682. (6) *Oinot. inſtit. hoc tit. Cabal. conſ. dec.* 114. *& conſ.* 130. *lib.* 2. (7) *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *qu.* 23. *art.* 1. *num.* 9. *Rot. par* 14. *rec deciſ.* 305. *num.* 8. *& par.* 18. *dec.* 26. *num.* 3. *& ſeqq.* (8) *Urceol. dec. Flor.* 22. *&* 33. (9) *Magon. dec. Flor.* 147. *per. tot. Sabell. reſol. cap.* 45. *n.* 6. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *qu.* 23. *art.* 2.

Appendix.

Repræſentatio habet locum etiam faċto Teſtamento, ſi aliud Teſtator non expreſſerit ob præſumptionem, quod Legum ordinem ſervare voluerit, *Florent. Iuriſpatronatus Commendæ diei* 22. *Iulii* 1741. *cor. Luti.*

An locum habeat in emphytheuſi, *Palm. dec.* 245. *per tot.*

An, & quomodo in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus, *Piſana Succeſſionis diei* 6. *Aprilis* 1773. *cor. Dom. Audit. Alexandro Luci pag.* 2.

Non eſt locus repræſentationi, quando agitur de ſucceden-

dendo pro Patruo, *Florent. Fideicomm. de Feronis ſuper excluſione Primogeniti poſſeſſoris diei* 15. *Maii* 1736. *cor. Venturini pag.* 92. *ſuper prætenſa ſucceſſione Primogeniti Iunioris diei* 11. *Septembris* 1739. *cor. Finetti pag.* 92.

De iure repræſentationis latiſſime, *Caſtill. controverſ. lib.* 3. *cap.* 19.

De tranſmiſſione.

Opportune nonnulla hic agemus de tranſmiſſione cuius Inſpectio deſervire poterit ad ornatum Titulorum præcedentium &c.

TRanſmiſſio eſt Ius adeundæ hæreditatis, quam moriens habebat, & ante aditam hæreditatem transfudit in ſuos hæredes (1). Eo quia ex potentia ſuitatis tranſmittitur hæreditas, tamquam adeunda, & non tamquam adita (2), vel ut alii dicunt eſt prorogatio ſucceſſionis eiuſdem formæ, & naturæ (3). Nec dari poteſt, ſi hæres inſtitutus moriatur ante Teſtatorem (4).

Hæc triplex eſt, ſuitatis, ſanguinis, & iuris deliberandi; ſuitatis eſt per quam liberi obtinentes primum gradum, tranſmittunt ad quoſcunque hæredes, hæreditatem Patris non aditam (5), ubi quod non eſt neceſſarium docere de aditione (6). Et fit in extraneos etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu (7).

Secunda eſt Iure ſanguinis, per quam omnes liberi etiam non obtinentes gradum ſuitatis tranſmittunt hæreditatem aſcendentium non aditam ad ſuos deſcendentes, non autem ad extraneos (8). Non etenim fit in invitum (9), & illa ſuitatis fit, cum beneficio abſtinendi (10).

Tertia eſt tranſmiſſio Iuris deliberandi, qua mediante, mortuo aliquo adhuc durante anno a Lege preſcripto ad deliberandum, tranſmittitur reſiduum huiuſmodi temporis deliberandi ad quoſcumque, ſi defunctus ſciverit ſibi delatam hæreditatem, ſecus ſi ignoraverit (11), Quod autem ignorantibus detur reſtitutio in integrum (12).

Illa etiam habet locum Patris favore, non autem aliorum, quando moritur filius infans ante aditam hæreditatem, ſibi devolutam, nam illam tranſmittit ad Patrem ex ſpeciali privilegio (13). Quod procedit excluſo Avo paterno (14). Et notabile eſt quod ceſſat Ius accreſcendi, ubi locum habere poteſt tranſmiſ-

ſio

Digitized by Google

ſio (15), ubi firmat, quod transmiſſio Iure ſuitatis ceſſare facit Ius accreſcendi (16), ubi quod hoc Ius non habet locum, quando diverſo Iure ſucceditur.

Tranſmiſſio dotis maternæ, ſive hæreditatis vigore Statuti Florentin. *lib.* 2. *Rubr.* 129. fit in quoſcumque hæredes etiam extraneos filiorum, & deſcendentium, etiam ſi extarent filii ex alio matrimonio (17), item vigore dicti Statuti ex dicta *Rubr.* fit ab eo, qui bona defuncti poſſidet per quindecim dies a die mortis defuncti, cum abſque alia aditione ſit factus hæres ipſo Iure.

Tranſmiſſio ceſſat, quando moriens cui erat delata hæreditas, erat incapax ſucceſſionis, vel repudiavit (18), qui plura deſiderat videat (19)

(1) *Sabell. reſol. cap.* 8. *num.* 8. (2) *Leg.* 1. *Cod. de his, qui antea perit. Tabul. Franc. dec.* 32. *num.* 1. (3) *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *qu.* 24. *art.* 1. *num.* 1. (4) *Rot. part.* 11. *rec. dec.* 294. *per tot. Bich. dec.* 320. *num.* 2. (5) *Leg. apud hoſtes Cod. de ſuis, & legit. ibique Gloſſ. Rot. par.* 9. *rec. dec.* 301. *num.* 17. (6) *& part.* 13 *dec.* 527. *num.* 21. *Bich. dec.* 320, *num.* 7. (7) *Magon. dec. Flor.* 148. *num.* 16. *Surd. dec.* 138 *per tot.* (8) *Leg. unic. C. de his, qui antea aperit. Tabul.* „ *ſive ſciverint, ſive ignoraverint delationem* „ *Rot. par.* 11. *dec.* 78. *num.* 6. *&c. Bich. dec.* 320. *num.* 9. *&c.* (9) *Surd. dec.* 140. *num.* 14. (10) *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 527. *num.* 30. (11) *Leg. cum antiquioribus ibiq. Gloſſ. Cod. de iur, deliber. Bich. dec.* 320. *num.* 13. *vid. Rot. part.* 18. *rec. dec.* 93. *& dec.* 234. *per. tot. & dec.* 687. (12) *Bich. dicta dec. & Rot. par.* 16. *rec. dec.* 407. *num.* 2. *e* 3. *part.* 18. *dec.* 93. *num.* 15. *dec.* 234. *per tot. dec.* 201. *num.* 9. *& dec.* 637. (13) *Leg. infanti Cod. de iur. delib. Sabell. reſolut.* 89. *num* 6. 17. *&* 31. „ *Locum quoque habet favore matris* „ *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 348. *num.* 10. *&c. & part.* 17. *dec.* 335. *num.* 14. (14) *vid. Rot. par.* 16. *rec. dec.* 345. *num.* 22. (15) *Sabell. reſol. cap.* 76. *num.* 6. *&* 10. *Magon. dec. Flor.* 4. *num.* 16. (17) *idem dec. Flor* 148. (18) *Leg. nemo plus iuris & Leg. nemo plus commodi ff. de reg. iur. Craſſ. in* §. *tranſmiſſio qu.* 17. *num.* 1. (19) *Urceol. conſ. for. cap.* 12. *num* 47. *Marzimedic. examinat.* 2. *cum tribus dec. ſeqq. Urceol. de tranſact. dec.* 28. *num.* 12. *Rot. par.* 17. *rec. dec.* 118. *num.* 10. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *qu.* 14. *art.* 1. 2. *&* 3. *per. tot. & multa alia iam dicta aliis in locis cum de hæredibus ageretur.*

De

De Succeſſione Aſcendentium.

SI defunctus nullos filios, aut deſcendentes reliquerit, ſucceſſio defertur aſcendentibus, inter hos autem ſemper proximior, remotiorem excludit, nec datur Ius repræſentationis ex. gr. ſi defunctus reliquerit Matrem, & Avum paternum, ſola Mater ſuccedet. Deinde aſcendentes numquam excluduntur a collateralibus, etiam ſi proximioribus in gradu, e contra autem, nec ipſi omnino excludunt collaterales, quia fratres, & ſorores duplicis vinculi, id eſt defuncto ab utraque parte coniuncti una cum aſcendentibus ad hæreditatem ſui fratris admittuntur, imo ſi defunctus Patrem, & Matrem ex altero fratre iam mortuo reliquerit filios, iſti filii fratris Iure repræſentationis una cum Patre, & Fratres ſuccedunt (1), & quia Lex, tantum fratres duplicis vinculi vocat ad ſucceſſionem cum aſcendentibus, ideo communiter DD. inferunt, fratres ex uno tantum latere defuncto coniunctos, videlicet conſanguineos, aut uterinos excludi.

Aliter autem ſuccedunt aſcendentes, ſi ſoli ſint, & aliter ſi cum fratribus defuncti concurrant. Nam ſi ſoli ſint ſuccedunt in ſtirpes, & ſi defunctus reliquerit Avum paternum ex una parte, & ex altera Avum, & Aviam maternam, ſi vero cum aſcendentibus concurrant collaterales ſucceſſio fiet in capita, & in tot partes dividetur hæreditas, quot ſunt perſonæ ſuccedentes, niſi forte (ut fuit præmiſſum) filii ex uno fratre defuncto Iure repræſentationis veniant, qui tantum capient portionem ſui fratris, quem repræſentant (2).

(1) *dicta novell.* 118. *cap.* 2. *&* 3. (2) *dict. novell. loc. cit.*

N O T Æ.

Notandum quod quamvis Pater ex vi Statuti Florentini ſub *Rubr.* Qualiter Mulier ſuccedat ab inteſtato, debeat admitti ad hæreditatem filiorum prædefunctorum in bonis relictis ab eorum Matre, excluditur per alios filios ſuperſtites, ac filias fœminas a dictis bonis, ſi tranſierit ad ſecunda vota (1). Quod procedit etiam ſi fœminæ vigore dicti Statuti excludantur (2), & quamvis agant de muliere tranſeunte ad ſecunda vota, id tamen intelligendum eſt etiam de Patre (3), nec ſit differentia an tranſierint ad ſecunda vota in vita, vel poſt obitum filiorum (4).

Attamen per tranſitum ad ſecunda vota Pater non amittit uſumfructum in bonis maternis, & adventitiis filii (5).

(5) *ſib.*

(1) *lib. motiv. 46. a 108. t. referentibus DD. Aud. Bernardino Fazzi, Fanuccio Fanucci, Cammillo Lepido, & ex libr. Mot. 94. a 73. diei 25. Ianuarii 1613. referentibus Dom. Aud Hectore Felicio, Ioanne Baptiſta Burgheſio, Lydio Bovarello, Gaill. practicar. obſerv. 98. libr. 2. num 91.* (2) *Gaill. & alii relati* (3) *Decio conſ. 37 num. 3. Soccin iun. conſ. 43. num. 31. lib 3, Gabriell. ſub tit. de ſecund nupt* (4) *Soccin. conſ. 72. Ruin. conſ. 20. & 30. lib. 3. De Luc de ſucceſſ. diſc. 39. num. 9* (5) *Leg. fin. Cod de bon. matern Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 2. num. 19. & par. 3. cap. 13.*

De ſucceſſione Collateralium.

COllaterales illi dicuntur, qui nec a nobis geniti ſunt, nec nos ab ipſis; ſumus tamen eodem ſanguine propagati, unde, & conſanguinei noſtri appellantur; ex his alii dicuntur agnati, qui ex Linea paterna nobis coniuncti ſunt, alii cognati, qui ex Linea materna, quamvis ex generaliori ſignificatione cognati aliquando omnes conſanguinei vocentur.

Inter collaterales primum locum obtinent fratres, & ſorores; ſunt autem fratres alii germani, ſive duplicis vinculi ab utroque parente coniuncti, alii conſanguinei, cum quibus eumdem Patrem, ſed diverſam Matrem, alii uterini, cum quibus eamdem Matrem, ſed diverſum Patrem habemus.

Fratres germani ſuccedunt defuncto excluſis conſanguineis, & uterinis, immo, & fratres germanorum liberi, mortuis ſuis parentibus in eorum locum Iure repræſentationis, ac in ſtirpes ſuccedunt; poſt fratres autem germanos, eorumque liberos primi gradus, neque duplicitas vinculi, neque Ius repræſentationis amplius attenditur, ſed in primis fratres ex uno latere coniuncti vocantur, iis vero deficientibus ad reliquos conſanguineos ſine differentia, maſculi ſint an fœminæ, agnati, vel cognati, ſucceſſio in capita devolvitur, & ſemper proximior in gradu excludit remotiorem *d. novell.* 118. *cap.* 3. *& ſeqq.* quod ſi fratruum filii ſoli fuerint, eos ſuo patruo, vel avunculo non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedere ex frequentiori Doctorum calculo certum eſt, *Harpreſt. ad princ. h. tit. num.* 423. *& ſeqq.*

NOTÆ.

Addendo ad ſuperius dicta, animadvertendum primo eſt repræheſentationis privilegium in collateralibus dumtaxat locum habe-

habere quando agitur de ſucceſſione Patrui, unde ad alios gradus non debent extendi (1). Secundo quod non egreditur gradum fratruum, & ſororum, unde filius ſuccedit loco Patris defuncti, tantum quando agitur de ſucceſſione Avi, vel Patrui, non autem de aliis tranſverſalibus (2). Tertio non datur inter tranſverſales ultra gradum nepotum, etiamſi agatur de maioratibus, & primogenituris (3), & ut obſervatum ſuperius fuit in tranſverſalibus, non admittitur ultra primum gradum (4), nec datur in ſucceſſione tranſverſalis remoti (5).

Sorores germanæ non excludunt fratres conſanguineos, ubi viget Statutum excludens fœminas maſculorum favore, quia tunc vinculum maternum nullatenus conſideratur, tamquam impertinens, ſeu radix a Statuto infecta.

Notandum quod attento Statuto Florentino *lib.* 2. *Rubr.* 130. Soror excluſa a ſucceſſione fratris non excluditur a ſucceſſione ſororis (6). Secus tamen dicendum, ob reformationem anni 1620. quæ ſorores germanas videtur excludere etiam a ſucceſſione ſororum (7).

Vinculum fœmininum attenditur, quando favet agnationi (8), ita quando cum agnatione eſt unitum (9).

An nepotes ex ſorore excludant materteram, & ſorores ad *Rubr.* 120. *Stat. Flor, lib.* 2. Examinatum fuit in cauſa nepotum de Ricaſolis, quæ agitabatur anno 1704. ſcribente pro adfirmativa Domino Advocato Franciſco Baccio, ut videre eſt in eius Allegatione dicti anni, quæ incipit adeo plene &c. edita Florentiæ apud Petrum Matini.

Si quis deceſſerit non relictis niſi nepotibus ex diverſis fratribus, iſti admittuntur in capita (10), ſecus in ſucceſſione deſcendentium ſi defuncto ſupervixerint ſoli nepotes ex diverſis filiis (11).

(1) *Rot. Rom. dec.* 48. *num.* 17. *&* *dec.* 297. *num.* 5. *par.* 6. *rec.* (2) *Rot. Rom. dict. dec.* 48. *num.* 19. *&* 20. (3) *Rot. Rom. dec.* 349. *num* 26. *&* 27. *par.* 6. *dec.* 26. *num.* 3. *&* 4. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.* (4) *Rot. Rom. dec.* 71. *num.* 8. *par.* 10. *dec.* 124. *n.* 9. *par.* 15. (5) *dec.* 183. *num.* 6. *par.* 7. (6) *Alexand. conſ.* 5. *lib.* 6. *num.* 9. *Geriſpin. ad dict. rubr.* §. *in verſ.* *&* *nulla mulier* *&c.* *Sabell. in ſumm.* §. *Statuta num.* 34. (4) *Sabell. ibid.* *&* *reſolut. cap.* 2. *num.* 14. *&* *ſeqq* (8) *Soccin iun. conſ.* 24. *num.* 14. *lib.* 4. *Riminald. ſenior. conſ.* 150. *num.* 7. *Menoch. conſ.* 187. *num.* 30. (9) *Roderig. ad pragm.* 33. *de feud. cap.* 6. *num.* 10. *Aquill. ad Rox. de incompatib. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 346. (10) *Craſſ. ſententiar.* §. *ſucceſſio ab inteſtat. qu.* 30. *num.* 4. *De Luc. de fideic diſc.*

diſc. 114. *num.* 5. *& de teſtam diſc.* 60. *num.* 2. ***Rot. cor. Buratt.*** *dec.* 352. *per tot. ibique Addent.* (11) *Deſpeiſſeſ. de ſucceſſionſ. teſtam. & ab inteſtat. par.* 2. *de ſucceſſ. ab. inteſtat. uum.* 29.

Appendix.

Inter ſcribentes controverſia eſt an fratri ab inteſtato mortuo ſuccedat tantum frater utrinque coniunctus, an vero frater conſanguineus ex paterno latere, cum eo concurrat in ſucceſſione.

Si iuxta terminos Iuris Communis controverſia dirimenda eſſet contra conſanguineum favore utrinque coniuncti decidendum videretur, *Text. in auth. itaque Cod. comm. de ſucceſſ. Bellon. de iur. accreſc. cap.* 5. *qu.* 55. *num.* 2.

Difficultas in eo verſatur quid dicendum ſit ſtantibus Statutis excludentibus fœminas propter maſculos, vel præferentibus agnatos cognatis, & præcipue Statuto Florentino *Rubr.* 120. *lib.* 2. eiuſque reformatione anni 1620. = Illa tamen ſublata videtur, & concluſum, quod nulla differentia eſſe debeat in ſuccedendo inter fratrem utrinque coniunctum, & conſanguineum, ut ex *motiv. anni* 1696. *Dom. Aud. Friderici de Marionis, in Florent. Succeſſ.* ubi diſcuſſis opinionibus quadragintatrium Doctorum in contrarium opinantium in princ. dicti motivi relatorum ſuam opinionem explicat pro affirmativa favore fratris ex paterno latere validiſſimis rationibus fulcitis auctoritatibus 69. *aliorum Iuriſconſultorum ſparſim in dicto motivo congeſtorum, inter quos „ Marta vot. Piſan.* 20. *ad fin & ex num.* 14. *& ſeqq. par.* 1. *idem conſ.* 84. *n.* 8. *& de ſucceſſ. legal. par.* 3 *qu.* 1. *art.* 6. *ex num.* 7. *col.* 859. *et qu.* 4. *art.* 2. *num.* 3 *verſ.* 2. *Rom. conſ.* 411. *num.* 1 *circa medium Ruin. conſ.* 32. *per tot. n.* 7. *Soccin ſen. conſ.* 75. *circa finem vol.* 5. *Franc. dec.* 99. *n.* 4. *Magon dec. Flor.* 82. *per tot. et dec.* 105. *la ſeconda num.* 19. *Geriſpin. conſ.* 6. *col.* 1. *et* 2. *et conſ.* 78. *per tot. Buratt dec* 801, *ſub n.* 6. *per tot. Paul. Rubeus in ſuis ſingul. ad Rot. Rom. volum.* 2. *par.* 4. *circa Statutor. interpetr. ad cap.* 146. *lib.* 1. *Statut. Urb. de ſucceſſ. Fratr.*

De ſucceſſione Coniugum.

Quod ſpectat ad ſucceſſionem coniugum, ſuperſtes coniux, coniugi defuncto ab inteſtato in omnibus bonis ſuccedit, & nulli ex-

Digitized by Google

tent conſanguinei ipſius defuncti uſque ad decimum gradum ſervata Iuris Civilis computatione (1).

Aliquando tamen extantibus etiam liberis, vel aliis conſanguineis uxor viro, & e contra vir uxori ſuccedit; ſi nimirum defunctus multa bona reliquerit, & coniux ſuperſtes pauper ſit, ne in dedecus coniugis defuncti mendicare, aut alias non ſecundum gradum ſuum decenter vivere cogatur, iſto tamen caſu ſucceſſio non fit in omnibus bonis, ſed ſi tres, vel pauciores adſint filii quartam partem bonorum, ſi plures ſaltem portionem virilem (2), id eſt tantum quantum uni ex liberis, vel conſanguineis obtingit, coniux ex bonis defuncti coniugis accipiet.

Eſt præterea differentia an coniux pauper ſuccedat cum filiis, vel an cum aliis conſanguineis, nam ſi cum filiis eiuſdem matrimonii ſuccedat, uſumfructum tantum acquiret, proprietatem vero ipſis liberis ſervare tenebitur, neque de ea ullatenus diſponere poterit, ſed ſi ſuccedat cum aliis conſanguineis plenum conſequitur dominium.

(1) *Leg. unic. Cod. unde vir, et uxor* (2) *auth. prætera Cod. unde vir, et uxor, novell.* 118. *cap.* 3.

NOTÆ.

Succeſſio prædicta inter coniuges locum habere poterit, ſi nec dos in eorum matrimonio interceſſerit, vel ſaltem modica, quare non datur huiuſmodi remedium niſi in ſubſidium, & probata omnimodo paupertate (1), quod non procedit in perſona vili, & ſolita laborare, ſi poteſt ſe eodem modo alere, cum tali caſu non dicatur pauper (2), ubi ait deberi ſufficienter probare paupertatem, cum ſubſidiarium, atque exorbitans hoc remedium reputetur, ideoque paupertatis exacta probatio deſideratur, ut ſuperſtiti coniugi non ſit de congrua ſubſtentatione proviſum (3), atque ſi ex primi coniugis axe hoc Legis beneficium reportare poterat, & neglexit, in bonis ſecundi coniugis prætendere non poterit, ut ex (4), quod etiam procedit ſi agatur de viro (5).

Quando coniux mortuus ſit dives, & quando ſuperſtes dicendus ſit pauper Iudicis arbitrio remittitur, qui ex perſonarum qualitate hoc metiri debet (6). Hæc quarta firmis ſtantibus ſupra notatis debetur coniugi, coniuge ab inteſtato decedente, ſed etiam cum Teſtamento; at ſi a coniuge decedente divite aliquod legatum in Teſtamento relinquatur favore coniugis ſuperſtitis, & egeni, imputandum eſt in hac quarta (7).

Ex Statuto Florentino *Rubr.* 129. *lib.* 2. vir ſuccedit in dotem uxoris præmortuæ; ſi filius, vel filia, vel alii deſcendentes ex eis non extarent tempore mortis; in bonis vero extradotalibus, ſi teſtata deceſſerit vir ſuccedit ſaltem in tertiam partem dictorum bonorum non extante aliquo filio, vel filia, vel aliis deſcendentibus ex eis. Si vero inteſtata deceſſerit vir ſuccedit in tertia parte bonorum extradotalium, & in reſiduo ſuccedit proximior in gradu; filii vero ſecundi matrimonii in bonis dotalibus excludunt filios primi matrimonii: Nota ulterius, quod non obſtante dicta *Rubr.* filii non habent ſucceſſionem in dote matris, ſi de ea diſpoſuerit mediante Teſtamento, & pro veriori conſuluerunt (8). Propterea ex dicto Teſtamento debentur legata relicta non obſtante dicta *Rubr.* 129. quod ſi nullus fuit reſpectu inſtitutionis, quia ipſe filius non fuit inſtitutus, tamen filius ſuccedens ab inteſtato remanſit obligatus ad legata (9). Eumdem effectum operante clauſula codicillari (10). Uxor enim ne invita quidem alienare valet extradotalia bona in præiudicium tertiæ partis marito debitæ (11): addendum ad maiorem rei explicationem maritum vigore dicti Statuti uxore mortua, non extantibus ex eo matrimonio filiis totam lucrari dotem etiam in præiudicium legitimæ filiorum uxoris, ex alio viro; verum ſi filios ex dicta uxore ſuſceperit hi non maritus ſi matri ſuperſtites extiterint, dotem acquirere debent ad hæredes etiam tranſmittendam (12). An vivente Patre filii maternam dotem prætendere poſſint (13).

(1) *Surd. dec.* 61. *per tot. part.* 11. *rec. dec.* 138. (2) *Rota poſt Pacific. de Salvian. interd. dec.* 174. *per tot. Mangill. de imputat. & detract. qu.* 37. *Paul. Chriſtin. dec.* 77. *vol.* 4. *& deciſ.* 78. *&* 79. *De Luc. diſc.* 39. *de ſucceſſ. ab inteſtat.* (3) *Rot. deciſ.* 113. *cor. Celſo & dec.* 123. *par.* 10. *rec.* (4) *dec.* 39. *num.* 11. *par.* 15. *rec.* (5) *De Luc. dict. tit. diſc.* 9. (6) *Gloſſ. in dict auth. preterea in verbo locuplex* (7) §. *quoniam. auth. de exhibendis, & introducendis reis* (8) *Cuman. conſ.* 48. *per tot. Iaſon. conſ.* 127. *vol.* 1. *quod ſequitur Rot. noſtr. apud Magon. dec.* 97. *ſub num.* 1. *& in fin. Rot. Rom. cor. Roias inter eius impreſſas dec.* 15. *n.* 2. *& ſeqq.* (9) *auth. ex cauſ. Cod. de liber. preteritis cum aliis per Gratian. diſcept.* 398. *num.* 26. *& ſeqq.* (10) *d. Gratian. eod. loc. num.* 3. 4. *&* 5. (11) *Rot. Flor. apud Manſ. conſ.* 64. *& ſeq. tom.* 4. *Anſald. de commerc. diſc.* 13. *num.* 32. *&* 36. *et lib. mot.* 105. *a* 19. *Rot. Roman. dec.* 229. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. (12) *Caſar. de commerc. diſc.* 101. *n.* 5. *tom.* 2. (13) *Rot. Flor. apud de comit. dec.* 99. *par.* 1. *tom.* 2.

De

De ſucceſſione Fiſci.

Fiſcus nomen ſuum duxiſſe dicitur a Fiſcis, ſive Sportis, quibus olim pecuniæ publicæ aſportari ſolebant, alioque vocabulo etiam Camera, ſeu Principis Ærarium vocatur, adeoque ſi nulli prorſus adſint legitimi hæredes, quibus deferantur bona defuncti, tunc per publicum proclama vocari debent conſanguinei, ſi qui ſint, vel qui in hæreditate defuncti ius aliquod ſe habere putant, verum ſi nullus hæres prodierit, tunc bona hæreditaria, tamquam vacantia Fiſco deferuntur.

Speciale eſt circa Peregrinos, quod ſi in remotis locis moriantur, tunc omnis cura adhiberi debet, ut bona penes eos reperta ad ipſorum hæredes deveniant; ſi vero propter diſtantiam locorum nullus hæres indagari poſſit, talia bona, aut Fiſco, aut piæ cauſæ tradentur iuxta mores Regionis.

N O T Æ.

Nempe nec aſcendentes, nec deſcendentes, nec collaterales intra decimum gradum, nec coniugem perſonæ defunctæ adſint, *Marta de ſucceſſ. legal. part.* 4. *qu.* 2. *art.* 6. *num.* 29. *Peregr. de iure Fiſci libr.* 4. *tit.* 1. *Oinot. inſtit. tit. de hæred quæ ab inteſt. deferuntur vid. Leg.* 1. *Cod. de bon. vacan.*

Bona vacantia dicuntur, quæ legitimum Succeſſorem non habent, nec habitura ſunt ad differentiam hæreditatis iacentis, quæ nondum adita eſt, & cuius hæres non adparet, ſed ſperatur.

Generaliter non eſt abſque controverſia receptum, quod ſucceſſio non porrigatur ultra decimum gradum ad eſcluſionem Fiſci, ut videre eſt apud *Duaren in tit. ff. unde cognati column.* 2. *tom.* 1. *Cuiac. in L.* 1. *ff. eod. column.* 1234. *Perez. in tit. de legit. hæredit. num.* 10. *Vulteio in* § *fin. num.* 1: *inſtit. de ſucceſſ. coniug. Vinn. ibid. num.* 4. *& ab eo relatos*. Sed reſtringitur ad iſtos gradus ſucceſſio, ob Statuta, & Leges de inteſtata ſucceſſione diſponentes, *Florentina Fideicommiſſi diei* 5. *Septembr.* 1752. *cor. Meoli pag.* 7. *&* 8. *Florent. Fideicomm. de Scalandron. diei* 29. *Septembr.* 1767. *cor Ulivelli*, quibus addo *Florent. Fideicomm. de Braccis diei* 16. *Aprilio* 1706. *cor. Farſetti*.

De

De ſucceſſione ſpuriorum, ſeu vulgo quæſitorum.

QUamvis ea, quæ hic pertractamus ſuperius dicenda eſſent, placuit tamen de illis ad maiorem claritatem ſeparatim agere. Naturales filii dicuntur illi, quorum nativitatem Lex reprobat, & ſunt qui ex concubina, domi loco uxoris retenta nati ſunt, qualis concubinatus olim a Iure Civili toleratus fuit (1).

Equidem naturales liberi, non extantibus aliis ex legitimo matrimonio natis, neque uxore legitima ſuccedunt Patri una cum ſua Matre in ſextante, ſeu duabus unciis inter eos diſtribuendis; Avo autem paterno non ſuccedunt, ſed neque Patri ſi iuſti liberi, vel legitima uxor adſit ut dictum fuit, ita tamen, ut etiam hoc caſu alimenta illis ex bonis paternis arbitrio Iudicis debeantur (2). Matris autem etiam nobili, & omnibus adſcendentibus per lineam maternam ſuccedunt (3), quamvis ſpurii generaliori ſub vocabulo omnes etiam illegitimi intelligantur, attamen propria ſumpta ſignificatione ita appellantur, qui ex muliere publica corpus ſuum proſtituente, geniti ſunt, at cum iſti Patrem incertum habere præſumantur (4). Succeſſionem paternam petere nequeunt, matri vero, quæ ſemper certa eſt etiam cum iuſtis liberis ſuccedunt, niſi fuerit nobilis (5).

Ex damnato coitu natis, id eſt inceſtuoſis (6), ſacrilegis (7), adulterinis (8), nulla tribuitur ſpes ſucceſſionis, tam in paterna, quam in materna hæreditate, ita ut de Iure Civili, ne alimenta quidem eis debeantur (9), attamen de æquitate canonica alimenta illis præſtanda ſunt iuxta facultates parentum (10), verum ad conciliationem utriuſque Iuris, talis poterit adhiberi interpretatio ſenſum Iuris Civilis non eſſe, quod dictis nulla prorſus debeantur alimenta, hoc enim necare eſſet, contra (11), ſed quod præfatis liberis non debeantur alimenta ſecundum ſtatum paternum, ſed iuxta vitæ neceſſariam conſervationem, & non ultra.

(1) *Tot. tit. ff. de concubin. hodie vero improbatur Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matr.* (2) *novell. 18. cap. 5. & novell. 89. cap. 12. Oinot. inſtit. de ſucceſſ. legal. par. 1. qu. 16. artic. 1. per tot.* (3). *Leg. ſi qua illuſtris 5. Cod. ad Sen. conſ. Orſic. §. noviſſimo 3. inſtit. dict. tit.* (4) *Leg. vulgo concepti 23. ff. de ſtatut. homin.* (5) *Text. & interp. ad inſtit. tit. de SC. Orſic. & dict. L. ſi qua illuſtris Covarruv. de matrim par. 2. cap. 8. §. 5. Marta de ſucceſſ. legal. qu. 16. artic. 1. Oinot. de hæred. quæ ab inteſtat. defer. & primo ord. ſucced. Rot. par. 18. rec. deciſ. 613. num. 4*

(6) *id*

(6) id eſt nati ex carnali complexu ſicuti inter affines, & collaterales §. adverſus inſtit. de nupt. (7) Sacrilegi ſunt, qui ex perſonis Deo dicatis naſcuntur (8), qui ex adulterio nati ſunt ſicuti nefarii dicuntur illi, qui ex nefaria copula ſecuta inter aſcendentes & deſcendentes in lucem prodeunt (9) auth. ex complexu Cod. de inceſt. nupt. & novell. 89 *cap. ult.* (10) *Text. in cap. cum haberet* 5. *de eo qui duxit* (11) *Text. in Leg. necares* 4. *ff. de agnoſcend. & alend. liber.*

De Bonorum Poſſeſſionibus.

MEns erat prætermittere ea, quæ in hoc titulo continentur, at quoniam contendunt aliqui hunc in praxi locum habere poſſe ideoque placuit nonnulla prænotare.

Ultra iam expoſita ſuccedit ſpecies acquiſitionis per univerſitatem, qua Iure Prætorio acquiritur hæreditas per bonorum poſſeſſionem, quæ eſt = Ius perſequendi, retinendique patrimonii, ſive rei, quæ cuiuſque cum moritur, fuerit *Leg.* 3. *§. bonorum ff. de bonor. poſſeſſ.*

Bonorum poſſeſſio non accipitur, uti poſſeſſio illa rerum ſingularium, quæ facti, & corporalis detentionis eſt, ſed quæ tota Iuris eſt, & dominium tribuit: Prætor enim in Patrimonio defuncti, quos hæredes facere non potuit bonorum poſſeſſores appellavit, atque iis tribuendo utiles actiones effecit, ut hæredis vicem obtinerent, unde paſſim iuriſtæ bonorum poſſeſſores hæreditarios ſucceſſores vocant.

Bonorum poſſeſſio a prætore duplici de cauſa inventa fuit: Prima fuit, ut admitteret ad ſucceſſionem filios emancipatos, qui alias a Iure Civili, excludebantur. Secunda fuit confirmandi Ius Civile, & ut hæredes ſcripti in teſtamento, vel venientes ab inteſtato poſſent uti bonorum poſſeſſione, licet de Iure Civili ad ſucceſſionem admittantur.

Convenit illa cum hæreditate, quia in utraque datur ſucceſſio in univerſum Ius. Attamen differt primo, quia hæreditas Iuris Civilis eſt, Iuris Prætorii bonorum poſſeſſio. Secundo ratione temporis ad petendam hæreditatem præſcripti, quia Ius adeundi lapſu triginta annorum præſcribitur, nec contra ignorantem currit: In bonorum poſſeſſione liberis tempus unius anni conceditur; Agnatis vero, & cognatis centum dierum utilium, quod contra ignorantes non currit.

Ter-

Digitized by Google

Tertio hæres ſolo animo, & ſolo facto hæreditatem adminiſtrando adire poteſt; ſed in bonorum poſſeſſione neceſſaria eſt præſentia Iudicis, de qua actum videbitur, cum de interdictis agemus: variæ ſpecies bonorum poſſeſſ. explanantur ab *Oinot. inſtit. h. t.* quem plura cupientes conſulere poterunt.

DE OBLIGATIONIBUS.

T I T. XIV.

AD explendam diviſionem rerum incorporalium, traditam ab Imperatore *tit. II.* huius libri, remanet dignoſcere, de obligationibus, & propterea de his agere incipit Imperator, ac proſequitur uſque ad titulum de actionibus lib. ſequentis. Obligatio in *Leg. Tertia ff. de verb. ſignific.* „ definitur Iuris vincu= lum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſolvendæ, ſeu = præſtandæ ſecundum noſtræ Civitatis Iura „ ad materiam ſciendum eſt obligationem in genere ſumptam, communiter dividi in mere naturalem, mere civilem, & mixtam. Naturalis eſt naturæ, & æquitatis vinculum, quo ita ad aliquid adſtringimur, ut nulla eo nomine ſit actio, licet Iure Prætorio poſſit infirmari oppoſita perpetua exceptione. Civilis, quæ ſummo Iure civili ſubſtinetur contra æquitatem naturalem. Mixta ſeu naturalis, & ſimul civilis eſt, quæ conſurgit ex æquitate naturali, & approbatione civili, & huic ſolum proprie competit ſupra allata definitio.

Huius generis obligationum, ſcilicet mixtarum, de quibus hic agitur ſumma diviſio eſt, in Civiles, & Prætorias, ſeu Honorarias; Civiles, quæ Iure Civili ſunt conſtitutæ, ut obligatio ex ſtipulatu, aut Iure Civili comprobatæ, ut actio ex empto &c. quæ etſi Iure Gentium ſint introductæ, Iure tamen Civili ſunt comprobatæ, Prætoriæ, quæ a Prætore inventæ, ut conſtitutæ pecuniæ actio. Differunt tamen inter ſe, quia Civiles producunt actiones perpetuas, niſi perimantur, Prætoriæ vero plerumque ſunt annales, ut præſertim eſt actio iniuriarum, *Leg. Si coniuncti 5. Cod. de iniuriis* exceptis tamen aliquibus, ut ſub *tit. de perpetuis, & temporalibus actionibus*.

Altera obligationum diviſio in quatuor ſit ſpecies, aut enim oriuntur ex contractu, aut ex quaſi contractu, aut ex maleficio aut ex quaſi. Obligationes ex contractu pariter ſubdividuntur in quatuor ſcilicet ſpecies; verbales, reales, literales, & conſenſuales de quibus inferius agemus.

NOTÆ.

Primus effectus naturalis obligationis eſt, quod pariat exceptionem, non actionem, ex. gr. creditor paciſcitur cum debitore de non petendo credito, mediante pacto nudo (nudum intelligitur quando non intervenit acceptatio, ſeu acceptilatio debitoris) certum eſt hoc caſu, quod non oritur actio, ſed debitor poteſt repellere creditorem petentem creditum exceptione pacti de non petendo (1). Secundus effectus eſt, quod pro naturali obligatione poſſit conſtitui Fideiuſſor, & civiliter obligetur, nec ope exceptionis prædictæ liberetur (2). Tertius effectus eſt, quod pro naturaliter debito, pignus conſtitui poteſt (3). Quartus effectus, quod poſſit compenſari cum debito efficaci (4). Quintus quod obligatio naturalis poteſt novari in aliam vel naturalem, vel civilem, vel mixtam (5).

Effectus obligationis civilis ſunt, primus quod actio civilis producit actionem, ſed inefficacem, quæ elidi poteſt per exceptionem, veluti factam fuiſſe propter metum, vel ex errore (6). Secundus effectus, quod pecunia civiliter tantum debita ſi ſoluta fuerit, repeti poteſt (7). Tertius eſt, quod obligationi civili pignus, & fideiuſſor accedere poſſunt (8). Quartus, quod civiliter debitum cum debito vero compenſari nequit (9). Obligatio autem mixta, & actionem, & obligationem parit. Quo vero ſpectat ad obligationes, animadvertendum eſt alias dari, nempe antidoralem ad beneficium mihi benefacienti faciendum, quæ modici effectus eſt, nec producit ullam actionem, ſicuti nec exceptionem, & de hac eſt (10). Occaſionalem, ſeu cauſativam, qua emptori rei, ratione oneris in ea exiſtentis, & ab ipſo accollati obligatur (11).

(1) *L. Iuris Gentium §. ſed cum nulla ff. de pact.* (2) *L. Marcellus ff de fideiuſſ.* (3) *L. quæſitum ff. de fideiuſſor.* (4) *L. etiam ff. de compenſat. Et ſi ſolutum fuerit non poteſt repeti Leg. naturales* 10. *ff. de obligat.* (5) *Leg.* 51. *ff. de novation.* (6) *§.* 1. *inſtit. de except.* (7) *Leg. non ſortem* 26. *§. indebitum, & § adeo ff. de condit. indebiti* (8) *§. in omnibus inſtit. tit. de fideiuſſor. Leg.* 1. *&* 2. *ff. eod.* (9) *Leg. quæcumque ff. de compenſation.* (10) *Text. & Gloſſ. in Leg. ſed etſi* 25. *§. conſuluit* 11. *ff. de hæredit. petitione* (11) *De Luc. de empt. diſc.* 23. *num.* 2. *&* 11. *& de penſionib. diſc.* 17. *num.* 12. *& ſeqq.*

De Mulierum obligationibus.

AD contrahendam obligationem duæ ex perſona promittentis neceſſariæ res ſunt; conſenſus ſcilicet, & libera rerum adminiſtratio; hæc aliquando, vel generaliter, vel particulariter promittenti impeditur, veluti fœminis, quæ non ſemper ex perſona propria obligantur, etenim particulariter ex Senatus Conſulto Velleiano illis interdicitur ne pro aliis intercedant: intercedere enim eſt veterem obligationem, aut novam recipere (1). Veterem recipiunt, aut participando, aut eam in ſe transferendo; participando ut ſi fideiubeant, vel conſtituant, vel mandent aliis pecuniam dari, vel ſi res ſuas, aut ſibi obligatas ſupponant. Verum ſi pro alio (2) ſolverint, aut quid liberandi debitoris cauſa fecerint, cum prius ipſæ obligatæ non eſſent, aut pignus (3) debitori remiſerint Senatus Conſulto non eſt locus, quod procedit quoties res geſta eſt in eorum utilitatem.

Verum ex diſpoſitione *Stat. Florent lib.* 2. *Rubr.* 111. 112. *&* 115. generaliter ex quocumque contractu mulieres, etſi ætate maiores obligari prohibentur abſque, ut aiunt = Mondualdo = Et ſuper hoc viget reformatio *diei* 3. *Iul.* 1568. cuius vi in locum Mundualdi, ſeu aſſiſtentis ſubrogatus fuit Iudex, qui decretum interponat = Pro Civitate Florentiæ Iuriſdictio demandata fuit hiſce videlicet Magiſtratibus = Magiſtrato Supremo = Conſervatori di Legge = Magiſtrato dei Pupilli = Proconſolo = ſed quoſdam omittimus Magiſtratus, qui exprimuntur in dicta reformatione, cum hodie ſuppreſſi remanſerint.

Et quod pro contractibus ineundis in comitatu debeant Rectores Iuſtitiæ Decretum interponere, ubi aliter de Iure Municipali non ſit proviſum; omnibuſque precipitur, quod una dies ante prolationem Decreti debeant perſcrutari, & inſpicere exemplar obligationis explendæ iuxta reformationem diei 12. Auguſti 1678. & hæc præſcribuntur ſive de nuptis, aut innuptis, & viduis agatur.

Hodie vero ex noviſſimis conſtitutionibus ſi de nuptis agatur tam de Comitatu, quam de Civitate Florentiæ, quando agitur de obligatione, reſpiciente earumdem dotes, debet Decretum privative interponi a Magiſtratu Supremo Civitatis Florentiæ; verum ſi agatur de extradotalibus, a quocumque Iudice Ordinario Decretum valide interponi poteſt, ſive de nuptis, ſive de viduis, vel de innuptis agatur; pariterque ſi agatur de innuptis,

ptis, viduiſque res ſit ab enunciatis Magiſtratibus, ſi Florentiæ res ſit dirimenda, ſin minus a Foraneis iuſtitiæ Rectoribus reſpectivis, ergo quocumque caſu in contractu inito a quibuſcumque fœminis, deficiente Iudicis Decreto earumdem obligationes ipſo Iure nullæ ſunt (4). Cum iſtæ ſolemnitates requirantur pro forma ſubſtantiali, & ad integrandam perſonam (5), nec per æquipollens ſuppleri poſſint (6), ac propterea ex intervallo, & poſt contractum eas adhibere inutile eſt (7).

Ulterius non eſt prætermittendum, quod Iudicis Decretum huiuſmodi obligationibus nullum robur tribuit, niſi conſtet quod obligationis cauſa utilis mulieri ſit, ſeu ſaltem non damnoſa (8). At ſi de nupta agatur obligatio nullimode ſuſtinetur, ſi medietatem dotis excedat (9).

(1) *Leg.* 8. §. 1. *ff. ad Velleian. & Leg. fœminæ C. ad Velleian* (2) *Leg.* 41. *ff. eod. & Leg.* 4. *Cod. eod.* (3) *Leg.* 5. *& Leg.* 8. *ff. h. tit.* (4) *Marzimed. dec. Senen. in addit. ad examen* 57. *Urceol. dec. Flor.* 5. *num.* 11. (5) *Rot. Rom. dec.* 294. *num.* 12. *par.* 6 *rec.* (6) *Rot. dict. dec. & dec.* 361. *num.* 13. *par.* 15. (7) *ad mater. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.* 44. *art.* 1. *per tot.* (8) *Marzimed. dec. Senen.* 333. *per tot. & dec.* 363. *Surd. dec.* 164. *per tot. Rot. dec.* 193. *per tot. par.* 12. *rec. & dec.* 31. *&* 200. *par.* 14. (9) *Conſtantin. loc. inferius citando.*

NOTÆ.

Unum addimus notabile, & ſpeciale, quod mulier abſque ſolemnitatibus confeſſionem de recepta Dote facere nequit, & facta non tenet *De Comit. dec. Senen.* 36. *num.* 18. ubi multa ad mater. explanantur.

Quod in confeſſione debiti facta a muliere requirantur ſolemnitates, firmant poſt *Gratian. diſcept. cap.* 489 *num.* 5. *et cap.* 669. *n.* 5. *Rot. poſt Zacchiam de obligat. cameral. dec.* 242. *num.* 2. *et cor. Sperell. dec.* 46. *num.* 14. *et.* 16.

Quod requirantur in venditione *Cepparell. reſolut. fiſcal.* 32. *num.* 2. *Palm. dec.* 439. *num.* 7 *e* 34. *Marzimedic. deciſ. Senen. in addit. ad examinat.* 57. *n.* 1. *De Comitib. dec. Flor.* 14. *n.* 1.

Et quod *in loc. Carocc. de locat. par.* 2. *de monduald. qu.* 3. *Rot. Noſtr. lib. motiv.* 81. *a* 411. *quod eſt diei* 2. *Ianuarii coram Macchiavelli.*

Et quod requirantur in quovis actu, utcumque correſpectivo, *Liburnen. diei* 23. *Auguſti* 1695. *cor. Belluzzi §. in facto lib. motiv.* 120. *a* 293. *Florent. Donation. de Capponibus diei* 10. *Maii* 1737. *cor. Fabbrini §.* 1.

De obligationibus mulierum earumque ſolemnitatibus pleniſſime agunt *deciſ. in Florentin. Hypothecariæ diei* 20. *Septembr.* 1669 *cor. Farſetti, Caſtilionen. Dotis diei* 14. *Septembris* 1718. *cor. Calderoni, & in Florentina nullit. Obligation. diei* 17. *Septemb.* 1740. *cor. Bonſini, & in Florentina Obligationis Mulieris diei* 9. *Septemb.* 1746. *cor. Dom. Audit. Ioſepho Bizzarrini, & in Florentina Fideiuſſion. mulieris diei* 29. *Septembris* 1750. *cor. Montordi.*

Opinio quod Mulier obligari nequeat ultra medietatem Dotis tribuitur *Theſauro deciſ.* 223. ſed varias admittit limitationes, & quomodo ſit intelligenda *vid. in Florent. Obligat. mulieris diei* 9. *Septemb.* 1746. *cor. Dom. Audit. Ioſepho Bizzarrini.*

NOTÆ *ad verbum Mondualdum.*

Verbum *Mondualdum* Longobardicum eſt, atque indicat pacem, ſecuritatem, protectionem, tutelam, tuitionem, patrocinium, defenſionem, mundan, tueri, protegere; Apud Longobardos quævis fœmina in mundio erat, ac puellæ quidem in mundio, ac tutela parentum, vel ſi deeſſent agnatorum; fœminæ vero nuptiali iugo devinctæ in mundio erant maritorum. Quemadmodum olim fœminæ apud Romanos erant in perpetua tutela, ut docet *Ulpian. in fragm. inſtit. tit. de tut. Leg. Longobard. lib.* 2. *tit.* 10. *nulli mulieri liberæ ſub Regni noſtri ditione, Leg. Longobardorum viventi liceat in ſuæ poteſtatis arbitrio, id eſt ſine mundio vivere, niſi ſemper ſub poteſtate viri, aut poteſtate Curtis Regiæ debeat permanere; nec aliquid de rebus mobilibus, aut immobilibus ſine voluntate ipſius in cuius mundio fuerit, habet poteſtatem donandi, aut alienandi &c.*

Caſſæ de mundio, libere, inter regales, ſeu quæ ad Regem pertinent accenſentur in *Leg. Longobard. lib.* 2. *tit.* 2. §. 8. & ratio ita per Longobardos ſtatuendi ea fuit, quia cum valde fragilis ſit mulieris ſexus, plerumque remaneat deceptionibus ſubiectus, ac ideo Mondualdus eiuſque officium eſt cavere ne in contrahendo decipiatur, vel in aliquod damnum incidat, *Corn. conſ.* 254. *num.* 5. *in fin. lib.* 1. qui loquitur de Mondualdo ſecundum Statutum Florentiæ, quapropter *ex Afflict. deciſ.* 260. *ſub n.* 8. Stante eius præſentia in contractu præſumuntur omnia palam, & bona fide geſta, & tollitur omnis ſuſpicio metus, & doli, *ad mater. Altimar. de nullitat. qu.* 19. *num.* 48. *De. Luc. de alienat. diſc.* 59. *gloſſ. in Leg. velles Cod. de revoc. donat. Du Cange in gloſſ. ad ſcript. mediæ & infim. latinit. in verb. mundiburdus, & verb. mundium, ac mondualdus.*

De

Digitized by Google

De Nullitate.

QUoniam in ſuperioribus adnotationibus actum fuit de validitate, & invaliditate Obligationum quoad mulieres &c. nonnulla ſubnectere lubet de nullitate, unde ad rem accedendo dicimus, quod nullitas eſt „ Ius ad irritandum actum, de quo = agitur in abſtracto „ in concreto eſt „ vitium, ſive defectus = rei geſtæ contra Legem „

Duplicis ſpeciei hæc eſſe videtur, alia ſanabilis, & non abſoluta, alia abſoluta, & inſanabilis, nam aut nullitas declaratione indiget, & reſpicit intereſſe privatum tantum, nec abſolute dimanat a Lege, & tunc actus non dicitur nullus, niſi declaretur, nam poteſt habere implicitum ſtatum validitatis, maxime ſi agatur de ſolemnitatibus extrinſecis, requiſitis in actibus, quæ ſcilicet poſſunt præcedere, & ſubſequi contractum, quo caſu in dubio pro validitate actus pronunciandum eſt, aut Lex annullat actum uſque ab initio, præcipue favore publico, & tunc nullitas dicitur inducta ipſo iure, nec indiget probatione, cum ſit deſperatæ ratificationis, adeoque dicitur ipſo iure nullus, eo modo quo numquam fuiſſet.

Primo caſu non poteſt allegari ab eo, qui in negocio non habet intereſſe, (1) nec ab hæredibus, niſi ab auctore iam fuerit deducta (2). In hac ſpecie de nullitate dici poteſt uſque ad triginta annos, (3) ſi opponatur agendo, nam excipiendo ſemper opponi poteſt, in hoc enim intrat regula, quod quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum (4).

In ſecundo vero caſu quando Lex reſiſtit actui ab initio, poteſt ſemper a quocumque allegari, deducta ſit, nec ne ab auctore (5) cum dicatur penitus excluſiva iuris agentis, (6) quæ plerumque datur in contractibus minorum, ac mulierum initis ſine ſolemnitatibus, ut firmat (7)

(1) *Vant. de nullit. tit. quis dicer. pot. de nullit. n.* 1. *et ſeqq.* (2) *Rot. par.* 13. *rec. deciſ.* 394. *n.* 11. (3) *Marant. de ord. iudic. n.* 3. *par.* 6. *partis prim. art.* 1. *n.* 157. *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 11. *n.* 262. (4) *Rot. deciſ.* 24. *n.* 10. *ec. par.* 5. *rec.* (5) *Leg. quæ ab initio ff. de regul. iur. Scacc. de appell. qu.* 10. *rem.* 1. *concl.* 7. *n.* 3. (6) *Surd. dec.* 108. *n.* 1. *Merlin deciſ.* 746. *n.* 6. *Rot. par.* 16. *rec. deciſ.* 130. *n.* 10. *De Comit. deciſ. Senen.* 20. *n.* 6. (7) *Accariſ. deciſ. Flor.* 95. = hæredem factum defuncti nullum impugnari poſſe, = quando eſt nullum ex defectu non ſervatæ formæ, vel propter Le-

= Legis reſiſtentiam, aut favore publico; ſecus quando ob de= fectum materiæ, & privatam utilitatem = *ad mater. vidend. Conſtantin. ad Stat. Urb. de contract. minor. præcipue annot.* 44. *artic.* 7. *cum præcedentibus*.

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

TIT. XV.

AD contractuum faciliorem intellectum plura ſunt prænotanda; primo dari contractum pactum nudum, & pactum veſtitum. Pactum nudum eſt duorum, vel plurium in idem placitum, & conventio nuda proprio nomine, & cauſa carens, ita ut intra ſolos placiti fines contineatur, (1) ut cum ſine cauſa quod promittitur, hoc actionem parit nullatenus. Contractus autem, ſive pactum veſtitum eſt = Conventio proprium habens = nomen, aut eo deficiente civilem obligandi cauſam (2) =. Adeoque ulterius prænotandum eſt, quod contractus alii ſunt nominati, alii Innominati; Nominati vero dicuntur, qui proprium nomen habent, & ex quibus certa proprio nomine edita actio naſcitur, *ut emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, & mandatum*. Innominati ſunt, qui non habent proprium nomen, & quatuor quoque recenſentur, nempe *do ut des, facio ut facias, facio ut des, do ut facias*, ex quibus utilis oritur actio ex præſcriptis verbis, ſic dicta, quia datur in id, quod intereſt, quod eſt incertum, & arbitrarium.

Tertio prænotandum, quod in Contractibus nominatis, poſt eorum celebrationem nullus pœnitentiæ locus eſt, ſecus vero in Innominatis. Quarto prænotandum contractus alios dici bonæ fidei, eos videlicet in quibus benignior ſit interpetratio, ut ſunt *emptio et venditio, locatio et conductio, ſocietas et mandatum*. Alius autem eſſe ſtricti iuris, quia in eis nil aliud præſtandum venit, quam id, quod in conventione actum eſt, ut ſunt mutuum, ſtipulatio, ac reliqui omnes contractus, exceptis bonæ fidei.

His præmiſſis agitur hic tantummodo de contractibus Nominatis, qui re perficiuntur, in quibus requiritur res aliqua, ſive factum ad conſenſum accedens.

Obligatio re contracta quadruplex eſt, nempe *mutuum, commodatum, depoſitum, pignus*. Quadruplicem dicimus, quia indebitum, quod inter illos enumeratur eſt potius quaſi contractus, quam contractus.

Mu-

NOTÆ.

(1) Veluti ſi conveni tecum de permutando æquo meo cum tuo, ante traditionem, & interventum rei, talis conventio dicitur pactum nudum; Exceptionem vero nudum pactum ad liberandum producit, veluti ſi per nudum pactum promiſi me non petiturum debitum, & poſtea a te petam, nam mihi agenti obſtabit exceptio pacti de non petendo, *Leg. ſi unus* 27. §. *pactus, et Leg. tale pactum* 40. *ff. de pactis*, *Oinot. inſtit h. tit. cap. de pact. a num.* 7. *uſque ad* 8. (2) Seu duorum, pluriumve in idem conſenſus, ſeu conventio ex utraque parte ultro citroque obligatoria, qua alium nobis adſtringimus ad aliquid dandum, præſtandum, vel faciendum, *Leg. habeo* 19. § *contractum ff. de verbor. ſignific. iuncta Leg.* 3. *in princ. ff. de obligat.*

Contractus alius proprius eſt, qui hinc inde ultro citroque eſt obligatorius, id eſt quando uterque contrahentium obligatur & dicitur bilateralis, *dict. Leg. habeo*. Improprius alius eſt, cum unus tantum Contrahentium obligatur ad reſtituendum, & unilateralis vocatur. *Leg.* 2. *in princ ff. ſi certum petatur*. Alius magis improprius eſt, quando nulla ex parte oritur obligatio, ſed potius facta diſſolvitur, ut eſt in diſtractu, & liberatione, quæ fit per acceptilationem, *Bartol. in Leg. ſive apud acta Cod. de Tranſaction.*

De Mutuo.

MUtuum ita dictum, quod ex meo tuum fiat, *eſt contractus nominatus ſtricti iuris, quo res, quæ pondere, numero, et menſura conſtant alteri ita dantur, ut eius fiant ea Lege, ut tantumdem in eodem genere, et in eadem bonitate reſtituatur* „ ex qua definitione colligitur, in mutuo neceſſariam eſſe traditionem, & non ſufficere ſimplicem promiſſionem de dando.

Colligitur ſecundo Mutuum conſtitui poſſe in rebus tantummodo, quæ æſtimantur ex certo pondere, numero, & menſura, ut oleum, vinum, triticum, pecunia. Tertio Mutui formam conſiſtere in tranſlatione dominii mutuatæ rei. Quarto Mutuatarium debere reddere Mutuanti eaſdem res in genere, & in eadem bonitate. Quoniam vero redditio mutui facienda eſt in genere, non in ſpecie, conſtitutum eſt favore debitoris, ut poſſit re accepta uti ad conſumptionem; verum ſi hic velit rem eamdem reſti-

Digitized by Google

reſtituere, non prohibetur. Huiuſmodi contractus non eſt ultro citroque obligatorius, ſed ſolum ex parte recipientis, & ex hoc actio oritur, quæ vocatur certi conditio, qua Mutuans condicit (1) Mutuatario certam quantitatem ſibi debitam.

(1) Condicere, id eſt rem ſuam in iudicio petere, nam condictio nil aliud eſt, quam perſonalis actio. *Vicat. Vocabular. iur. litt. C.*

NOTÆ.

In Mutuo ſi quid ultra ſortem datum fuerit, uſura erit ex dicto Div. Pauli = mutuum date, nihil inde ſperantes = In hac materia dantur plures contractus uſurariæ pravitatis infecti, quorum primus dicitur Mohatra, (1) ſic dictum, quia ſub ficto emptionis nomine mutuum erit, cum mutuo, & fœnore palliatum; Mutuans enim ad uſuram palliandam, merces a Mutuatario pro pretio infimo ver. gr. ſcutorum nonaginta numerata pecunia emere effingit, cum pacto retrovenditionis pro pretio ſcut. centum.

Secundus Antichreſis, (2) vulgo nuncupata *a godere, o ſia godi godi*, cum ſcilicet debitor mutuo accipiens pecuniam creditori pignus fructiferum tradit, ut ſuos faciat fructus, & credito reſtituto pignus tantum debitori reſtituit. Hoc uſurarium eſt, & a Lege improbatum, ut firmatum fuit in *Caſtriplanen. Antichreſis diei 5. Decembris 1665. cor. Sergrif. per tot.* Contractus iſte quem Iudæi vocant *maſcantà* an, & quando iis permittatur *vid. Liburnen. Crediti, ſeu Retentionis cor. Chellini pag. 5. & ſeqq.* adprobatur temporaria venditio facultatis percipiendorum fructuum *ibid. par. 6.* Immo ex ſola qualitate Loci mercantilis Iuſtitia Antichreſis denotatur. *ibid pag. 6.*

Tertius Anatociſmus uſuræ ſcilicet uſurarum, cum ſuper decurſis fructibus, fructus ſolvi paciſcantur, & hoc pariter improbatum eſt (3) niſi prius per novam conventionem a prima indipendentem infructiferam ſortem, ac de iure permiſſam redigatur, ut videre eſt in *Romana Cambiorum 16. Ian. 1699* (2)

(1) *Anaclet. teolog. moral tract. 8. de contract. diſtinct. 4. qu. 3. num. 26. et 27. Onat. de contract. de empt. & vendit. diſput.* 68 *num. 2.* (2) *De Luc. de uſur. diſc. 9. n. 3 et 7. Leotard. de uſur. qu. 15. num. 23. & ſeqq.* (3) *Leg. fin. Cod. de uſur Caſareg. de commerc. diſc. 49. num. 14. & ſeqq. tom. 1.* (5) *cor. R. P. Muto impreſſa poſt dict. diſc. Caſareg. 49. de commerc. De Luc. de camb, diſc. 8. num. 6.*

Appen-

Appendix.

Quod res mutuo acceptæ reddi debeant quandocunque, ſcilicet = a qualunque richieſta = docent *Vinn. in comment. inſtitut. tit.* 15. *lib.* 3. *num.* 1. *Vicat Vocabular. Iur. verb. mutuum*.

Mutuum debet eſſe gratuitum. Verum aliquod admittit intereſſe concurrentibus requiſitis, *Pauli de Caſtr. in Leg. non utique tertia ff. de eo quod certo loco*, id eſt I. Quod mutuatarius ſit in mora in reſtitutione quantitatis receptæ II. Quod mutuans ſit ſolitus negotiari in pecunia III. Quod habeat occaſionem paratam *Coſmopolitan. pecuniaria diei* 8. *Mai* 1722. *cor. Calderoni Flor. prætenſorum fructuum* 3. *Auguſti cor. Urbani*.

Mora incurritur, vel poſt interpellationem; & tunc dicitur regularis, vel elapſo die quouſque mutuum durare debuit, & tunc irregularis vocatur, & diem interpellare pro homine dicitur, *Leotard. de uſur. qu* 81. *dict dec. cor. Urbani num.* 11. & prout fuſius videbimus explicatum inferius.

Duo poſtrema requiſita in locis mercantilibus præſumuntur *Florent. Salviani* 25. *Iulii* 1651. *cor. Bonon. Florent. intereſſ.* 8. *Iunii cor. Chellin. Florent. fideicomm.* 13. *Septembris* 1720. *cor. Caſareg. Liburnen. crediti* 20. *Auguſti* 1729 *cor. Graſſioni*, & maxime in Etruria *Liburnen. Mandati* 15. *Aprilis* 1719. *cor. Calderoni Seuen. ceſſionis* 6. *Iulii* 1761. *cor. Brogiani*, & Florentiæ *Leotard. de uſur. qu.* 74. *num.* 43. & ſupra relati.

Si mutuator non habeat dominium rei mutuatæ reconvalidatur mutuum ſaltem conſumptione, licet factum aliena pecunia, adeoque competit mutuanti ad eam repetendam condictio ſine cauſa, *Leg. nam ſi fur.* 13. *ff. ſi cert. petat. Ermoſill. ad Lopez Gloſſ.* 2. *Leg.* 1. *tit.* 1. *par.* 5. *Gratian. cap.* 262. *& ibi De Luca Rot. noſtr. in Flor. pecuniaria diei* 17. *Maii* 1746. *cor. Meoli*.

De Indebito.

Mutuo ſimillimum eſt indebitum, recipiens enim non debitum ſibi ſolutum per errorem facti, re obligatur quaſi ex mutuo reſtituere receptum ſolventi, cui præterea datur actio contra recipientem, & dicitur condictio indebiti; quod ſi ſcienter, vel errore Iuris indebitum ſolvatur non poteſt repeti.

Verum obligatio, quæ oritur ex indebiti ſolutione proprie non eſt ex contractu, quia ſolvens indebitum magis diſtrahendæ,

 quam

quam contrahendæ obligationis animo dare videtur, ut in Textu.

NOTÆ.

Si ſolutum aliquod fuerit tamquam debitum per errorem, & ex cauſa falſa, vel nulla, tunc tamquam indebitum repeti poteſt (1), & eadem eſt ratio, ſi indebitum per errorem ſæpius fuerit ſolutum, quæ eſt ſi ſemel tantum ſit ſolutum, quo caſu ſine dubio (2). Idem enim eſt Ius totius, & partis (3), qui dicit hanc conditionem eſſe perſonalem, & duraturam triginta annos. Si ſcienter tamen indebitum ſolvatur, tam in dante, quam in recipiente cenſebitur donatum, nec dabitur repetitio (4).

Solvens ſponte, ſi velit indebitum repetere, debet probare indebite ſolviſſe, ſecus ſi coacte, nam tunc exigens, tenetur his, probare debitum; & quando ſolutio dicatur ſpontanea, vel coacta (5), non poteſt repeti indebitum, quando fuit ſolutum ratione piæ cauſæ (6). Item non datur repetitio indebiti ſoluti in vim ſententiæ tranſactæ in rem indicatam (7). Nec poteſt repeti, quando erat ſaltem naturaliter debitum (8). In dubio tamen præſumitur potius ſolutum ignoranter, quam ſcienter (9).

Quatuor deſiderantur ad indebiti repetitionem I. Ut quid ſolutum ſit II. Ut ſolutum ſit indebitum III. Ut ſolutum ſit per errorem IV. Ut errore facti (10).

(1) *Leg. cum de indeb. ff. de probat.* (2) *Leg. 1. & tot. tit. ff. de condit indeb.* (3) *Leg. quæ de tot. ff. de uſur. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. num. 60.* (4) *Oinot. in §. bis quoque inſtit. tit.* (5) *Bich. dec. 306. num. 9. & ſeqq. Rot. Rom. par. 16. rec. deciſ. 401. num. 15. & ſeqq.* (6) *§. fin. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſcuntur.* (7) *Leg. 1. C. de indeb. Magon. dec. Flor. 10. num. 21.* (8) *Rot. par. 13. recent. deciſ. 177. num. 12. Bich. dec. 306. num. 8. Rot. par. 17. rec. dec 143. num. 18. & ſeqq.* (9) *Rot. par. 11. rec. dec. 49. num. 47.* (10) *Donell. comment. Iur. civ. lib. 14. cap. 9. pag. mihi 689. n. 30. Rot. noſtr. in Florentina pecuniaria diei 12. Maii 1773. coram Illuſtriſſ. Dom. Audit. Franciſco Roſſi pag. 9. §. etenim.*

De Commodato.

Secunda ſpecies contractus realis eſt commodatum = Quo gratis, id eſt, ſine mercede datur res alteri utenda ad certum tempus, & certum uſum, ut eadem ſpecies, non alia in genere reddatur,

datur, hinc oritur revocari commodatum non poſſe, niſi finito certo uſu ad quod fuit conceſſum, & commodatarium non poſſe uti re commodata, ſecus quam fuit conventum. Conſtat etiam per hoc differre a Precario; de quo infra dicitur gratis, quia interveniente mercede eſſet locatio; redditur eadem res in ſpecie, quia ex hoc non transfertur dominium, ut in mutuo, unde ſequitur, quod eamdem numero rem commodatarius tenetur reſtituere, & tenetur de dolo, & culpa leviſſima (1).

Commodatum conſtituitur in rebus uſu non conſumptibilibus; commodatarius enim uti debet ita, ut remaneat ſalva rei ſubſtantia, & ideo hic intelligendum eſt de ea conſumptione, quæ ſpeciem non mutat. Ex commodato duplex oritur actio, directa competens commodanti contra commodatarium pro recuperatione rei commodatæ, & contraria competens commodatario, adverſus commodantem pro expenſis neceſſariis, quas in re ipſe fecit.

(1) *Bartol. & Caſtrenſ. in Leg. ut certo §. interdum ff. commodati Maſcard. de probat. concl.* 327.

NOTÆ.

Si commodatarius aliter, vel ad diverſum uſum commodata re utatur, quam commodata fuit, moram re ipſa committit, & furti tenetur. *Leg. ſi ut certo §. quin immo ff. commodati Leg. qui iumenta* 40. *ff. de furtis §. furtum, & §. placuit inſtit. de oblig.* quæ ex delicto naſcuntur *Leotard. de uſur. qu.* 34. *num.* 6. *& qu.* 82. *num.* 32.

De Precario.

PRecarium, quid ſit optime explicat *Textus in Leg.* 25. *de Precario* „ ibi „ Præcarium eſt, quod precibus petenti utendum „ conceditur, tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit patitur „ quod genus liberalitatis ex Iure gentium deſcendit. Differt a donatione, eo quia, qui donat ſic dat, ne recipiat, at qui precario concedit ſic dat, quaſi tunc recepturus cum ſibi libuerit Precarium ſolvere. Ad rem vidend, *Menoch. caſ.* 23. *per tot.* ubi obſervat, quod commodatum non poſſit ad commodantis libitum revocari, quia ad certum tempus ac deſtinatum uſum ſit, e contra in Precario, quod cum ad certum uſum non concedatur, & in ipſa conceſſione nullum tempus tacite cenſeatur adiectum ob id

poſſe ad libitum revocari, ita per *Text. in Leg.* 1. *ff. de Precariis*, *docent Gonzalez. lib.* 3. *decretal. tit.* 14. *de Precariis cap.* 1. *in comment. ſub num.* 3. *Rodean. de reb. Eccleſ. non alien. rubr. de ſignif. verbi alienatio art.* 23. *pag. mihi* 29. *num.* 8. *Fulgin. de Iur. emphyteut. in prælndiis qu.* 11. *num.* 9 Hoc non contingit in commodato, in quo tacite tempus cenſetur comprehenſum, donec Commodatarius ad uſum deſtinatum eo uſus ſit: verum ſolet dubitari an precarium concedens ſtatim eum revocare poſſit, vel aliquod temporis ſpatium concedere debeat, & dicendum ex dicto *Menoch.* hoc Iudicis arbitrio eſſe determinandum

Quod operetur contra tertios poſſeſſores *Afflict. dec.* 40. *n.* 15. Quod Precaria poſſeſſio ſit iuſta *Poſth. de manutent. obſerv.* 42. *num.* 12. alia plura vid. apud *Bertacch. in repert. verb. Precarium*.

A precario pœnitus diſcrepat Precaria Romanis Legibus incognita teſtante, *Gonzalez. in libr.* 3. *decretal. tit.* 14. *de Precar. cap.* 1. quæ quid ſit, & a quo originem duxerit vid. *dict. Gonzalez. ibid. & Rodean. loc. cit.* & quomodo celebrari conſueverit maxime quoad renovationem idem *Gonzalez*, & quæ res in hunc contractum venirent, & an ſimilis ſit emphyteuſi, aut locationi decennali, idem *Gonzalez*, *& Redoan. ubi ſupra & Valaſc. de Iur. emphyteut. qu.* 34. *num.* 16.

De Depoſito.

TErtia obligationis ſpecies, quæ re contrahitur, eſt Depoſitum: Deponere eſt, rem alicui, qui gratis hanc operam ſuſcipiat cuſtodiendam dare.

Res depoſita quandocumque repoſcenti reſtitui debet, quia ex hac reſtitutione Depoſitarius nullum patitur damnum. Ipſe autem abſque iuxta cauſa ante tempus conventum rem illam reſtituere nequit, quia hoc deponenti in commodum parere poteſt.

Si in Depoſito Merces intervenerit degenerare poteſt, vel in locationem, vel in contractum innominatum.

Depoſitarius in cuſtodiendo non tenetur, niſi de dolo, vel lata culpa, de levi, & leviſſima excuſatur, quia qui rem negligentiori amico cuſtodiendam tradit, ſuæ imputet facilitati, ſi res ita perit, & in hoc differt a commodato, in quo preſtatur leviſſima culpa, & ratio differentiæ eſt, quia commodatum conſtituitur in gratiam Commodatarii, Depoſitum vero in gratiam

tan-

tantum deponentis cum eo depoſitarius uti nequeat citra labem furti.

Ex hoc contractu actio duplex oritur. Directa competens adverſus Depoſitarium ad rem depoſitam recuperandam cum omni cauſa, reſarciendumque damnum, dolo, & culpa lata regulariter datum. Contraria datur Depoſitario adverſus Deponentem ad indemnitatem.

N O T Æ.

Plures Depoſiti ſpecies Doctores agnoſcunt, quorum primum eſt, de quo agit *Text.* & quod cauſa cuſtodiæ alteri traditur, nam deponere nil aliud eſt, quam commendare *Leg. Lucius* 24. *ff. depoſiti vel contra*: illud ſiquidem ſimplex eſt, id eſt voluntarium conſiſtens in rebus mobilibus, & ſemoventibus, ſive ſit certa ſpecies, ſive certa quantitas, puta pecunia, quæ quandoque deponitur, ut certa ſpecies, veluti in ciſta occluſa, vel in ſacculo obſignato, *Leg. pr.* §. *ſi ciſta*, *& Leg. ſi ſacculum* 29. *ff. depoſiti, vel contra*: Quandoque ut genus, quod ſit cum pecunia non obſignata Depoſitario adnumeratur pacto adiecto, ut ea uti poſſit, nam, & hoc caſu erit Depoſitum *Leg. Lucius* 24. *& Leg. die ſponſaliorum* 25. *ff. eod.* vel continetur in schedulis = pagherò =

Prioris ſpeciei dicitur Depoſitum regulare, cuius dominium penes Dominum Deponentem remanet, & reſtituendum eſt in eadem ſpecie numerica & individua, *Leg. penult. Cod. depoſ. Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *qu.* 8. *num.* 8. atque in eo caſus fortuitus cedere debet damno Domini, tamquam ſequela dominii, *De Luc. de credit. diſc.* 68. *ſub num.* 4. §. *apud*: niſi mora, aut negligentia Depoſitarii in reſtituendo intercedat.

Poſterioris ſpeciei irregulare nuncupatur, ubi traditur res, vel pecunia non obſignata, ſed numerata, ut reſtituatur aliaquantitas ſimilis, & non eadem, & in quo tacite transfertur dominium, ac poſſeſſio in depoſitarium, dum permittitur contra formam veri, & regularis depoſiti eiuſdem, vel expreſſe, vel tacite uſus, *Caſtill. contr. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 34. *De Luc. de credit. & debit. diſc.* 68. *ſub num.* 4. §. *aut vero* „ ibi „ In = effectu Bancherius, vel Campſor eſſe dicitur Debitor quanti= tatis, atque depoſitum quamdam mutui ſpeciem redolet „

Depoſiti irregularis naturam fere ſortiri videtur cedula, ſeu ſchedula = Pagherò = quæ ſcilicet ſic concepta ſit = Pa= ghorò a Seio ſcudi cento per altri, e tanti avuti in contan= ti = vel = a piacere di Seio pagherò ſcudi cento = vel = da

Seio

= Seio ſcudi cento = N. N. = vel = da Seio avuti in contanti = ſcudi cento per reſtituirli a piacere, *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 12. Nam qui ex eadem Pagella eſt obligatus, dicitur depoſitarius ſummæ pecuniarum in = Pagherò = contentæ *Conſtant. loc. cit. num.* 12. exceptis tamen quibuſdam caſibus, in quibus eadem privilegia non obtinent, & ſunt ſi facta ſit pro pretio mercium venditarum; pro reſiduo debiti antecedentis, vel alia cauſa in illis expreſſa ſit, ex qua appareat quod non ſunt = per = altri, e tanti =

Privilegia autem ex prædictis reſultantia ſunt, quod non admittant compenſationem etiam cum debito liquido, neque exceptionem dominii, niſi dominium poſt contractum depoſitum Depoſitario quæſitum fuerit, prout reicitur etiam exceptio retentionis ex cauſa alterius crediti, *Leg. penult. Cod. Depoſiti Rot. dec.* 467. *num.* 6. *apud Poſthium de manutent.* Sed ſtatim quod petitur reſtituendum eſt, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 4. *&c.* adeoque habent executionem paratam (excepto caſu, quo dicta ſchedula facta fuerit a muliere, vel a minore, vel a fil. fam. non mercatoribus ſeſe obligare prohibitis, *Conſtant. dict. annot.* 12. *a num.* 134. *uſque ad* 142.) quamvis pro illis, ac pro literis cambii, nulla competat hypotheca, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *qu.* 27. *num.* 2. *De Luc. de credit. diſc.* 39 *n.* 6. *&* 8. & præciſe de literis cambii *Genua de ſcriptur. privat. lib.* 3. *qu.* 2. *n.* 1. niſi eadem præſertim in ſubſcriptione expreſſa fuerit.

Quo vero ſpectat ad privilegia potioritatis, ea videtur omnimode congruere poſſe tantummodo Deponenti ratione depoſiti regularis, qui in concurſu creditorum vincit etiam hypothecarios anteriores, & privilegiatos, quia non concurrit ſuper bonis Campſoris, ſeu Depoſitarii tamquam creditor, ſed vindicat rem ſuam Iure dominii, creditores vero ratione Depoſiti irregularis in concurſu nullam habent prælationem, vel anterioritatem, ſed tamquam creditores Chirografarii concurrunt per tributum cum aliis creditoribus ſine hypotheca, nec inter eos conſideratur prioritas temporis, quam ſolum obtinent Creditores hypothecarii, non autem Chirografarii, qui etſi habeant in ſchedulis datam anteriorem, attamen talis data (ſublata hipotheca) nullam dat prælationem *Conſtant. annot.* 12. *n.* 125.

Pro incertis fit Depoſitum præſtito fideiuſſore de ſupplenda, vel ſolvenda tota ſumma cum liquida erit, *Mutilianen. Retractus diei* 20. *Iunii* 1617. *cor. Pinoc. §. acceſſit* de depoſito late agit *Caſtill. controv. cap.* 16. *lib.* 3.

Depoſiti ſpecies altera eſt, quando debitor creditori accipere

pere renuenti pecuniam debitam offert, & ad vitandum curſum uſurarum, ſeu paratam executionem auctoritate Iudicis in locum publicum deponit, & dicitur oblatio realis debiti, quæ operatur effectum plene liberationis, *Leg. oblat.* 9. *Cod. de ſolution. Rot. Rom. par.* 12. *rec. dec.* 91. *num.* 4. *& dec.* 452. eo tamen caſu deponens depoſitarium eligere non poteſt, ſed deponere debet in loco publico, vel apud quem Iudex elegerit *Mantica de tacit. lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 2. depoſitum tamen ab omni vinculo, & conditione, quæ natura, aut Iure neceſſaria non ſit, vacuum eſſe debet, ut liberet debitorem deponentem, *Magon. dec. Lucenſ.* 31. *num.* 19. debetque eſſe integrum, tam quoad ſortem, quam quoad fructus ſi res fructifera ſit, *Rot. poſt Conſtant. dec* 77 *num.* 8.

Pro coronide addendum ſupereſt, quoad in Depoſito ſunt aliqui caſus in quibus leviſſimam culpam, & caſum fortuitum Depoſitarius præſtare tenetur. Primo ſi de hoc expreſſe conventum fuerit, *Leg.* 1. *§. ſæpe* 35. *& §. ſi conventum ff. depoſiti* ſecundo ſi fuit in mora reſtituendi, *Leg. ſi in Aſia* 12. *§. ſin. ff. eodem*. Tertio ſi culpa præceſſerit caſum; Quarto ſi Depoſitarius ſe Depoſito obtulit; Quinto ſi aliquid pro cuſtodia accepit; his tamen duobus poſterioribus caſibus de leviſſima etiam culpa tenetur non actione Depoſiti, ſed actione conducti, vel actione præſcriptis verbis, ſi ſpecies aliqua pro cuſtodia data fuerit, *Azzo in ſumm. Cod. Depoſiti*.

De Sequeſtro.

REM pertractandam ſequeſtrorum ſuſcipimus, quia, ut tradunt Doctores ſequeſtrum depoſitionis genus eſt, ut ex *Connan. in Comment. Iuris Civil. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. Sequeſtratio dicitur depoſitio apud ſequeſtrem: ſequeſter autem apud latinos eſt quod eſt medium inter aliquas res *Virgil. I. Æneid.*

= Bis Senos pepigere dies, & Pace ſequeſtra = apud practicos definitur rei litigioſæ depoſitio, quando ſcilicet res aliqua de qua lis eſt, ſub hac conditione traditur ſequeſtro ut eam retineat, donec ex cauſæ cognitione conſtet, cui debeatur *Leg. propriæ* 6. *ff. eodem* & is apud quem res deponitur ſequeſter dicitur ex eo quod utraque pars fidem eius ſequatur *Leg. ſequeſter* 110. *ff. de verb. ſignific.* ab iiſdem practicis vocantur ſequeſtri, ſaximenti &c. *Papien. in forma ſequeſtr. ſeu ſaximen.* atque

que in Statuto *Flor. libr. 2. habetur Rub. 56.* de modo procedendi ſuper ſtaggimentis, & preceptis, *& Statuto Curiæ mercatorum Rubr. 8. lib. 2. §. I gravamenti, e ſtaggimenti reali*. Hoc Statutum inter cœtera diſponit etiam, quod ſequeſtrum confirmandum ſit poſt ſex menſes, alias ſit nullum.

Nullum eſt etiam ob non ſolutam gabellam Chirographi, cuius vigore factum fuit iuxta Statutum Gabellæ *Rubr.* 18. quod quidem non procedit ſi agatur de Sententia.

Sequeſtrum factum pro ſumma maiore vero debito, videtur nullum pro ſolo exceſſu, ex mente dicti Statuti Mercant. *libr. 2. Rubr. 8. Caſareg. de commerc. diſc.* 207. *num.* 26. ſecus Iuris rigore *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 6. *u.* 20.

Regulariter a ſequeſtrationibus ſicut ab executionibus non eſt incohandum, *Rot. dec.* 464. *num.* 1. *par.* 1. *dec.* 764. *num.* 5. *par.* 2. *& dec.* 222. *num.* 2. *par.* 6. *rec.* quia ſequeſtratio tam de Iure Civili, quam Canonico eſt prohibita, ut ex *Papien. loc. cit. De Luc. de Iudic. diſc.* 13. *num.* 6. ideoque odioſa, & frequenter revocanda, *Rot. par.* 3. *diverſor. dec.* 97.

Quando incipiendum ſit a gravamento maxime in comitatu, & ſubinde Creditum iuſtificandum, & liquidandum ſit vid. *Vantio de nu. quib. mod. Sentent. nulla defendatur n.* 130. *e* 131. *Aſinio in prax. cap.* 2. *§.* 32. *ampl.* 6. *n.* 2. *& de execut. cap.* 14. §. 2. In praxi tamen dupliciter conſideratur, ſcilicet, quod aliquando ſit voluntaria, aliquando neceſſaria; voluntaria eſt, quæ de partium voluntate ſit, quam ſemper licitam eſſe tradunt Doctores, ac illa pendente, neque reus, neque actor poſſidet *Leg. licet* 17. *ff. eod.* Neceſſaria, quæ ſit a Iudice parte invita, & hæc reprobatur exceptis quibuſdam caſibus relatis a *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 146. *ad* 166. inter quos recenſetur ſcilicet, quando adeſt periculum dilapidationis &c. & generaliter ex iuxta cauſa Iudici bene viſa non ex proprio placito, ſed arbitrio boni viri poteſt in omnibus caſibus, ſi non ad inſtantiam partis, ſaltem ex officio apponi ſequeſtrum *cap. ut lite pendente num.* 6. *Lancellott. de attentat. par.* 2. *cap.* 12 *limit.* 12.

Quod ſpectat ad iuſtificationem; facienda videtur ſi agatur de ſequeſtro facto ad inſtantiam alicuius ex cauſa quod pecunia ſibi ſolvatur, ſeu tradatur, quod ſapit executionem realem requirit cauſæ cognitionem, ac partis citationem cum iuſtificatione crediti liquidi, *Tuſch. litt. S concl.* 202. *&* 203. *Rot. par.* 10. *rec. dec.* 277. *num.* 12. factum enim ad inſtantiam partis ſine cauſæ cognitione, & citatione non valet *Ridolphin. loc. cit.* nam facto Parte non citata ſtatim revocari poteſt. Fit enim ſe-

que-

queſtrum, vel ad effectum ſolvendi, aut exequendi, vel ad effectum cavendi, ſive ut aiunt aſſecurandi.

Solvitur demum ſequeſtrum, generaliter loquendo, pluribus modis I. Iudicis mandato, *Leg. fin. Cod. de bonis auct. Iudic. poſſeſſ. lite finita Bartol. in Leg. 1. Cod. de prohibit. ſequeſtri*; vel ſi actor differat litem proſequi in iuſtificatione, vel incohare protelet intra medium tempus arbitrio Iudicis deſignandum.

Vel ſi intra terminum Statuti in materia loquentis ſequeſtrum non liquidetur: ſolutione demum, ad rem, *Magon. deciſ. Flor.* 115. *num.* 4.

Solvitur, ſeu potius revocatur præſtita cautione de iudicatum ſolvendo, *Magon. dec. Lucen.* 6. *num.* 1. *Curt. de ſequeſtr. num.* 56. Caſu tamen, quo ſequeſtrum factum eſſet ad effectum exequendi, ſecuritatis remedio revocari nequit, ſed ſolutione tantum, ſicuti nil prodeſt cautio quando præſtatur extra terminum a Statuto adſignatum, *Magon. dec. Flor.* 98. *& dec.* 31. *num.* 5. *Cavaler. dec.* 567. *num.* 1.

De Pignore.

QUartus tandem Contractus Realis eſt Pignus, & communiter definitur = Quidquid traditur a Debitore ſuo Creditori in ſecuritatem ſui Crediti = Differt autem Pignus ab hypotheca, eo quia illud exigit rei traditionem, ut fuſius infra vidend. Hæc vero nudo Pacto conſtituitur licet, & hypotheca ſub generali nomine Pignoris veniat. Pignus non transfert dominium in recipientem, tribuit Ius in re, ſed nil aliud transfert, quam poſſeſſionem, & cuſtodiam; quare in ſpecie debet reſtitui, eoque uti creditori non licet, quia pignus non ad uſum conceditur, & ob id ſi quis Pignore utatur contra Domini voluntatem, furtum committit. At quoniam Pignus utriuſque gratia contrahitur, debitoris ſcilicet, ut facilius inveniat creditorem, & creditoris, ut tutus ſit de pecunia credita. Creditor in pignore ſervando non præſtat niſi dolum, culpam latam, & levem, non autem leviſſimam, nec caſum fortuitum.

Ex contractu duplex oritur actio, Pignoratitia directa competens debitori adverſus creditorem ad repetendum Pignus poſt ſolutionem debiti cum omni cauſa, & contraria competens creditori adverſus debitorem ad repetendas impenſas neceſſario factas in Pignore, aut ad recuperandum Pignus, ſi debitor Pignus acceperit debito non ſoluto.

Creditor Pignus retinere poteſt etiam poſt exactam ſolutionem, ſi debitor novum cum eo debitum contraxit.

NOTÆ.

Pignus diverſimode ſumitur, aliquando pro re ipſa in pignus data, aliquando vero pro contractu, & obligatione Pignoris, & eſt hypotheca, & in tot dividitur partes, in quot eadem hypotheca de qua infra dicemus.

Accedendo ad ea, quæ in praxi obſervantur ſciendum, quod ſi debitor ceſſaverit in ſolutione, Pignus vendi poteſt miniſterio tamen Iudicis precedente termino unius menſis debitori aſſignando ad reluendum, quod & Florentiæ obſervatur, & alibi *Ridolphin. in prax par.* 1. *cap.* 18. *Rot. par.* 9. *rec. dec.* 179. *n.* 78.

Vid. etiam *Sabell in prax.* §. *depoſitarii num.* 1. ubi fit mentio de *Leg. diei* 27. *Septembris* 1627. §. *E quanto &c.* iubente ut Depoſitarii pignorum ea vendant intra menſem, ſi vero Emptorem non reperiant, creditor accipiat mobilia in ſolutum.

Creditor nequit ſibi ipſi Pignus vendere, *Leg. & qui ſub imagine Cod. de diſtract. pign. Neguſant. de Pign. par.* 6. *membr.* 1. *num.* 26.

Quomodo, & quando creditor permittens, quod debitor obliget alteri rem ſibi oppignoratam, ſive hypothecatam intelligatur Pignus, aut hypothecam ipſam remiſiſſe vid. *Gloſſ. in L. Paulus ff. quid mod. & in Leg. creditor* §. *ſi tecum ff. qui potior; & Salyc. in Leg. fin.* 36. *ff. de remiſſ. pign.* cuius opinio recepta eſt *Anſald. de commerc. diſc.* 90. Pignus conſiſtere nequit in re propria creditoris, *Leg. neque Pignus ff. de reg. iur. Marzimedic. examinat.* 47. *n.* 1. *& ſeqq.* ibique relati.

In hoc contractu paciſcitur aliquando, ut intra certum tempus, debito non ſoluto, pignus pleno Iure creditori acquiratur quod dicitur pactum Legis commiſſoriæ adeoque reprobatum *cap. ſignificaſti h. t. Leg.* 1. *& ſeqq. Cod. de pact.* ſi tamen paciſcatur, quod pignus pro iuſto prætio vendatur, non committitur pactum Legis commiſſoriæ; itemque creditor fructus pignoris rei frugiferæ non facit ſuos, & quo caſu, *cap. ſalubriter* 16. *de uſuris Leg. quod meo, & Leg. quædam mulier ff. de acquir. poſſeſſ. Salgad. in labyr. creditor. par.* 2. *cap.* 24 *ſub num.* 183. *Merlin. de pignorib. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 2. *& ſeqq. Pacific. de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap* 4. *per tot.*

Ex Lege, ſeu reformatione anni 1713. extenditur ad quoſcumque creditores privatos habentes privilegium pignoris, privilegium mercatoribus competens, ut anterioribus creditoribus præ-

præferantur. Igitur ex dicta Lege creditor, anteriorem habens hypothecam non præfertur habenti poſteriorem, qui pignus poſſideat *Florent. ſeu Ferrarien. Pignorum diei* 29. *Martii* 1739. *cor. Caſareg. de commerc. diſc.* 187. Hoc tamen intelligitur de vero pignore rei mobilis, *Liburnen. prætenſæ prælationis diei* 17. *Auguſti* 1741. *cor. Gioia in Theſaur. Ombroſ. tom.* 3. *dec.* 68. *n.* 37. *e* 38. Pro tutiori cautela obſervandum, quod quando Pignus rei mobilis conſtituitur de eo mentio facienda eſt in ſcriptura a qua reſultat obligatio; & conſequenter hypotheca.

Attamen ad mentem Statuti Mercatorum *lib*, 3. *Rubr.* 2. §. *ancora &c.* traditio pignoris in ipſo actu contractus non videtur requiri. Fieri tamen debet pignoris datio per duos dies ante decoctionem *dict. dec. n.* 48. & tunc valet niſi Pignus obtentum ſit in fraudem aliorum creditorum, *Liburnen. prætenſæ prælationis quoad apocam eiuſdem diei, & anni, ac iam relata in Theſaur. Ombroſiano tom.* 3. *dec.* 69. *num.* 4. *& ſeqq.* ubi ex quibus hæc fraus reſultet.

Iuxta Legem anni 1546 datio rei immobilis in pignus obligat pignoratarium, ut bona ad extimum, ſeu decimam ſub eius nomine deſcribat.

In quo differat hipotheca a Pignore, & quomodo illa contrahatur.

Etſi ex cognitione rerum magis verborum vis intelligatur res tamen vix cognoſci poſſunt niſi aliqua verborum intelligentia ſit; Scribit enim, *Martianus in Leg.* 5. §. *inter ff. de pignor.* Pignus, & hypothecam nomine tantum inter ſe differre: eſt itaque utriuſque vocis eadem ſignificatio, licet non pronunciatio; hinc oritur, quod Statutum loquens de hypotheca, intelligatur etiam de pignore, & e contra *Rot. par.* 9. *rec. dec* 179. *n.* 78. attamen *Ulpianus in Leg. ſi rem alienam* 9. §. *non tantum ff. de pignoratit. action.* utriuſque verbi proprietatem reſpiciens inquit, pignus dicimus quod ad creditorem tranſit, Hypotheca autem cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem, Caius idem confirmat *in Leg.* 237. §. *pignus ff. de verb. ſignific.* Cum Pignus appellatum eſſe ait a Pugno, quia res, quæ pignori dantur manu traduntur; Ideoque verum eſſe, quod quidam putant pignus proprie rei mobilis conſtitui; eam vero quæ ſine traditione nuda conventione tenetur proprie hypotecæ appellatione contineri.

Hypotheca alia eſt conventionalis ſeu expreſſa, quæ ex partium conventione procedit, & hæc vel ſpecialis, ut quando

 res.

res certa obligatur, vel univerſalis, quando generaliter, aut indefinite bona obligationi ſubiiciuntur. Hypotheca illa ſpecialis expreſſa, per quam creditor ſibi obligatum habet aliquem fundum, vel aliud ita ut in eo præferatur etiam anterioribus creditoribus dicitur preambula, hoc eſt ambulans præ creditoribus.

Alia prætoria, cuius vi nulla etiam præcedente Sententia, vel pacto, creditor ratione contumaciæ ſui debitoris in poſſeſſionem bonorum eiuſdem immittitur.

Alia iudicialis, quæ inducitur dum præcedente Sententia diffinitiva pignus capitur in cauſam iudicati, *Merlin. de pignor. libr.* 3. *tit.* 2 *qu.* 3.

Ad conventionalem inducendam ſufficit Clauſula apprehendendi bona, propria auctoritate, & ſimilia, quæ important hypothecam, *Gratian. diſcep. for. cap.* 683. vel ubi adeſt pactum conſtituti, vel precarii; *Leg. quod nemo*, & *Leg. quædam mulier ff. de acquir. poſſeſſ. Salgad. in labyr. creditor. part.* 1. *cap* 24. *ſub num.* 183. & continetur ſub clauſulis executivis *Bich. dec.* 343. *num.* 17. Conventionali Hypothecæ æquatur illa, quæ præſcribitur a Statuto Florentino *lib.* 4. *Rubr.* 14. *Florentina dotis, ſeu Salviani diei* 15. *Octobris* 1726. *cor. bon. mem. Domini Auditoris Filippi Luci in Theſaur. Ombroſ. dec.* 25. *num.* 13. *tom.* 4.

Oritur ex iuramento præſtito ſuper obſervantia promiſſorum in inſtrumento, *Surd. dec.* 225. *num.* 9. *verſ. ad ſecundum ex obſervantia* fit contrahendi, & uſu in aliquibus negociis, *Rot. dec.* 303. *par.* 10. *rec.* igitur oritur etiam ex publico guarantigiato inſtrumento etiam ſi fuerit omiſſa, *ad Text. in Leg.* 15. §. *quod dicitur ff. de pignor. Neguſant. de pignor. membr.* 2. *par.* 3. *num.* 24. *eod. tractat. libr.* 2. *qu.* 103. *num.* 30.

Oritur ex quibuſcumque verbis etiam generalibus, atque indefinitis, veluti ſi quis dixerit obligo, vel ſuppono talem fundum = etiam inter abſentes per epiſtolam, vel per quamlibet ſcripturam privatam, *Genua de ſcript. priv. lib.* 1. *concl.* 1. & 2. in qua de ſtylo adhiberi ſolent verba hæc = Obbligo la mia perſona, e Beni, Eredi, e Beni, e Beni de miei Eredi preſenti, e futuri = ac in ſubſcriptione dicatur = Prometto, e affermo, quanto nella preſente ſi contiene = *Rot. par.* 17. *rec. dec.* 276. *num.* 8.

Ad clariorem materiei explicationem certum eſt ex ſcriptura privata nullam oriri hypothecam niſi conſtet de mente contrahentium, quod voluerint illam conſtituere, etiamſi partes convenerint, quod illa habeat vim publici Inſtrumenti, *Genua de ſcriptur. priv. lib.* 1. *qu.* 10. *Tuſc. litt. H. concl.* 116. *Ricci collect.* 1463. In

In bonis mobilibus non eſt perpetua hypotheca cum diſtintione tamen, nam venalia bona, & merces alienatæ non poſſent a tertio repeti quando uti ſingulæ fuiſſent diſtractæ, ſecus quando alienatæ uti corpus, quo caſu datur etiam ſubrogatio, *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 45 *per tot. & præcipue num.* 50. *&* 51. & ut fuſius videbitur infra, cum de reſervatione dominii ſermo erit.

Ex Formulario Florentino Clauſula *pro quibus &c.* extendit hypothecam etiam ad bona futura, & fideiuſſorum, ut examinando vim huius Clauſulæ, notant *Merlin. de pignor. libr.* 3. *tit.* 1 *quæſt.* 15. *num.* 3 *& ſeqq. Rot. Rom. coram Cerro deciſ.* 34. *num.* 15. *&* 16.

De hypotheca demandata a Statuto Florentino *lib.* 4. *Rubr.* 14. pro partitis librorum mercatorum vide in ſuperius relata, *dec.* 25. *in Theſaur. Ombroſ. tom.* 4. *num.* 25. Oritur etiam hypotheca favore creditoris ex ipſis partitis a debitore mercatore ſeu artifice ſubſcriptis &c. & Iudicis auctoritate exemplatis, ut fuſe videndum remanet inferius, cum præcipue de libris mercatorum, ſeu &c. agetur

Vide *Florent. prætenſæ hypothecæ ſuper bonis ſociorum coram Soltia, Spannocchi, & Turret. in Theſaur. Ombroſ. tom.* 4. *deciſ.* 13. *num.* 1. 38. 39. 54. *& ſeqq* ubi examinatur Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 97. tribuens Ius expreſſæ hypothecæ creditori ex cauſa mandatæ ac poſtea ſequtæ executionis.

De Cambio, ſeu Permutatione.

PErmutatio, quæ etiam Cambium dicitur, ut ex *De Luc. de feud. diſc.* 62. *num.* 11. *&c.* proprie eſt, quando ſpecies certa, pro certa ſpecie datur, veluti hæc domus pro illo agro, & ſic de ſingulis, & ita quando ab utraque parte certa ſpecies præſtanda eſt.

Quamvis contractus iſte aptari quodammodo videatur contractui venditionis, multum tamen in ſe differunt, quia emptio, & venditio dicitur contractus nominatus, in quo non datur penitentia; verum Permutatio eſt contractus innominatus, ſeu ſaltem inter eos enumeratur (1), ac propterea in eo locus eſt penitentiæ etiam poſt traditionem, quando ab una parte non adimpleatur, quare adimplens contractum pro parte ſua, petere poteſt actione præſcriptis verbis, ut adimpleatur ab altera parte, & niſi adim-

adimpleatur, poterit petere rem quam tradidit actione, quæ dicitur condictio ob cauſam (2).

Obſervandum ulterius eſt, ſi in venditione pretium determinatum non eſſet in pecunia numerata, ſed in alia ſpecie non eſſet venditio, ſed permutatio: Ulterius ſi ego trado Titio agrum & Titius dat mihi alterum agrum, & ſimul cum eo mihi dimittit ſcuta ver. gr. centum, ſi inter nos actum fuit, quod ſit venditio, erit venditio, ſi permutatio, erit permutatio, ſi autem nihil dictum ſit inter partes, ſi dicta ſcuta centum prævaluerint rei, quam mihi Titius dat, ſimul erit emptio, quia pecunia excedit agrum, quem Titius mihi dat.

Si vero ager, quem Titius mihi dat erit pretii maioris, id eſt prevalebit in valore ſcuta ex. gr. centum quos Titius pro adiunctione ſolvit mihi, erit permutatio (3), quando vero ager & adiunctio pecuniæ æquales ſunt, ſeu æquatione contractus ſoluta, in dubio dicitur permutatio (4).

In permutatione ſi ſequatur evictio, datur permutanti regreſſus contra rem ſuam etiam penes tertium exiſtentem (5).

De Iure permiſſa eſt, ubi non fuerit expreſſe prohibita, & prohibita eſſe videtur ſi agatur de bonis fideicommiſſo ſubiectis (6). Florentiæ impetranda eſt ex Reſcripto Principis, & vocatur ſubrogatio. Non ammittit Ius prælationis, ſeu prothomiſeos (7).

(1) *Surd. dec.* 173. *num.* 16. *Bich. dec.* 240. *n.* 28. (2) *Imola in Lege Ariſto ff. de donat.* (3) *Fagunez. de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 7. *per tot. Rot. dec.* 384. *n.* 9. *par.* 13. (4) *De Luc. de ſervit. diſc.* 73. *num.* 8. *&* 9. *& diſc.* 76. *num.* 10. *&* 11. (5) *Surd. dec.* 173. *&* 182. *per tot. Rot. par.* 14. *rec. dec.* 142. *per tot. Florentin. diviſionis diei* 18. *Septembris* 1744. *cor. Finetti, & dec.* 433. *num.* 13. *&* 485. *num.* 4. *cor. Molines* (6) *De Luc. de fideicomm. diſc.* 273. *n.* 18. (7) *De Luc. de feudis diſc.* 110. *n.* 7.

NOTÆ.

Retractus non habet locum in permutatione, *Piſtorien. Retractus diei* 30. *Mai* 1699. *cor. Bizzarrini impreſſ. apud Palm. Nepot. dec.* 283. *& in Piſtorien. Retractus diei* 30. *Auguſti* 1712. *cor. Ciampelli*.

Statutum concedens retractum in cuiuſcumque generis contractibus, nunquam in eo comprehenſa remanet permutatio, *Corradin. de iur. prælat. qu.* 16. *num.* 142. *De Luc. de ſervit. diſc.* 73 *num.* 1. *Rot. cor. Penia dec.* 71. *num.* 12. *& in rec. dec.* 131. *num.* 156. *par.* 8. *Buratt. dec* 6. *num.* 12.

Permutans ſuſtinens evictionem non ſolum contra rem permuta-

mutatam, ſed etiam contra bona alterius permutantis poteſt redire, *& Rot. noſtr. in dec. ab Audit. Conti collectis dec.* 31. *num.* 23. *&* 24. electionem debitori evictionis conceſſit ibidem *Deciſ. cor. Finetti*, ſed contra ſunt qui aſſerunt electionem ſpectare illi, qui evictionem tulit, & præcipue *Arias de Meſa variar reſol. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 10. *Rot. dec.* 142. *num.* 8. *par.* 14. *rec.* quæ poſtrema opinio magis conſona videtur diſpoſitioni, *Text. in L. pr. in fin. Cod. de rer. permut.*

Evicta re permutata datur regreſſus ad bona loco illius tradita, *Piſtorien. Domorum diei* 28. *Maii* 1685. *cor. Marini*.

Nullus eſt contractus permutationis ob enormiſſimam læſionem beſſem excedentem, *Senen. nullit. Contractus diei* 20. *Martii* 1714. *cor. Pallavicino*.

Etiam permutanti competit remedium, *Leg.* 2 *Cod. de reſcind. vendit. eadem Senen. et dec. Rot. Florent: ſub n.* 49. *coram Pallavicino, in Florentina Nullit. Permutationis Thomaſii de Fabrinis cum filiis Bartolomei de Bartolomeis*.

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

O Primum erit ad vitanda iurgia, quod Notarius priuſquam huiuſmodi inſtrumenta conficiat, interroget contrahentes, quid facere intelligant, & velint præcipue illum, qui ſolvit una cum re ſua aliquam pecuniæ quantitatem pro adiunctione, ſeu æqualitate conſtituenda, an res ita excedat in valore ſuo pecunias prædictas, vel ſi pecuniæ ſint maioris quantitatis quam ſit valor dictæ rei, nam primo caſu conficeret contractum permutationis, ſecundo emptionis &c. eo quia non attenduntur verba Notarii dicentis permutationem eſſe, ſi in effectu conſtet eſſe venditionem, *De Luc. de regalib. diſc.* 49. *num.* 5.

Gabella.

Ex præſcriptis in *Stat. Gabell. Rubr.* 15. „ ibi „ Di qualun-
= que baratto di Beni immobili, ſi deva pagar la Gabella, a uſo
= di compra, e vendita = Da detto pagamento s' intendino ec-
= cettuati Padri, madri, figli, figlie, nipoti, e nipote di figli
= maſchi, e non di figlie femmine, ed ancora s' intendino ec-
= cettuati fratello, o fratelli, ovvero ſorelle carnali, Zio, ed
= Avolo paterno dei Beni, e Poſſeſſioni loro &c. = viden. *Gyrond de Gabell: cap.* 17. *num.* 6.

DE

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

TIT. XVI.

COntractus, qui verbis perficitur, dicitur ſtipulatio, ſcilicet verborum conceptio, qua quis interrogatus an ſit quid facturus apte interroganti reſpondit; dicitur verborum obligatio, quia non ſolum conſenſu, ſed certis, & ſolemnibus verbis contrahitur. In omnibus fere contractibus occurrit verba adhibere verum ea ad ſubſtantiam non pertinent, niſi in ſtipulatione. Ad conſtitutionem ſtipulationis erit ſtipulantis, ac promittentis neceſſaria reſponſio, ut ver. gr. decem mihi dare ſpondes? ſpondeo; hæc tamen poterit quibuſcumque verbis concipi cum omnis fuerit ſublata ſolemnitas. Qui interrogat dicitur proprie ſtipulari, qui vero reſpondet promittere, aut ſpondere. Sunt tamen etiam hodie aliquæ ſtipulationis ſolemnitates, 1. ut ambo contrahentes verbis animi ſenſum patefaciant 2. ut promittens congrue reſpondeat abſque notabili intervallo, atque animo contrahendi obligationem verbalem 3. ut conſtet de cauſa propter quam ſtipulatio interponitur, nam actio ex ſtipulatu ſi cauſa careat eliditur doli exceptione.

Utili ſtipulatione contracta promiſſor ſive ſuo, ſive alieno nomine remanet obligatus. Effectus ſtipulationis varii ſunt ſecundum rerum, & perſonarum varietatem, ac contrahentium voluntatem; quia ſi res in ſtipulationem deducta fuerit certa, certi conditione, ſi incerta, ex ſtipulatu actione promiſſor obligabitur, niſi fuerit appoſita conditio actionem ſuſpendens: Conditio ſane poteſt eſſe, & abeſſe, & ſi adſit ſuſpendit actum uſque ad eventum.

Animadvertendum tamen eſt, quod diverſa eſt dandi, ac faciendi ſtipulatio, nam qui dare promiſit ſtatim ad dandum cogi poterit; qui vero facere ſi non adimpleverit, cogitur ad intereſſe, & pœnam ſolvendam ſi fuerit adiecta.

N O T Æ.

Repetendo ea, quæ paſſim alibi diximus incidenter, certum eſt, quod ad terminos Iuris Communis ſtipulatio favore tertii facta, valida eſt ſi ſtipulantis aliquid interſit, verum ſecundum Statuti noſtri preſcriptum, valida, ac pleniſſime efficax eſt ſtipulatio etiam favore abſentis facta abſque ulla neceſſitate mandati ratihabitione, aut rationum ceſſione, *Liburnen: Mandati diei 17. Iulii* 1764. *cor. trib. Iudicib. Paulo Philippo Baldigiani, Antonio Fran-*

Franciſco Pellegrini, & *Antonio M. Montordi Relat.* Vigore Statuti Florentini *Rubr.* 39 *lib.* 2. queri poteſt alteri per alterum etiam ignoranti obligatio, actio, dominium, poſſeſſio, & quodlibet Ius ex quovis contractu, quod etiam procedit favore infantium, quibus acquiritur abſque alia acceptatione ſtipulante ipſa Lege pro illis *Marta Vot. Piſan.* 9. *num.* 39. *et ſeqq. Bartol. conſ.* 8. *n.* 6. *Bonſini diſc.* 104. *num.* 25. *et* 26 *Magon. dec.* 117. *n.* 2. *Caſareg. diſc.* 177. *num.* 54. *Rot. noſtr. in Florent. Legitimæ de Eerzighellis diei* 2. *Septembris* 1688. *cor. Farſetti num.* 123. In contractibus tamen oneroſis, ſeu mixtis ex onere, & lucro concluſio non obtinet.

Stipulatio eſt contractus nominatus, quia habet ſpeciale nomen *argum. Text. in Leg.* 1. *verſ. adeo ff. de pactis* idemque eſt contractus ſtipulationis, & verborum obligatio, ac ideo potius a verbis, quam a conſenſu denominatur, quia ad ſubſtantiam eiuſdem ultra conſenſum, certa quædam verborum forma, ſeu ſolemnitas exigitur, ſcilicet ut præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, qua deficiente, licet adſit conſenſus, non tamen ſtipulatio contrahitur *Leg.* 1. *in princ. ff. eod.* Uſus ſtipulationum Iure civili maximus eſt unde ne quis putet hanc conventionis ſpeciem fruſtra inductam eſſe. = Quotieſcumque enim, quod in multis cauſis eſt opus, ſine re ac literis obligationem conſtitui volumus, neceſſe eſt ad obligandum Promiſſorem ſtipulationem adhibere: = nimirum Leges Romanæ ex nuda conventione neminem obligari voluerunt, ne qualecumque promiſſum, & ſermo ſæpe inconſultus, magis quam ex voluntate proficiſcens, neceſſitate Iuris promittentem illigaret; ſed excogitata eſt conventio certo modo, & forma concipienda, quam deliberati animi certum ſignum eſſe voluerunt, ex qua certo Iure actio competeret quam conventionem ſtipulationem dixerunt *Vinn. ad hunc tit. in proem. num* 4. In iis etiam caſibus in quibus pactum abſque interrogationis, ac reſponſionis ſolemnitate, efficacem parit actionem, qui alibi enumerati ſunt; ſtipulationis tamen vocabulum adhuc in Foro uſurpatur.

Quibuſcumque verbis ſtipulatio contrahitur modo ſint apta, & congrua ad interrogationem, atque interrogatio reſponſionem præcedat; mens enim potius, & intellectum, quam verba conſideranda ſunt, *Leg. cum virum C. de fideicommiſſis*, nec linguarum diverſitas ſtipulationem vitiat, ut ſi quis latine interroget, alter italice reſpondeat, dummodo contrahentes, ſe invicem intelligant, vel per ſe, vel per interpretem, *Oinot. in §. hac re inſtitut. h. t. num.* 2. *et* 3.

Notandum pro ut in Textu, quod omnis ſtipulatio, aut pura eſt, aut ſub conditione, aut in diem; quo ſpectat ad conditionum naturam, & obligationem in diem, & quid ſibi velint verba = venire diem = Et cedere diem = ſatis opportuniori loco actum eſt; nunc vero quærendum ſupereſt an qui promiſit abſque diei adiectione poſſit ſtatim adſtringi, & reſpondetur, quod non ſtatim creditor, cum ſacco paratus venire debet, ſed miſerationis gratia modicam debitori concedendam eſſe ad ſolvendum dilationem Iudicis arbitrio decernendam, ſecundum locorum, & perſonarum varietatem, *Vinn. in comment. ad §. Omnis ſtipulatio h. t. num.* 1. *ibique Oinot. num.* 3. *et* 4.

Ulterius multum ſcire intereſt, quod aliquando quis promittit, aliquid facere = ut Romam ire = Foſſam fodere = nam facta hæc in obligatione eſſe intelliguntur, ita ut faciendo promiſſor liberetur, & peti nunquam poſſunt, ſed id ſolum quod intereſt ſi facta non fuerint, neque id ſtatim, ſed cum tranſierit tempus, quo promiſſum poterit fieri; At ſi factum quod in conventionem deductum eſt in rei alicuius præſtatione conſiſtat, ſive ad dationem, dominiive, aut Iuris alicuius translationem ordinetur, id magis pro datione, quam pro facto habendum eſt, *argum. in §.* 1 *inſtit. h. t. Vinn in §.* 7. *h. t num.* 3.

Monetur inſuper in §. *non ſolum* 7. *inſtit. h. t.* quod optimum erit pœnam adiicere ne quantitas ſtipulationis incerta ſit = Nam ſtipulatio faciendi incerta eſt, quæ incertitudo cum non levia habeat incommoda, quo pacto ea incommoda vitari poſſint, utile Imperatori viſum eſt hic ita monere; dicitur incerta quantitas ſtipulationis, id eſt quia, quod intereſt incertum eſt, duplici ratione; Prior incertitudo eſt circa quod a nobis abeſt, quodque lucrari potuimus; Secundo ratione probationis: neque enim facile probatu eſt habuiſſe nos aliquid, & propter ceſſationem, aut factum promiſſoris amiſiſſe, circa pœnam hanc altera inter practicos exurgit difficultas, ſi hæc duplum excedere poſſit, ex quadam tamen æquitate canonica, quæ etiam in Tribunalibus laicalibus recepta eſt, has pœnas conventionales exigi non poſse ultra quod intereſse exiſtimari poſset (1), quamvis tamen ſuper hoc non deſint multæ limitationes, quas uſus ac ſtudium audientes noſtros docebit.

Verum pro coronide addendum ſupereſt, ſcilicet quod quando prætendatur aliquem quidquam promiſiſse, nec appareat de interrogatione præcedente, an præſumatur ſtipulationem contractam eſse, & dicendum videtur ſi verbum proferatur a Notario in inſtrumento intelligi de ſtipulatione, ſecus ſi a teſte, licet

licet enim is dicat aliquem promiſiſse, non ponit interrogatum reſpondiſse (2).

(1) *De Luc. de locat. diſc.* 27. *n.* 12. *et* 14. *De uſur. diſc.* 8. *num.* 13. *de credit. diſc.* 56. *num.* 8. *de Legitim. diſc.* 15. *num.* 25. (2) *Oinot. inſtit. h. t. in princ. num.* 8.

De Tranſactione.

QUoniam ſupradictis contractibus quodammodo cohærere videtur tranſactio, ideo nonnulla de ea verba facere non prætermittimus = Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta non = gratuita pactio, ſed aliquo dato, vel retento, vel promiſso = (1). Dicitur re dubia, quia ſuper clara tranſigi nequit. Ex illa ergo definitione promanat, quod tria requiruntur ad illius validitatem.

Primo quod fiat ſuper re dubia, nec immaginaria (2). Secundo quod fiat dato, vel retento, vel remiſso aliquo (3). Tertio quod bona fides interveniat non dolus verus, vel præſumptus (4). Quarto res dubia dicitur 1. quando ſuper ea introductum fuit Iudicium, vel mota lis, quæ indeciſa pendet 2. quando lis de facto extra Iudicium mota fuiſset per reſiſtentiam adverſarii; 3. denique ſi adeſset aliquis timor, vel periculum futuræ litis, nec refert utrum lis ſit iniuſta, vel iuſta dummodo abſit calumnia. Hæc omnia tamen procedunt quando lis, vel eius timor eſt vere probabilis (5), non enim creditur aſsertioni partium tranſigentium. Qui vero quæſtiones omnes ſuper hac materia diſpunctas velit introſpicere adeat (6). Celebris eſt in Foro Thorica in *Leg. ſi diverſa Cod. de tranſact.* cum qua concordat *Textus in Leg. ubi pactum Cod. eod.* in quibus diſponitur, quod quicumque tranſactionem impugnat, debet ante omnia reſtituere quod in vim eius accepit, vel ſaltem integram quantitatem offerre, de qua vide (7).

(1) *Leg.* 1. *ff. de tranſactionib. Leg.* 2. *et Leg. tranſactio Cod. eod.* (2) *Florent. Legati multiplici, et maioratus diei* 9. *Iunii* 1709. *cor. Farſetti, Conti, e Belluzzi* (3) *Leg. Tranſigere* 38. *Cod eod.* (4) *Leg.* 1. *§. fin. ad Sen. Conſ. Treb. L. ſub pretextu ſpecierum C. de tranſ.* (5) *Merlin. dec.* 490. *n.* 7. (6) *Urceol. ac Valeron. de tranſ. alioſque ibi allegatos* (7) *Urceol. de tranſ. qu.* 89. *Altimar. de null rub.* 1. *par.* 2. *qu.* 2. *tom.* 4. *a n.* 138. *ad* 175. *Rot. poſt Paulut. diſſert.* 15. *dec.* 5. *n.* 6. *et ſeqq. Rot. noſtr. c. Magon. dec.* 119. *n.* 8. *cor. Venturini dec.* 18.

NOTÆ.

Tranſactio facta a Tutore ad vitandas pupillorum lites, & in eorum beneficium valet etiam ſine Iudicis decreto, nec poſſunt pupilli facti puberes intentare actionem contra ſuos Tutores, cum de ipſorum in dicta tranſactione conſtet utilitate, *Liburnen. Tranſactionis* 13. *Septembris* 1749. *cor. Soldani*.

Leſionis probatio in tranſactione reputatur impoſſibilis ratione dubii litis eventus cuius æſtimatio magni eſt ponderis apud aliquos: *Montis Politiani Fideicommiſſi diei* 29. *Aprilis* 1721. *cor. Octavio Vaſoli Piccinini*. *et Antonio Calderoni Relat. et Florentina Tranſact. diei* 26. *Iunii* 1762. *cor. Tellucci*.

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

NOtarius caveat in primordio inſtrumenti Tranſactionis, claram, exactamque facti narrationem, & omnium actorum ſuſtantialium ſecutorum inter partes, & de dubio litis eventu explanare, & quod ſit ad vitandas expenſas, & ſumptus; verum ſi partes ſint affines, vel agnati, optimum erit id exprimere, quia iſtæ omnes plerumque ſunt cauſæ impulſivæ.

At ſi tranſactio verſetur ſuper aliquo contractu, teſtamento, ſententia, ex quibus orta eſset in Iudicio, vel extra contentio inter Partes, neceſsarium videtur exprimi in tranſactione, quod partes devenerunt ad huiuſmodi actum inſpectis, intellectis, & cognitis inſtrumentis, ſcripturis &c. Super quibus fit tranſactio pro ut partes expreſse ſe declaraverunt, & aſseruerunt adfirmantes medio eorum iuramento accepto formiter &c. plenam, & perfectam de prædictis notitiam habere, atque habuiſse. Hanc cautelam præbet, *Gallerat. de renunciation. centur.* 2. *renunciat.* 131.

Notetur inſuper, quod quando tranſactio fieret inter perſonas imperitas, & literas ignorantes, pro cautela Notarius de inſtrumento conficiendo rogatus, debet interrogare contrahentes an requiſierint informationem ab aliquo perito de continentia, & virtute verborum, de quibus in Teſtamento, ſeu &c. & ſcribere in dicto inſtrumento eoſdem certioratos fuiſse, & verba Teſtamenti, ſeu &c. fuiſse ab eodem explicata. Plenior tamen cautela eſset, ſi dicta inſtrumenta, ſcripturæ &c. ſuper quibus tranſactio fit in actu a Notario partibus præſentibus legerentur,

tur, exprimendo eadem coram Partibus, & Teſtibus perlecta fuiſſe.

Obſervationes.

Notandum, quod tranſactio facta ſuper ſententia iam orta, quæ retractari non poſset, & in cauſa inappellabili non valeret.

Solus timor litis futuræ ſufficit ad ſuſtinendam tranſactionem, intellige tamen, quod debeat eſse revera de lite probabili non autem doloſe conficta *Merlin. dec.* 490. *n.* 7.

Tranſactio eſt ſpecies alienationis, quare prohibitus alienare prohibetur tranſigere, *Gratian. diſcept. for. cap.* 746. *n.* 16. *et cap.* 846. *per tot. Urceol. de tranſact. qu.* 23. igitur ſi agatur de minore, vel muliere tranſigente Iudicis Decretum interveniat neceſse eſt.

De conſuetudine Italiæ tranſactio licita eſt ſuper quocunque crimine, etiam adulterii, & raptus, nec ullam inducit confeſſionem delicti *Caball. reſol. crimin. caſ.* 74. *et caſ.* 245.

Tranſactio ſuper alimentis ex Teſtamento debitis, vel Codicillo, vel donatione cauſa mortis, vel cauſa implendæ conditionis non valet abſque decreto Iudicis, & cauſæ cognitione, niſi eſset utilis alimentario, vel firmata Iuramento, vel niſi de alimentis præteritis ageretur, *Leg. cum hi ff. de tranſact. et Leg. de alim. Cod. eod. Grat. diſcept. for. cap.* 257. *num.* 47. *cap.* 435. *num.* 43. *Menoch. de arbitr. cap.* 170. *per tot.*

Valet tamen tranſactio ſuper alimentis præteritis etiam abſque Iudicis auctoritate, *Leg. de alimentis* 8. *Cod. eod. Ciarlin controv* 202. *num.* 35. quod procedit ſi agatur de alimentis debitis extra ultimam voluntatem, *dict. Leg. cum hi* §. *plene ff. de tranſact. Urceol. dict. qu.* 49.

Sciendum inſuper quod tranſactio facta ſuper alimentis non extenditur ad habitationem, & veſtiarium, maxime ſi iſta fuerunt ſpecialiter relicta, *dict. Leg. cum hi* §. *qui tranſigit Urceol. dicta quæſt,* 49.

Tranſactio facta a Tutore ſuper rebus pupilli regulariter non valet, *Leg. Lucius Titius* 46. §. *Tutoribus ff. de adminiſtr. et periculo tutor. Montan. de tutorib. cap.* 33. *num.* 239. *Menoch. de arbitr. caſ.* 1. *num.* 41.

Tranſactio ſuper Iurepatronatu aliquo dato, vel promiſso inter laicos, & perſonas Eccleſiaſticas tamquam ſimoniaca non ſubſiſtit; inter autem compatronos circa voces, & modum præſentandi valida eſt, *Ciarlin. controv.* 107. *num.* 83. *Rich. dec.* 382. *Urceol. de tranſact. qu.* 27. Itemque patet quod ſi de, & ſuper Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia, vel prebenda ſit inter aliquos controverſia ad quem ipſorum de Iure pertineat ex collatione habita, vel proviſione a ſummo Pontifice, vel Epiſcopo inter eos, fieri non poteſt aliqua tranſactio, quia eſt res ſpiritualis, licet poſſit fieri quædam gratuita compoſitio ſi tantum de Iure dominii, vel proprietatis ipſius Eccleſiæ inter duos Epiſcopos, vel Abbates controverſia eſset, utroque contendente Ius ſuæ Eccleſiæ, *Engel. in Ius Canonic. lib.* 1. *tit* 36. *de tranſact. num.* 4.

Sciendum poſtremo eſt, quod tranſactio eſt contractus innominatus, qui accipitur in genere, & congruit cuicumqne conventioni, & in ſpecie per quam a lite receditur, *Urceol. de tranſact. qu.* 5 *et ſeqq. Rot. par.* 18. *rec. dec.* 714. *num.* 12. *et. ſeqq.* & videtur eſse ſtricti iuris, quia eſtenſionem, vel reſtrictionem non patitur, ſed refertur tantum ad expreſsa *Rot. loc. cit. dec.* 777. *num.* 1. *et ſeqq.*

Tranſactio, quæ non poteſt valere in vim tranſactionis, ſi ſit iurata ſuſtinetur ſaltem in vim pacti, & non poteſt reſcindi, *Magon. dec Flor.* 119. *n.* 7. *Urceol. de tranſact. quæſt.* 43. *num.* 52. *et ſeqq.*

Clauſulæ quæ plerumque apponi ſolent in huiuſmodi Inſtrumentis.

ADeſt Clauſula quædam ſpecialis deſumpta, ex *Grat. diſcept. for. cap.* 767. *num.* 68. *et Cepol. cautel.* 220. ubi, & quando extendatur ad omnia, *Merlin. dec.* 17. *per tot.* applicanda tamen circumſtantiis, & ad ſeriem contractus ineundi, & hæc eſt videlicet.

= N. N. fecit tranſactionem, renunciationemque totius li-
= tis, cauſæ, actionis, iſtantiæ, proceſsus, quorumcumque Iu-
= rium, dominii, obligationis, & exceptionum omnium, & tam
= de Iure principaliter intentato, & incidenter cum omnibus
= connexis, & annexis &c. reali, & perſonali iudicio, & de Iu-
= re futuro fundato, tam Iure preſenti, quam ſi ſit principale
= de futuro, cum finali exitu controverſiæ, cum pacto de non
= adeundo Iudicem, de non agendo, neque alia faciendo, quæ
= infringere, ſeu retardare, & impedire poſsent præſentem tran-
= ſactionem renunciando omnibus auxiliis, exceptionibus, ac pri-
= vilegiis a Iure tum Communi, tum Municipali introductis, re-
= ſcriptis impetratis, ac impetrandis, ſententiis latis, & ferendis
= pro-

= probationibus factis, & faciendis, dilationibus quibuſcumque, &
= exceptionbus peremptoriis, & declinatoriis Iudicii, terminis tam
= legalibus, quam iudicialibus, ita ut ullo numquam Iure ſuccur-
= ratur, neque per remedium reſtitutionis in integrum, aut aliud
= beneficium commune, ſive ſpeciali, omni excluſo exercitio, to-
= toque Iure renuncianti, ac tranſigenti &c. Competente, vel
= competituro ec. omnem, & quamcumque actionem elidendo, ita
= quod nulla inſtantia de futuro proponi, aut ſuſcitari poſſit.

Clauſula = Viſis, & inſpectis = denotat, quod de forma ſubſtantiali huiuſmodi, contractus ſit videre, & inſpicere, precipue ſi agatur de ultima voluntate, *Leg. de his ff. de tranſact. ubi Gloſſ. Merlin. dec.* 522. *num* 1. quia ſine inſpectione, & examine nulla eſset, *Altograd. conſ.* 104. *num.* 61 *et* 62. *lib.* 2. Ceſsat tamen diſpoſitio dictæ Legis ſtante ſcientia tranſigentium, quia ille dicitur inſpicere, qui ſcit *Merlin. dec.* 226. *per tot. Rot. par.* 2. *rec. dec.* 2. *num.* 20. *et par.* 11. *dec* 219. *num.* 26.

Clauſula = ceſſionis, & conſtituti = Debet apponi in tranſactione ſi fiat adſignatio, vel relaxactio rei immobilis, & poteſt apponi Clauſula renunciationis dimidiæ, ſeu ultra dimidiam iuxtæ adſignationis, traditionis &c.

Clauſula = ſub pœna qua, & quæ &c. = Valet in tranſactione exigenda in caſu inobſervantiæ, *Leg. pacto convento, et Leg. ſequenti* 15. 16. *ff. de tranſact.* Hæc Clauſula explicanda videtur ſic ſub pœna, qua, & quæ &c. & rato manente pacto = Ad rei intelligentiam pone caſum quod tranſactio ſit veſtita traditione, ſi ille qui recipit traditum, non adimpleat, & recuſet ſtare tranſactioni, poſſit contra eum agi ad utrumque, veluti ad repetendam rem traditam, & pœnam, & ad obſervandam tranſactionem, reguleriter dicendum eſset non procedere, *Leg. cum proponas Cod. de tranſact. et Leg. qui fidem ff eod* Sed hæc regula fallit 1. ſi per pactum firmatum ſit utrumque peti poſse, quia dictum eſt = rato manente pacto, ut in dicta *Leg. qui fidem, et Leg. cum proponas*; 2. quando tranſactio eſt iuramento vallata, *L. ſi quis maior.* 41. *cod. eod.* 3. quando prima actio fuit per acceptilationem ſublata, ut in *Leg: ubi pactum* 40. *et ibi Gloſſ. Cod. de tranſact.*

De

De remiſſione iniuriæ, ſive de Pace, et Tregua.

QUoniam plerumque pax explenda eſt Tabellionis miniſterio, & fere tranſactio eſt, ideoque Notariatus artem reſpicere videtur, qua de re nonnulla ſubſtantialia hic adnotare opportunum viſum eſt. Pax nil aliud eſt, quam iniuriæ remiſſio, ſeu finis diſcordiæ, ut (1) = vel = Totalis, & perpetua diſcordiæ perentio voluntarie inter diſſentientes facta, & hic vere accipitur pro tranſactione, quæ fit ſuper delicto, cum parte offenſa, quare hæc offenſionis pœnam minuit ad tradita (2), ubi ſpeciale notandum extat, quod non eſt neceſſaria pax ad acceptandam gratiam Principis, ſi offenſi, vel offenſores fuerint ſatellites, etiamſi offenſio ſecuta fuerit in rixa, & ratione officii illorum, ut videre eſt apud eumdem (3), quod procedere aſſerit, ſi agatur de meretricibus, & rationem eſſe demonſtrat, quia huiuſmodi perſonæ hanc prærogativam non habent.

Pax ex proviſione diei 22. Octobris 1476. exiſtenti in Offitio Reformationum libr. 5. dicti anni a 161. in Filza num. 35. haberi debet ab offenſo ſi vivat, ſin minus a Patre. & a Fratribus germanis, & a filiis ſimul, dummodo eos habeat, at ſi non habuerit ab Avo, ſive Avis Paternis, & in eorum defectum a Conſobrinis per Lineam maſculinam; Pacem dantes debent eſſe ſaltem quindecim annorum; omnibus enim prædictis deficientibus danda eſt a matre, & ab uxore, dummodo vidua ſit, & poſtea a ſororibus carnalibus dictæ ætatis, aut a proximiore per Lineam maſculinam deficientibus ſupradictis.

Florentiæ non admittitur niſi de ea conſtet per publicum inſtrumentum, *Caball. reſ. crim: caſ.* 141. Pax habita a filiis communibus non prodeſt marito, qui uxorem interfecit propter Patriam Poteſtatem, ſed eſt obtinenda a proximioribus uxoris defunctæ (4). Poteſt fieri a minoribus, & pupillis non infantibus cum auctoritate Tutorum, & Curatorum, & pro infantibus a ſuis Tutoribus, abſque ſolemnitatibus, ſeu Decreto Iudicis (5). Notandum quod etiamſi inita ſit pax, ſeu tranſactio ſuper offenſione non tamen remiſſa intelliguntur damna, ac intereſſe (6).

Adverte tamen, quod pax habita de vulnere, non prodeſt ſecuta morte (7), ſed alii tenent, quod ſi mors ſequatur ex illo vulnere mortali, pax ſuper eo facta iuvet, eo quia pacem fieri poſſe putant de morte poſt mortem (8), Sed quidquid ſit de Iure contrarium ſervatur, & præcipue Florentiæ, ubi neceſ-

ſaria

ſaria eſt ratificatio proximiorum, vel heredum occiſi ſtante Statuto quod habenda ſit pax a coniunctis (9).

Pro coronide addimus quod recipiens aliquid ex cauſa mortis, ſeu vulneris defuncto illati, illius heres non fit, nec dicitur adire hereditatem cum Iure ſanguinis id facere videatur, licet aliqui diſſentiant (10), quod procedere puto ſi filius accipiat aliquid pro iniuria in abſtracto, ſeu in genere, verum ſi quid ſibi deberi præſumat ratione damnorum, ſive expenſarum, tunc evitare non poterit hæreditariam qualitatem, quia vere, & realiter accipit aliquid de ſubſtantia hereditatis, quæ deterior evaſit ratione dictorum damnorum, & expenſarum.

Cum de pace actum ſit, lubet aliquid dicere de tregua, ſaltem ut Tyrones ſciant quid ſit = Tregua igitur eſt = Temporalis ceſſatio a lite, vel bello, quam alias armiſtitium, vel inducias appellant (11). Ad rem noſtram ſpecialiter, & inter privatos dici poteſt ceſſatio ab iniuriis, ſeu a quibuſdam offenſionibus accidere ſolitis inter homines privatos, qui ſeſe hodio proſequuntur occaſione rixarum, & offenſionum hinc inde ſequutarum, quo caſu debet Iudex etiam ex Officio partes cogere ad dandam cautionem de non offendendo, & ad faciendam pacem, aut treguam, ſed de hoc ſatis, quia in hac materia ſervandus eſt ſtylus Curiæ cuiuſcumque loci, ad materiam vidend. (12).

(1) *Ex Boſſ. tract. de pace in princip. num.* 4. (2) *per Sabell. in prax. verb. pace* (3) *idem loc. cit. num.* 8. (4) *Clar. §. fin. qu.* 58. *verſ. contingit Cabal. reſolut. crimin. caſ.* 58. *n.* 7. (5) *Grat. diſcept. for. cap.* 518. *Viv commun. opin.* 564. (6) *Cabal. caſ.* 248. *per tot. Grat. diſcept. for. cap.* 518. *n.* 14. *ec.* (7) *Clar. §. fin qu.* 54. *verſic. quæro Caball. reſol. crim. caſ.* 141. (8) *Boer. dec.* 323. *n.* 5. *Farinacc. qu.* 14. *num.* 30. (9) *Clar. dict. qu.* 58. *Taſch. litt. P. concl.* 177. (10) *Sabel. in praxi ſub num. 6. in fin.* (11) *Engel. in Ius Canonic. lib.* 1. *titul.* 34. *num.* 1. (12) *Sabel. in praxi §. Tregua, e §. oſſeſe.*

De Compromiſſis.

QUoniam compromiſſum ad tradita per DD. æquiparetur tranſactioni, ideo de compromiſſo dicendum ſupereſt. Equidem breviter ad rem deveniendo, compromittere nil aliud eſt, quam cauſam ad dictamen Arbitrorum, ſeu Arbitratorum, definiendam, aut explanandam committere, pro utraque parte, ſecun-

cuidum dictamen rectæ rationis, vide *Lexicon Iuris in verbo Compromiſſum*, ubi verbum hoc explicatur ad arbitrium; ſed inherendo practicorum veſtigiis dicendum eſt compromiſſum eſſe ſpeciem quamdam tranſactionis, *Urceol. de tranſact. qu.* 3. *num.* 10. unde valet argumentum a tranſactione ad compromiſſum, *Magon. dec. Flor.* 85. *num.* 5. quæ tamen æquiparatio procedere poteſt poſt approbatum, ſeu emologatum laudum prolatum, tunc enim valere in vim pacti docent innumeri. Quod quando compromiſſum eſt acceptatum dicitur conteſtata lis coram Arbitro, *Giovagnon. conſ.* 13. *num.* 4. §. 3. *quidquid ſit et num.* 10. *lib.* 1. qua de re eſt ſtricti Iuris etiamſi contineat Clauſulas ampliſſimas, *Rot. dec.* 768. *num.* 1. *et ſeqq. par.* 3. *rec* ideoque qui non poteſt tranſigere, nec compromittere poteſt, nec mandatum ad tranſigendum extendi poterit ad compromittendum, *Urceol. loc. cit. num.* 6.

Sciendum tamen eſt quod nemo ad compromittendum compelli poteſt, niſi id a Lege, ſeu Statuto præſcribatur; ut accidit Florentiæ ex diſpoſitione Statuti *lib.* 2. *Rubr.* 66. ubi præcipitur, quod ſi inter conſanguineos, ſeu affines aliqua exarſerit controverſia, debeat compromitti infra octo dies poſt requiſitionem, quod ſi inter aliquos etiam non coniunctos ſanguine fuerit factum compromiſſum, tenet ut ex *L. diei* 1. *Ianuarii* 1772. Illud tamen animadvertendum eſt, quod quando agitur de Statuto compromitti mandante, comprehenduntur etiam mulieres, & minores *Rot. dec.* 36. *num.* 38. *par.* 5. *rec.* atque in hoc caſu poſſunt hi abſque ſolemnitatibus compromittere, & quamvis Doctores tradant, quod in compromiſſo faciendo a Tutore, vel Curatore, ex bonis ſtabilibus minoris, ex quo oriatur alienatio, requiritur Decretum Iudicis, attamen id procedit in compromiſſo voluntario non in neceſſario, *Palm. Sen. conſ* 17. *num.* 19. *et* 20. late ad materiam *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 20. *artic.* 1. *num.* 11. *et. ſeqq.*

Quod Clericus non ligetur Statuto de compromittendo vide *Caren. reſ.* 57. quod autem poſſit eo uti, & alios cogere ad compromiſſum vide *Antonell. de iur. cleric lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 22. *n.* 5. *Rot. noſtr. in Caſtri Florentini Fideicomm. diei* 30. *Septembris* 1701. *cor. Bellutio.*

Statuti Florentini verba ſunt hæc = Si aliqua quæſtio differentia, vel controverſia orirerur, vel eſſet inter patrem, vel = matrem, & filium, vel filiam, fratres, vel ſorores carnales, = vel uterinos, vel uterinas, patruum, nepotem, vel neptem, vel = alios conſanguineos coniunctos, ſeu conſortes, qui conſortes ſint

= ſint de eadem ſtirpe per lineam maſculinam, etiam ſpurios uſque = in infinitum, vel inter aliquem ex prædictis coniunctis, vel = conſortibus, & matrem alicuius prædictorum, cui filius iura = ſua ceſſerit, vel donationem fecerit, vel feciſſet; de qua ceſ- = ſione, ſeu donatione hactenus facta, vel eius occaſione adhuc = pendeat quæſtio, vel inter avum, ſeu aviam, & nepotem, vel = neptem, ſeu inter fratrem, & fratrem cuſinum, vel ſororem, = & ſororem cuſinam, ſeu fratrem, & ſororem, cuſinos ex fratre, = & ſorore carnalibus per lineam fœmininam, etiam ſi fuerint pu- = pilli, vel adulti omnes, vel aliqui ex prædictis maſculus, vel fœ- = mina de quacumque re, iure, vel cauſa orta, vel oriunda per = Iudicem Cauſæ, & Poteſtatem, & Capitaneum ſub pœna libra- = rum quingentarum compellatur præciſe partes ipſæ cum effectu = omnibus Iuris remediis in rebus, & perſonis, etiam per mul- = tam, vel condemnationem uſque in quantitatem tercentarum = librarum ad requiſitionem alterius partium infra octo dies = poſt ipſam requiſitionem = Hactenus Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 66. Super hac re tamen vide diſpoſita in Lege ſupra cit. de qua agitur in tit. de Iudiciis infra.

Appendix.

Neque eſt prætermittendum in hac materia obſervandum eſ- ſe an compromiſſum ſit neceſſarium, cogente ſcilicet Statuto, ſeu Principe, aut Iudice, quia Arbiter tunc a partibus electus, Ar- biter Iuris, ac verus dicitur Iudex Iuriſdictionem habens, eiuſ- que pronunciatio Sententia eſt appellationem admittens; at ve- ro ſi ſit voluntarium nullo ſcilicet cogente Statuto, aut Principe, tunc quia Arbiter voluntarie a partibus electus, eſt ſimplex co- gnitor ſolam cauſæ notionem habens, & hic non erit Iuris Ar- biter, nec Iudex, cum nulla Iuriſdictione præditus ſit, ideoque eius pronunciatio, arbitrium, ſeu laudum, non appellatur Sen- tentia, quapropter reductionem ad arbitrium boni viri non ap- pellationem videtur admittere; at ſi huic in compromiſſo conceſ- ſa ſit libera facultas procedendi de Iure, & de facto, aut de fa- cto tantum, tunc Arbitrator erit, ſeu amicabilis compoſitor, ſeu mediator, ac proxeneta, eiuſque declaratio arbitramentum, ac laudum dicendum pariter erit, *Grat. cap. 66. num.* 16. *diſcept. for. Rot. dec.* 5. *num.* 6. *par.* 17. *rec. Scaccia de appellat. qu.* 17. *limit.* 13. *n.* 3. *et* 4. *Sabell. in ſum.* §. *Compromiſſum n.* 1. *et* 13.

NOTÆ.

Regulariter prohibetur compromitti in cauſis criminalibus, ſpiritualibus, irrogantibus infamiam (1), non poteſt fieri ſuper

rebus prohibitis alienari (2), nec mulier ſuper dote poteſt compromittere, neque fit compromiſſum ſuper ſententiam in iudicatum tranſactam (3).

Non habet locum in Litteris Cambii acceptatis (4), nec ſi agatur cauſa depoſiti (5), nec ſuper articulo iuris claro (6), nec ſuper re clara, & liquida reſultante ex publicis inſtrumentis (7), non intrat in cauſa ſpolii (8), nec poteſt compromitti articulus educationis pupilli, nec habet locum ſuper alimentis futuris (9).

Non poteſt maritus ſuper rebus dotalibus compromittere, nec emphyteuta in re emphyteutica ſine conſenſu Domini, & ſic in feudali (10). Non poteſt fieri ab emptore ſuper re empta non denunciato venditori (11).

(1) *Leg. non diſtinguemus §. Iulianus ff. de recept. arbit. Aſin. in prax. §. 25. num. 23. Tuſch. litt. C. concl. 498. et ſeqq.* (2) *Grat. diſcept. for. cap. 379. n. 10. Merlin. dec. 205. per tot.* (3) *Surd. dec. 185.* (4) *Altimar. de nullit. rubr. 5. qu. 5. n. 5.* (5) *Ex penult. Cod. depoſiti* (6) *Ciarlin. controv. cap. 170. num. 16. et 17.* (7) *Ciarlin. loc. cit.* (8) *Rot. dec. 496. apud Poſth. de manut.* (9) *Caren. reſol. 49. n. 10.* (10) *Manſio conſult. for. 253. n. 12. et ſeqq.* (11) *Mangill. de evictIon. qu. 13. n. 1. lat. vidend. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 20.*

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

COmpromiſſum fit in Arbitrum, & Arbitratorem unde ſcire oportet ſubſtantiam dictorum verborum, ne tabellio confundat terminos inſtrumenti, ita ut contrahentium voluntas eludatur.

Quando enim volunt contrahentes, ut ſervetur per compromiſſarium ordo iuris in procedendo, & pronunciando Notarius in Inſtrumento debet adhibere verbum = Arbitrum = id eſt elegerunt in Arbitrum NN. omittendo alia verba, quæ Iuriſdictionem confundunt, puta die feriato &c.

Verum quando partes volunt, ut procedatur nullo Iuris ordine ſervato, ſed amicabiliter omni ſolemnitate Iuris omiſſa, Notarius utatur verbo = Arbitratorem = Nam Arbitrator tamquam amicabilis compoſitor, & differentiarum amputator, non eſt adſtrictus ad obſervantiam alicuius formæ iudiciariæ, *Florentina Executionis Laudi diei 13. Septembris 1715. cor. Urbani §. eiuſdem ponderis pag.* 3. eiuſque Offitium magis late patet, quam illud

meri

meri Iudicis, nam æquitatem ſequi poteſt, quæ a Legum diſpoſitione deflectat, & omne facere, quod pro eius conſcientia, prudens, congruum & expediens eſſe videtur, *Florentina prætenſæ reſolutionis Conductionis diei* 27. *Martii* 1758. *cor. Meoli* §. *nihilominus*, *&* §. *quod Arbitratorum &c.*

Pariter ſi erit de voluntate partium, apponat Notarius hæc verba = dantes Arbitratori facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta.

DE DUOBUS REIS STIPULANDI.

T I T. XVII.

NON ſemper unus uni promittit, aut unus ab uno ſtipulatur, ſed quandoque duo pluresve ab uno ſtipulantur, & dicuntur rei ſtipulandi, & duo pluresve uni promittunt, & dicuntur rei promittendi, ſive debendi, & licet ex communi uſu loquendi reus dicatur relative ad Actorem a quo convenitur, hic tamen rei dicuntur a re, de qua diſceptatur, ut ex dicendis clarius patebit.

Duo rei ſtipulandi ſunt, qui eamdem rem ab eodem in ſolidum ſtipulati ſunt eo animo, ut quamvis ſolide ſingulis, non tamen omnibus debeat. Duo rei promittendi ſunt quorum ſinguli eamdem rem eidem ſtipulanti in ſolidum promiſerunt principaliter, & ea mente, ut ſolidum ſinguli, unum tamen omnes debeant. Ut ſint rei, aut correi requiritur, ut agatur de eadem re, de unico contractu, deque una, aut ſaltem ſimili obligatione, vel cauſa. Igitur duorum correorum obligationem impedit cauſæ diſparitas ex. gr. conventio, ut unus culpam præſtet, alter vero non.

Haud ita diſparitas in modo, loco, aut tempore; nam adveniente die, aut exiſtente conditione parificatur obligatio.

Duorum reorum obligatio licet reſpectu perſonarum videatur duplex, una tamen eſt reſpectu ad rem de qua agitur, unde ſi unus ex pluribus reis ſtipulandi, rem deductam in ſtipulationem recipiat, non poterit ab altero promiſſore aliquid petere, & pariter ſi unus ex duobus reis promittendi ſolidum ſolvat perimet alterius obligationem. Hodie tamen ex noviſſimo Iure in *Novell.* 99. *cap.* 1. duo rei debendi, vel promittendi non conſtituuntur ex ſola verborum figura, ſed ſpecialiter exprimendum

dum eſt, quod uterque in ſolidum teneatur. Ex duobus reis promittendi unus poteſt obligari pure, alter ſub conditione, vel in diem, qua conditione, vel die pendente nihilominus poteſt conveniri, qui pure eſt obligatus.

Quamvis dictum ſit, quod rei debendi hodie tunc obligantur, dum in ſolidum teneri expreſſum fuerit, tamen unus ex Correis in ſolidum conventus poteſt petere benefitium diviſionis. Animadvertendum tamen eſt quod hoc non procedit, ſi expreſſe ſolidum fuerit conventum, ut creditor dividens actionem pro parte tantum virili eum conveniat ſi modo reliqui ſint ſolvendo, & præſentes.

NOTÆ.

Solidum regulariter non debetur niſi fuerit conventum, ſed limita in obligatione faciendi, ſeu factum præſtandi, veluti naturaliter individuum;

Debetur a coheredibus ſolidum ex debito hypothecario ratione rei poſſeſſæ, *Rombald. vot. 7. Rocc. Epiſcop. cap. 51. num. 18. & 36.*

Solidum debetur a coheredibus favore dotis conſtituendæ *De Luc. diſc.* 86. *de dote n.* 5. ſed non reſtituendæ ibidem.

DE STIPULATIONE SERVORUM.

TIT. XVIII.

EX dictis ſupra ſervus non ſibi, ſed Domino acquirit, idemque dicendum eſt de ſtipulatione filiorum fam. *ad tradit. in §. per quas perſonas &c.*

Fallit regula in ſtipulatione facti, nam ſi ſervus factum ſtipuletur, puta Ius eundi; ipſi ſervo, & non domino Iure agere licet, eo quia quæ facti ſunt perſonam non egrediuntur.

DE

DE STIPULATIONUM DIVISIONE.

T I T. XIX.

DIviduntur quoque ſtipulationes in iudiciales, & prætorias, in conventionales, & communes; Iudiciales ſunt, quæ ex mero Iudicis officio interponuntur, quibus locus non eſt, niſi poſt litem conteſtatam, ut cautio de dolo.

Prætoriæ ſunt, quæ mero Prætoris Officio, & Iuriſdictione interponuntur. veluti ſtipulatio damni infecti, & huc referuntur Ædilitiæ, & ſtipulatio duplæ, quam promiſit venditor, ſi res mobilis, quæ vincit evincatur. Conventionales, quæ ex ſola partium conventione, & harum totidem fere ſunt, quot ſunt contractus, & pacta.

Communes, id eſt iudiciales ſimul, & prætoriæ ſunt, quæ modo iuſſu, & auctoritate Prætoris, modo iuſſu Iudicis interponuntur, ut ſtipulatio rem pupilli ſalvam fore, rem ratam haberi, ſive de rato &c. Moribus noſtris ceſſant prædictæ diſtinctiones, nam Iudex parum a prætore differt tamen quodammodo Prætoriæ dici poſſunt ſtipulationes, quæ interponuntur Iudicis Officio extra Iudicium aut ante litem conteſtatam.

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

T I T. XX.

STipulatio pluribus modis inutilis eſt, vel quia cum quibuſdam perſonis vetita ſit, vel quia ſit concepta de re, aut facto prohibito; verum ſtipulare prohibentur quidam natura, quidam iure; natura, ut ſurdus, mutus, mentecaptus, infans &c. Iure Maritus cum Uxore, Pater cum Filio, Pupillus ſine Tutoris auctoritate, Prodigus ſine Curatoris auctoritate, utiliter tamen abſque tali auctoritate ſtipula i poſſunt: item res quædam natura, quædam Iure prohibitæ videntur; natura, ut chimera, Iure res in commercio non exiſtentes; ſecus tamen eſt, quando res ſunt in Commercio, ſed tradi nequeunt ob extrinſecum, ac temporarium impedimentum. Facta tamen aliena ſub pœna utiliter ſtipulantur.

De-

Demum ſtipulatio non iure fit, ſi contrahentes de re eadem non conſentiant, ſi ſit error in nomine, hoc tamen non nocet, quando de perſona conſtat; aut demonſtratione, aut qualitate, quia error nocet potiſſimum in totalitate materiæ, aut ſubſtantiæ, aut cauſæ promiſſionis, vel ſi verba in ſtipulatione requiſita deficiant, quia per epiſtolam inter abſentes facta; verum ſi in inſtrumento alicuius favore facta appareat, præſumendum eſt ipſum in dubio præſentem fuiſſe; invalida ulterius erit ſtipulatio incongruis verbis edita, ut ſi reſponſio aliquid demeret interrogationi, vel adderet, quia pure interrogatus in diem, aut ſub conditione promitteret, niſi ſtatim fuerit acceptata reſponſio, quod non procedit, ſi interrogatus ſub conditione, pure reſpondeat; at ſi de centum aureis interrogatus, decem reſpondeat, in his ſtipulatio valeret. Idem dicendum ſi de Titio, & Caio promittat, quia duæ tunc eſſent ſtipulationes; ulterius invalida eſſet ſi adderetur conditio turpis, aut impoſſibilis. Demum invalida eſt ſtipulatio, ſi nihil interſint ſtipulanti, eo quia non illius favore, ſed tertii facta ſit, ſecus ſi aliquo modo intereſſet ut ſi facta eſſet favore filii, aut familiaris. Cupienti tamen plura præſcrutari illa videre poterit apud interpretes, & præcipue apud *Oinot. l. t.*

NOTÆ.

Alienum factum promittens regulariter factis diligentiis remanet liberatus, niſi ſe præciſe ad factum teneri voluiſſe appareat, ut ſi de rato, alias de proprio, vel factis diligentiis adhuc teneri voluiſſe conſtet, vel a pœna adiecta non excuſari promiſerit, ſuper hoc vide (1), favore tamen dotis quis factum alienum præciſe præſtare cogitur, ut ex infra citato *Conſtantin. annot. 52. num. 5.*

Stipulatio inita favore abſentis quamvis regulariter eidem non acquiratur, limitatur in contractu a Tabellione publico recepto, vel ex Clauſula guarantigiæ (2), & ex Statuto Florentino diſponente ut pluries obſervatum videbitur, quod alteri per alterum ſtipulari, & acquiri poſſit (3).

Tutores, Curatores, Agentes, ac Magiſtratus favore Pupillorum, minorum, univerſitatum, Urbium ſtipulari poſſunt. Pater ſtipulari poteſt, quod dos profectitia, id eſt ab eo conſtituta filiæ reſtituatur.

Valet igitur Iure Communi ſtipulatio favore tertii, 1. Quando Tertius conſideratur pro eadem perſona cum Stipulante. 2. Quando Stipulantis intereſt, quod Tertius acquirat, tunc enim vide-

videtur ſtipulari non modo favore tertii, ſed etiam proprio. 3. Quando quis diſtinctim aliis, ac ſibi ipſi ſtipulatur. 4. Quando quis ſtipulatur quod tertio aliquid detur, aut factum ſit, ac deinde quod ſibi infligatur pœna pecuniaria, ſi datum, aut factum non ſit, quod in ſtipulationem deductum eſt. 5. Quando ſtipulatio adiiciatur actui naturaliter obligatorio.

(1) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 52. *num.* 31. 32. 37. *&* 38. *tom.* 2. *Palm. dec.* 482. *num.* 4. *& ſeqq. tom.* 5. *De Luc. in conflict. obſerv.* 140. (2) *Statut. Florent. rubr.* 39. *lib.* 2. (3) *Sabell. in prax.* §. *Notarius num.* 45. *Rot. Flor apud de Comitibus deciſ.* 18. *tom.* 1. *quid ex Stat. Florent. Sabell. in ſum.* §. *ratificatio n.* 4. *& De Comitib. dec.* 87. *De Luc. de donat. diſc.* 4. *num.* 10. *diſc.* 23. *num.* 9. *diſc.* 36. *num.* 11. *& n.* 51. *diſc.* 49. *n.* 7. *&* 9.

DE FIDEIUSSORIBUS.
TIT. XXI.

FIdeiuſſor eſt, qui ſe obligat nomine alieno, & quod alius debet periculo, ac fide ſua eſſe iubet, & a creditoribus accipi ſolet, ut ſibi magis caveant, manente enim principali obligatione ipſe etiam fideiuſſor pro debito tenetur. Differt fideiuſſor a reo conſtitutæ pecuniæ, qui adiicitur alienæ obligationi ſolo pacto, item a mandante, qui iubet alicui, ut alteri mutuum det, & ab expromiſſore, qui liberans tertium animo novandi obligationem, obligat ſemetipſum, qui non eſt fideiuſſor, cum non promittat idem ac principalis, neque in eiuſdem obligationem concurrat, ſed obliget ſe ipſum tantum.

Fideiuſſor omni obligationi poteſt adiungi, ſive naturali, ſive civili, ſive ex contractu, ſive ex quaſi, imo etiam obligationi ex delicto dummodo agatur de pœna pecuniaria, ſecus ſi ad corporis coercitionem.

Excipitur tamen obligatio quam habet maritus reſtituendæ dotis uxori ſoluto Matrimonio, cui iuxta communem Sententiam fideiuſſor accedere non debet niſi maritus vergat ad inopiam, ne ſcilicet detur cauſa perfidiæ in coniugio, quia ſi uxor marito ſe ipſam credit, multo magis dotem ſuam credere debet, *L.* 1. *&* 2. *Cod. ne fideiuſſor. dotium dentur vide De Luc. de dot. diſc.* 162. *a num.* 1. *ad* 6. *Caſareg. de commerc. diſc.* 89. *&* 90. iuxta Statutum Florentin. *lib.* 2. *Rub.* 61. dari poteſt fideiuſſor pro dotis reſtitutione, ut infra.

Obligationes fideiuſſoriæ tranſeunt ad heredes fideiuſſoris; omnes enim obligationes, & actiones ex contractu tranſeunt in heredes fideiuſſoris ad differentiam earum, quæ veniunt ex delicto, quæ regulariter non tranſeunt, ſed tantum futuro heredi quouſque vivit, & tenetur delinquens.

Licet obligatio fideiuſſoris tamquam acceſſoria obligationi principali nequeat conſiſtere abſque obligatione principali, eam tamen, & ſequi, & præcedere poteſt, id eſt poteſt accipi fideiuſſor etiam pro futura obligatione, ita tamen ut non antea obligetur, quam conſtituta obligatione principali,

Si plures ſint fideiuſſores pro una eademque re, ſinguli tenentur in ſolidum ipſo iure, ut liberum ſit creditori, a quo malit ſolidum petere. Epiſtola tamen *Divi Adriani datur eis Beneficium diviſionis* propter quod ſi omnes litis conteſtatæ tempore ſolvendo ſint, non ſinguli in ſolidum, ſed quilibet pro ſua portione ſatisfacere tenentur. Quod ſi ſolvendo omnes non ſint deficientis inopia cœteros fideiuſſores onerat.

Hoc Beneficium *Diviſionis* non competit ipſo Iure, ſed ſolum oppoſita Epiſtola *D. Adriani* ante Sententiam, quare ſi quis eam non oppoſuerit in ſolidum condemnabitur, & ſi poſtea ſolidum ſolverit abſque Iurium ceſſione, ſolum contra Principalem agere poterit non contra alios fideiuſſores. Beneficium diviſionis amittitur a fideiuſſore, qui propriam obligationem impugnat.

Aliud beneficium fuit conceſſum fideiuſſoribus a *Iuſtiniano in Novell.* 4. *cap.* 1. dictum = *Ordinis* = *ſeu Excuſſionis* quo cavetur ne fideiuſſores poſſint prius conveniri niſi prius convento Principali, & eius bonis excuſſis. Si principalis ſit abſens poteſt Iure Communi fideiuſſor tempus impetrare ad eum vocandum. Beneficio Ordinis non gaudet fideiuſſor ſi tempore fideiuſſionis principalis erat notorie non ſolvendo, neque hoc beneficium peti poteſt poſt litis conteſtationem; utriſque tamen beneficiis fideiuſſores poſſunt renunciare, hæc tamen renunciatio intelligitur facta ſolum creditoris favore adeoque poſt quam fideiuſſor ſolverit illi ſalva manet actio adverſus alios, qui eidem obligationi acceſſerunt.

Cum obligatio fideiuſſoris ſit acceſſio obligationis principalis fideiuſſor nequit obligari in cauſam duriorem, quam Principalis, ita ut non obligetur pro maiori ſumma, nec pure ſi Principalis obligetur pro minori, aut ſub conditione: poteſt contra fideiuſſor obligari ad minus ex. gr. ſub conditione licet obligatio principalis ſit pura; item poteſt obligari ad plus intenſive, ſcilicet relate ad vim obligationis ex. gr. per Inſtrumentum Guarantegia-

tegiatum, aut ad appoſitionem pœnæ, licet principalis ſimpliciter ſe obligaverit.

Fideiuſſori ſolventi pro reo Principali datur actio mandati adverſus eum, ad repetendum ſolutum, quaſi de mandato ipſius ſolviſse videatur. Fideiuſsori ſolventi pro abſente eo inſcio competit actio negociorum geſtorum, modo ſe interpoſuerit tamquam gerens eius negotium, non autem favore repugnantis, aut vetantis, & non appareat animus donandi.

Fideiuſſio, & ſtipulatio quocumque idiomate fieri poteſt, dummodo ſit, ut diximus, per interrogationem, & reſponſionem.

Regulariter conſtitui poteſt fideiuſsor quicumque ſe obligare valet, militibus tamen id prohibet, *Lex* 8. *Cod. qui ſatiſdare cogantur*.

NOTÆ.

Fideiuſsor igitur, obligatione debitoris non exiſtente, nec ſperanda, aut invalida, regulariter non tenetur; quod non procedit ſi obligatus fuerit uti principalis, & in ſolidum, vel cum iuramento (1), tunc enim licet relate a debitorem principalem ſit fideiuſsor, tamen quoad creditorem eſt correus debendi, maxime ſi adſit clauſula omni meliori modo, ac ſi nullitas ſit inducta favore aliquo ſpeciali, ſecus ſi favore publico, vel ex diſpoſitione Iuris, vel ex omiſſione formæ ſubſtantialis ipſius contractus (2), niſi ſe expreſse obligaſset in caſu cuiuſcumque nullitatis, ut late firmat (3),

Verum ſi nullitas provenit a Iure Communi nullam eſse obligationem fideiuſſoris firmat (4), vide tamen quæ latius diximus, cum de nullitate egimus.

Notandum quod minor, vel mulier non tenentur relevare fideiuſſorem, qui pro eis interceſſit in contractu nullo, & invalido (5).

Quo vero ſpectat ad ceſſionem Iurium hæc poſt crediti extinctionem facta non relevat; limitatur tamen in fideiuſſore, quia etiam ex intervallo, & extincto credito ubi ceſſio neceſſaria eſt, eidem fieri poteſt (6) tamen prædicta non operatur, quando agitur de pœna, nam ſi unus ex pluribus delinquentibus totum ſolvit, non poteſt ab aliis repetere pro rata cum ex re turpi non detur actio (7), quod intelligendum eſt ſi iſti ſint condemnati ſimpliciter, ſcilicet quando factum unius non poteſt diſcerni ab alio, quo caſu omnes condemnantur in ſolidum (8). At ſi agatur de damno illato reſarciendo, indubie omnes in ſolidum tenentur, & ſolventi damnificato, datur repetitio adverſus conſocios (9).

 Re-

Digitized by Google

Beneficium cedendarum actionum permittit fideiuſſori ut cogat creditorem ad cedendas illi actiones adverſus alios fideiuſſores, ut exigat ab iis quod plus ſolvit ultra propriam portionem, & adverſus debitorem principalem, ut actionem hypothecariam intentare valeat eodem iure quod creditor cedens habebat. Hoc beneficium opponi valet etiam ex fideiuſſione in ſolidum obligata,

Exceptio cedendarum competit fideiuſſori ad reiciendum creditorem a quo conventus fuit, & tempore, quo non vult, aut ex propria culpa, aut facto nequit illi ſuas actiones cedere.

Ulterius notandum, quod vigore Statuti Florentini *lib.* 2. *Rubr.* 33. Fideiuſſor habet obligata bona ſui Principalis pro relevatione a die fideiuſſionis, & executionem paratam perinde ac ſi haberet Inſtrumentum guarantigiatum, & ſufficit conſtare de ſolutione (10),

Item ex eodem Statuto *lib.* 2. *Rubr.* 59. conſtat quod nulla excuſſio principalium debitorum, fideiuſſorum, ſeu correorum, vel bonorum in aliqua cauſa requiratur, ſed omiſſa excuſſionis exceptione poſſit deveniri contra omnes etiam extraneos bonorum poſſeſſores (11); An hoc procedat contra fideiuſſorem indemnitatis (12) = ibi = cum *Roman.* *conſ.* 241. firmat in puncto dicti Statuti non procedere in fideiuſſore indemnitatis, quia ultra iam dicta limitari poteſt non procedere ſi renunciatum ſit omni Legum auxilio = ut hic aderat clauſula renunciantes &c. quæ ſecundum Formularium Florentinum ita extenditur, ut dicatur renunciatum omni Legum auxilio.

Præter beneficia ſupra expoſita aliud a Iure dimanare videtur, ſcilicet quod fideiuſſor poſſit petere liberationem a fideiuſſione quando diu in ea ſtetit (13), quod procedit regulariter ex traditis per DD. quando adeſt inſtrumentum, quod habeat executionem paratam (14)

Quando autem fideiuſſor dicatur diu ſtetiſſe in obligatione (15), iuxta quem arbitrio Iudicis relinquendum eſſe videtur, ſed ſecundum alios eſt ſpatium decem annorum, ut in contractu cenſus firmat (16), qui refert Rotam tenuiſſe ſufficere ſpatium novem annorum, & alios biennium (17), quam præcipue facultatem agendi habet fideiuſſor ſi Principalis incipiat in re ſua male verſari.

Incidenter hypothecæ occaſione erit animadvertendum, quod hypotheca ſpecialis, plus quam generalis exerceri debeat, niſi clauſula in publicis inſtrumentis ex Formulario Florentino apponi ſolita fuerit inſerta = Quod nempe ſpecialitas generalitati non

dero-

deroget nec e contra, tunc enim creditor electione ſua non remanet privatus.

(1) *Maur. de fideiuſsor. ſect. 1. cap. 5. Felic. de ſociet. cap. 29. num. 49. Grat. diſcept. for. 122. per tot.* (2) *Beltramin. deciſ. 221. & 360.* (3) *Urceol. de tranſact. qu. 74. num. 10. 35. & 59.* (4) *Rot. par. 17. rec. dec. 380. num. 11. & 12. Leg. cum Lex. ff. de fideiuſſor.* (5) *Rot. par. 13. dec. 368. & dec. 400. rec.* (6) *Mauro de fideiuſſor. par. 2. ſect. 6. cap. 5. Merlin. dec 516.* (7) *L. 6. §. rei turpis ff. mandati Carleval. de iudic. tit. 1. diſput. 5. n. 45. Franc. dec. 662. num. 8. Caball. reſol. crimin. caſ. 198. num. 11. 12 & 35. Bonſin. ad bannim. gener. num. 113.* (9) *Bonſin. loc. cit. num. 119.* (10) *Magon. dec. Flor. 94. num. 25.* (11) *Magon. deciſ. Flor. 38.* (12) *idem Magon. dict. dec. num. 17.* (13) *Leg. Lucius Titius 38. ff. Mandati Magon. dec. Lucenſ. 6. num. 5.* (14) *Franc. dec. 414. num. 2.* (15) *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. caſ. 41.* (16) *Urceol. conſ. for. cap. 13. num. 14.* (17) *Cenc. de cenſib. qu. 17. per. tot. Maur. de fideiuſſorib. qu. 2. ſect. 1. per tot.*

Ad Materiam Fideiuſſionis.

CElebres ſunt *Theoricæ in Leg. Labeo §. fin. ff. de recept. arbitr. de qua Caſtrenſis in Leg. ſi dies cautioni ff. de damn. infect. num. 10.* = Quod in quovis contractu, quoties præfinitum fuerit certum tempus, fideiuſsores, qui illi acceſſerunt, intelliguntur obligati pro illo tempore tantum, de quo *Rot. noſtr. coram Urceol. dec. 21. & ſeqq & Senen. Pecuniaria 28. Septemb. 1730. cor. Bonſini & in Leg. fideiuſſores 42. ff. de fideiuſſor.* Quod creditor negligens creditum exigere a debitore principali idoneo, reicietur a fideiuſſore poſtquam debitor ſtatum in deterius mutavit, de qua *Henrig. de fideiuſſor. cap. 19. tit. de contract. fideiuſſor. Salgad. labyrint credit. par. 3. cap. 10. num. 56. Mauro de fideiuſſorib. par. 2. ſect. 10. caſ. 23. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 5. qu. 57. & 58. Caſareg. cambiſta cap. 5. a num. 36.*

Et *in Leg. inter eos §. creditor Cod. de fideiuſſorib.* quod creditor, qui recipit pignus, & fideiuſſorem, poteſt eum convenire priuſquam pignus diſtrahat, de qua *vid. Maur. de fideiuſſor. par. 2. ſect. 10. cap. 12. Henrig eod. tract. cap. 26. n. 110. Anſald. de commerc. diſc. 39. n. 25. & ſeqq. Neguſant. de pignorib. part. 1. membr. 3 num. 35. Merlin. de pignorib. lib. 4. qu. 72. ſed vid. etiam Caſareg. cambiſta cap. 5. num. 39. & ſeqq.*

Item

Item ad materiam de qua ſub *num.* 13. *De Luc. de credit. diſc.* 103. *num.* 6. *Rocca diſp. cap.* 104. *num.* 3. *Tuſch. litt. F. concl.* 316. *num.* 10. *Cenc. de cenſib qu.* 76. *num.* 13. *& ſeqq. Paulut. diſſert.* 19. *num.* 21. *&* 28. *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 22. *n.* 26. *Caſareg. de commerc. diſc.* 99. *Cavaler. dec.* 14. *Palma dec.* 44. *tom.* 1.

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

QUoniam (ut fuit demonſtratum) fideiuſſoribus tria beneficia, ſeu privilegia competunt, ſcilicet = Ordinis, ſeu Excuſſionis = Diviſionis, ſeu Epiſtolæ D. Adriani = Cedendarum actionum = Certum quoque eſt quod illis renunciari poſſit, ideo.

Notarius cupiens reddere cautum creditorem cuius favore ſit fidciuſſio, debet in inſtrumento apponere ſpecifice, quod fideiuſſor renunciat beneficiis de quibus fuſe ſupra actum fuit.

Animadvertat ulterius certiorare Partes de importantia beneficiorum prædictorum, atque apponere expreſſe in inſtrumento certiorationem, nam alias renunciatio non teneret.

Et quamvis de Iure vetitum ſit ne pro dote fideiuſſores dentur, ut obſervatum fuit in primo volumine *pag.* 12. & alibi, attamen opportune hic repetendum putamus, quod Florentiæ vigore Statuti *lib.* 2. *Rubr.* 61. permiſſum eſt dari fideiuſſores pro dote conſervanda, & reſtituenda, illudque valere, ſicut, & conſuetudo valeret. *vid. Caſtrenſ. in conſ.* 15 *& conſ.* 80. *lib.* 1. quem refert *Menoch. de præſumpt. præſumpt.* 190 *num.* 43. qui firmat etiam, quod maritus non prohibetur ſponte dare fideiuſſores, *Tuſch. litt. T. concl.* 299. *num.* 14. ubi quidquid ſit de Iure, an valeat dictum Statutum Florentiæ id obſervari debet cum Florentini velint ſua Statuta ſervari etiam invalida in ſua ditione, *Roman. conſ.* 392. *num.* 5. *& fuſius Tuſch. litt. F concl.* 332. *num.* 13.

Formula ſolidalis obligationis, ſic plerumque concipi ſolet, ſi Fideiuſſor ſolus ſit.

N. N. licet ſciat ſe ad infraſcripta non teneri, ſed plene, ac optime informatus de præſenti inſtrumento, in quo fuit præſens, intelligens, & obbligans principaliter, & inſolidum cum dicto N. N. non vi, dolo, vel metu, ſed ex ſua certa ſcientia

ſponte

ſponte, & libere per ſe, ſuos heredes, & ſucceſſores &c. promiſit, & ſe obligavit N. N. præſenti, recipienti, & ſtipulanti pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus ſolvere &c.

Si plures ſint fideiuſſores, dicatur N. N. & N. N. & quilibet eorum principaliter in ſolidum obligando &c. At ſi contigerit, quod partes velint pro maiori cautela exprimi renunciationes, id poterit exequi ad normam Formulariorum Florentini, Senenſis, & aliorum &c.

Explicatio Clauſularum, quæ in hac materia plerumque adhiberi ſolent.

Clauſula = Quemlibet eorum = denotat aliquem ſe obligare in ſolidum, etiam quod aliud non eſſet dictum, *Bartol. in auth. hoc ita num.* 2. *Cod. de duob. reis & in Leg. hoc articulo num.* 2. *ff. de heredib. inſtit.*

Clauſula = Principaliter = an vigore dictæ clauſulæ poſſit fideiuſſor conveniri ante Principalem (ſi non ſit renunciatum prædictis beneficiis, vel ſi non adſit Statutum Florentinum de quo ſupra) *Guid. Pap. qu.* 570. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 189. *num.* 2. *&* 7. *vol.* 2. *Boer dec.* 221. *n.* 13. *prope fin.* qui tenet adfirmativam ſcilicet quod poſſit.

Clauſula = in ſolidum obligando = hæc tribuit unicuique obligationem in totum, *Leg.* 3. *Cod. de fideiuſſor. Leg. ſi non ſinguli Cod. ſi certum petatur*. An dicta Clauſula tollat fideiuſſori beneficium Epiſtolæ Divi Adriani; an vero requiratur, quod fiat renunciatio, *Bald. in dict. auth. præſente in fin. Roman. conſ.* 392. *num.* 7. *Guid. Pap. qu.* 94. *Alex. conſ.* 78. *num.* 8. *in fin. vol.* 5. *Decio conſ.* 27. *num.* 6. *&* 8. iuxta tamen notata *poſt dec. Guid. Pap.* cautius agetur ſi fiat renunciatio.

Clauſula = Renunciantes beneficio *novæ conſtit. de fideiuſſor.* = Quod huic beneficio poſſit renunciari, *Guid. Pap. qu.* 94. *Alexandr. conſ* 78. *num.* 6. *vol.* 1.

= De pluribus reis debendi = renunciari quoque huic poſſe tradit *Bartol. in auth. hoc ita num.* 33. *ubi Gloſſ. Cod. de duobus reis Bertazzol. Clauſul.* 40. *Gloſ.* 5.

Epiſtolæ D. Adriani = quod poſſit renunciari, probat *Lex penult. Cod. de pactis Bertazzol. loc. cit.*

Beneficio cedendarum actionum = Huic quoque renunciari poteſt, *vid. ſupra cit.*

Quamvis ceſſent, ut diximus, dicta beneficia ſtante Statuto noſtro, in cuius materia vide quæ dixit *Bald. in dict. auth. hoc ita*

ita num. 2. *Cod. de duob. reis Roman. conſ.* 297. *n.* 7. *cum addit.* attamen vidi in praxi etiam Florentiæ (pro cautela, ut opinor) adhibitas fuiſſe dictas renunciationes.

De Senatus Conſulto Velleiano.

SCimus iam egiſſe de mulierum obligationibus ac nonnulla innuiſſe de Senatus Conſulto Velleiano, & de diſpoſitis in hac ſpecie a Statuto Florentino; Pleniorem tamen explicationem expoſcere videtur materia hæc, ad ſuccurrendum quodammodo Tyronum imperitiæ, qui aliquando renunciationes ampliſſimis verbis extendunt, neſcientes Legum diſpoſita, vel ad quos caſus extendi poſſint, ut validitatis robur obtineant, ideo rem a primordiis repetendam eſſe arbitramur, ut etiam ea, quæ alibi expoſuimus clariorem ſortiantur explicationem, quæ potiſſimum ſupradicto titulo de fideiuſſoribus optime congruit.

Mulierum innatæ levitati proſpicere cupiens Senatus Conſult. Velleian. providit ne illæ virilibus officiis fungerentur, neu remoto præſentis periculi metu alienam in ſe obligationem ſuſciperent, ignorantes illud Chilonis dictum = ſponſionis comitem eſſe pœnitentiam = notat enim *Ulpian. in Leg.* 1. *dict. tit.* = Velleiano Senatus Conſulto pleniſſime comprehenſum eſt, ne pro = ullo fœminæ intercederent, nam ſicut moribus civilia officia = adempta ſunt fœminis, & pleraque ipſo Iure non valent; ita = multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo non ſo= lum opera, nudumque miniſterium earum verſetur, ſed etiam = periculum rei familiaris =

Primum itaque pro maritis uxorum ſponſiones improbatæ ſunt, poſtmodum ut ne omnino pro ullo ſe obligarent, vetitum eſt, ut idem *Ulpian. in Leg.* 2. *dict. tit* = Et primo quidem tem= poribus D Auguſti, mox deinde Claudii, Edictis eorum interdi= ctum erat ne fœminæ pro viris ſuis intercederent, poſtea fa= ctum eſt Senatus Conſultum, quo pleniſſime fœminis omnibus = ſubventum eſt.

NOTÆ.

Ad exemplum huius Senatus Conſulti etiam quæ pro maritis intercedunt, ſuccurrit *Iuſtinianus in auth. ſi qua mulier Cod. ad Velleian.* „ ibi „ Si qua mulier crediti inſtrumento conſentiat = pro viro, aut ſcribat propriam ſubſtantiam, ut ſe ipſam obligatam

= gatam faciat iubemus hoc nullatenus valere, ſive ſemel, ſive = multoties huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat = Et hæc ut patet non multum differt a S. C.

Itemque ex Lege Iulia de Adulteriis alienari non poterat Fundus dotalis Italicus, niſi conſentiente muliere *Paul. ſententiar.* 21. *n.* 1. Iuſtinianus autem alienationis, & oppignorationis diſcrimen ſuſtulit, & neutram, etiam conſentiente muliere, fieri paſſus eſt in *Leg. unic.* §. 15. *Cod. de rei uxoriæ action.* „ ibi „ Placet = itaque nobis eamdem obſervantiam non tantum in Italicis Fun= dis, ſed etiam in Provinciis extendi = *inſtit. tit. quib. alien. lic. vel non* §. *& cum Lex* quod quidem latius actum videbitur in tractatu de dote.

Verbum intercedere eſt pro alio ſpondere, *Ulpian. in Leg.* 2 *ff. ad S. C. Vell. Connan. in Comment. Iur. Civ. lib. 6. cap.* 8. *num.* 1. *verſ. intercedere* hæc habet = intercedere enim pro reo = fideiuſſor apud creditorem dicitur, quia pro eo rogat, ut de= tur ei mutuo pecunia, vel illud quidquid eſt opus habeat, qua= re quod iuſſu, & rogatu ipſius factum datumve eſt, fide ſua = præſtare cogitur = in hac ſpecie ſignificat alienæ obligationi, vel veteri, vel novæ accedere, quod accidere poteſt.

Aut eamdem in ſe recipiendo, ſive transferendo ſcilicet antiquam obligationem in ſe transfundendo, *L.* 26. *Cod. de adminiſt. tutor. Leg.* 27. §. 1 *ff. de Procurat.*

Aut participando *Leg.* 4. *Cod ad. S. C. Vell.* participare eodem ſenſu *L.* 9. §. 4 *ff. de minorib.* & intelligitur etiam pro fideiubere, ſeu fidem ſuam pro alio obligare, *Leg.* 27. *in fin. ff. ad Leg. Falcid.*

Aut mandando alicui pecuniam dari, vel res ſuas, aut ſibi obligatas ſupponendo = ſupponere eſt pro pignore obligare = res ſuppoſita, *Leg.* 6. *Cod. de pignorat. act. rubr ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cura ſunt ſine Decreto Iudicis non alien. vel ſuppon.*

Aut expromittendo = hic expromittere eſt novandi animo ſe obligare, *Cuiac. in comment. ad tit. Cod. ne fideiuſſ vel mand. dot. dent. vel pro alio promittere Leg.* 37 §. 4. *ff. de oper. libert.*

Aut alienum debitorem in Iudicio defendere, nam eo caſu novatio fit = Eſt enim defendere, facere quod dominus in Litem faceret; cavere idonee, *Leg.* 35. §. *ultim. ff. de Procurat.*

Aut conſtituendo, id eſt novam obligationem recipiendo, ſcilicet ſi cum alius obligare ſe deberet mulier ſe ream conſtitueret, *Leg.* 8. *ff. de Iudic.* unde pecuniæ conſtitutæ rei a Iuſtiniano vocantur *Iuſtin. in Novell.* 4. *in Rubr.*

Verum ut mulieres relate ad dictas obligationes beneficio S. C. gaudeant duo concurrant neceſſe eſt. Primo ut mulieres, vel ſe, vel res ſuas obligent, nam ſi pro alio ſolverint, aut aliquid liberandi cauſa debitorem fecerint, cum prius obligatæ non eſſent, aut Pignus reſtituerint debitori S. C. locus non eſt. Secundo eſt ut pro alio ſe obligent, nam ſi ſuam obligationem ſuſcipiant, quod accidit quoties res in eorum utilitatem geſta eſt S. C. non eſt locus, ſed pro nunc hæc dicta ſint ſatis cætera remittentes ad dotis tractatum.

NOTÆ.

Mulieres tamen certioratæ rite, & recte, Beneficio Senatus Conſulto Velleiano renunciant, quæ renunciatio in noſtra regione ſic exprimi ſolet a Tabellionibus.

Onde atteſa la facoltà conceſſali &c. monita novamente, e cerziorata da me Notaro infraſcritto dell' importanza del preſente Atto, di quello era per fare, e quanto ſi poteva pregiudicare in ordine al diſpoſto *dal Senat. Conſult. Velleian. dall' Auth. ſi qua mulier. Cod. della Leg. Iul. de fund. dot.* e di quanto preſcrive lo Statuto Fiorentino *Rubr.* 112. *e* 115. e d' ogni altro privilegio a favore delle donne introdotto, ai quali privilegi &c. con ſuo giuramento per me deferitoli novamente &c. renunziò, e renunzia &c.

Si avverta, che a queſta eſpreſſione, del Notaro ſi ſuppone, che abbia proceduto il legittimo Mondualdo.

Et prout magis, & melius videbitur iuxta caſus circumſtantias, ſervatis tamen ſervandis quæ diximus alibi.

Certioratio hæc ſecundum aliquos oriri videtur *ex L. ult. §. penult. ff. ad Senat. Conſult. Velleian. Leg. Iubemus* 21. *Cod. ad Senat. Conſult. Velleian. Leg. penult. Cod. de pact.* præcipue tamen ex *Statut. Flor. lib.* 2. *Rubr.* 112.

Notantur hic ad maiorem Tyronum intelligentiam caſus in quibus ſolemnitates ſtatutariæ requiruntur tam in Contractibus minorum, quam Mulierum, videlicet

In Contractu fideiuſſionis = In conſtitutione Procuratoris, ad Contractus, & actus extraiudiciales peragendos = In Contractu mutui = Permutationis = Dationis in ſolutum = Societatis = In donatione remuneratoria, etiam correſpectiva = In compromiſſo volun-

luntario = Quando imponunt ſervitutem paſſivam = Quando mulier, vel minor ſe obligent pro excarcerando marito, vel patre (quamvis aliqui contrarium ſentiant) in diviſione non iudiciali = in remiſſione iurium, vel hypothecæ = in aditione hæreditatis (quod quidem non procedit quando aditio fit cum beneficio Legis, & Inventarii) = in confeſſione de recepto = & hoc non eſt iudaice intelligendum, ſed cum diſtinctione, de qua *Conſtant. ad Stat. Urb. de contractib. minor. & mulierum annot.* 44. *artic.* 5. *num.* 480. & 481. ubi demonſtrat aliquando eſſe admittendas abſque ſolemnitatibus, quaſdam receptas, ſeu liberationes „ ibi = poteſt tamen admitti in creditis minorum, = vel mulierum favore contractis ſine ſcriptura, vel ſi agatur = de creditis modicæ ſummæ, vel de fructibus cenſuum, cam= biorum, dotis, ac ſimilium annuorum redditüum, in quorum = exactione bimeſtrali, ſemeſtrali, vel annali, non ſolent, nec = debent adhiberi ſolemnitates, quando fiunt quietantiæ privatæ, = ſeu receptæ, nam eſſet impracticabile, illas ſervare, dum mi= nores, vel mulieres deberent pro omni minutia exigenda = habere ſecum Iudicem, & Notarium &c. „ ſuper hoc Articulo vidend. *Marta vot. Piſan.* 136. *per tot.* ubi firmat = quod ubi Statuta requirunt ſolemnitates in quietationibus non comprehendunt quietantias per Apocas privatas, favore mulieris factas, ex ea ratione, quia talis actus eſt abſolute neceſſarius pariterque dictæ ſolemnitates requiruntur = in ceſſione iurium = in tranſactione = in reviſione computorum = in renunciatione iuri quærendo de futuro = in contractu pacis = demum requiruntur in omnibus contractibus initis etiam cum aliis mulieribus, minoribus &c. ac etiam cum Eccleſia, & in quibus quomodolibet minores, & mulieres directe, vel indirecte lædi poſſunt.

Prædicta limitantur utplurimum ſi contractus privilegiato ſit evidenter utilis; aut ex cauſa a iure approbata, ut pro alendo, vel a captivitate, vel carceratione, vel hac imminente liberando reſpective patre, filio, aut viro, aut pro dotæ filiæ, aut pro pecunia ad cenſum accipienda ad extinguendum alterum cum graviori fructu creatum: ſed quid dicendum in bonorum alienatione cum facultate a Teſtatore individualiter alienandi, vel in executionem contractus a defuncto celebrati? & quid in contractibus tacitis, aut a iure præſumptis: vide apud auctores ad materiam infra citand. Itemque limitatur in minore aut muliere mercaturam exercente, ut pariter videri poterit ex infra notandis auctoribus: Altera pariter Iuris regula eſt obſervanda, quod fraus a privilegiatis perſonis commiſſa, nec illis opitulari poterit:

rit: ad materiam contract. privilegiatæ Perſonæ ſine ſolemnitat. non ſubſtinend. vidend. *Conſtant. ann.* 44. *per tot. & præſer. art.* 5. *&* 6. *t.* 2. *Paulat. diſſert.* 59. *num.* 61. *& ſeqq. dec.* 239. *n.* 13 *par.* 17. *rec. Conti dec. Senen.* 36. *num.* 22. *Conſtant. dec.* 146. *num.* 11. = *circa contractus in evident. utilitat. Rocca Epiſcop. cap.* 182. *n.* 34. *t.* 2. *Conti dec. Florent.* 14. *n.* 35. *adnotat. ad deciſ.* 81. *n.* 19. *& ſeqq. par.* 8. *rec.*

In materia an perſonæ privilegiatæ acceptum, quando reſtituere debeant, *Conſtant. dict. annot.* 44. *art.* 6. *n* 681. *& ſeqq. art.* 7. *num.* 747. quoad fraudem an opituletur? *Rot. Rom. deciſ.* 111. *n.* 5. *& ſeqq. n.* 14. *& ſeqq. par.* 8. *rec. De Luc. de alienat. diſcurſ.* 29. *num.* 26.

Circa ſolemnitates, an ſint obſervandæ loci originis, vel contract. *Rot. Rom. dec.* 238. *n.* 1. *& ſeqq. par.* 6. *rec.*

Quid &c. An contractus celebretur extra locum ſtatuti animo fraudandi, *Conſtant. d. annot* 44. *art.* 6. *n.* 661. *& ſeqq. De Luc. de alienat. diſcurſ.* 29. *num.* 5. *& ſeqq. & diſcurſ.* 33. *num.* 33. *Sabell. in ſumma §. Statut. num.* 33.

DE LITERARUM OBLIGATIONE.

T I T. XXII.

Tertia ſpecies obligationum ex conſenſu eſt literarum obligatio, ſic dicta quod ad ſui conſtitutionem præter conſenſum literas exigit, & tunc perficitur, cum quis ſcripturam alteri mutuo conſenſu tradit ſub ſpe futuræ numerationis, confitens ſe ab eo certam ſummam accepiſſe mutuo, quam vere non accepit, nec intra biennium confeſſionem ſuam retractavit. Ex hac definitione poteſt percipi ſcripturam neceſſariam eſſe ad conſtitutionem literarum obligationis. Præterea ex hac colligitur ad inducendam huiuſmodi obligationem requiri ſilentium debitoris per biennium, nec enim ante eſt obligatus, quia ſi intra biennium conveniatur a creditore iuvatur exceptione non numeratæ pecuniæ, qua appoſita tenetur creditor probare pecuniam fuiſſe numeratam, quod eſt ſpeciale huius exceptionis, quæ ideo dicitur privilegialis utpote quæ transfert onus probandi in actorem, cum alioquin reliquæ exceptiones probari debeant ab excipiente. Præterea minor annorum vigintiquinque, aliique ex iuxta cauſa hanc exceptionem intra biennium opponere non poterunt, obtinere poſſunt in integrum reſtitutionem. Præ-

Præter dictam exceptionem confitenti ad retractandam ſuam confeſſionem intra biennium competit conditio ſine cauſa, quæ reſpicit Chirographum, competit etiam querela, vel proteſtatio de enumeratione non ſecuta, quæ in ſcriptis fieri debet, ut ipſe confeſſus perpetuam habeat exceptionem, quam de cœtero non habet niſi intra biennium, huiuſmodi obligationi locus non eſt niſi in mutuo, & in confeſſione dotis receptæ.

Dicta exceptio competit etiam creditori Chirographario confitenti ſe recepiſſe creditum, quod non recepit, verum hæc competit ſolum intra triginta dies, *Oinot. inſtit. tit. de liber. oblig. per tot. Grat. diſcept. for cap.* 505. *n.* 28. *Menoch. de præſumpt. libr.* 3. *præſumpt.* 151. *num.* 1.

NOTÆ.

Quamvis exceptio non numeratæ pecuniæ ultra triginta dies regulariter in caſu prædicto a debitore opponi non valeat, hoc tamen non procedit quando debitor eam clare probat, *Florentina nullit. execut. diei* 27. *Septembris* 1760. *cor. Illuſtriſs. Dom. Audit. Querci*. Imo exceptio non numeratæ pecuniæ ſemper intelligitur præſervata, & opponibilis in quovis Iudicio utcumque privilegiato ad retardandam inſtrumenti executionem *ead. dec.*

Quando quis confeſſus fuit ſe recepiſſe *in contanti*, vere, & realiter præcipue nominando qualitatem pecuniæ receptæ non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ (1), ubi habetur quod dicta exceptio ceſſat quando fuit expreſſum *per altri, e tanti pagati per noi*. Exceptio dotis non traditæ poteſt durare uſque ad decennium (2). Si Matrimonium ſolvatur intra biennium competit exceptio prædicta confitenti, & eius hæredibus intra annum a die ſoluti matrimonii, ſi ſolvatur poſt biennium competit intra decem annos (3).

Notandum poſtremo quod raro contingit locum habere poſſe prædictas exceptiones pecuniæ non numeratæ, vel dotis non traditæ, cum homines non ſint ita faciles ad confitendum quod realiter non habuerint.

(1) *Altograd. conſ.* 18. *num.* 39. *lib.* 1. *& conſ.* 15. *& ſeqq. per tot. Rot. par.* 18. *rec. dec.* 344. *num.* 3 *tom.* 1. (2) *Rot. par.* 15. *rec. dec* 264. (3) *Leg fin. et auth. ſeqq. Cod. de dot. caut. non numerat. Pax. Iordan. lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 17. *Paul. Chriſtin. dec.* 136. *num.* 5. *vol.* 3.

De

De Inſtrumentis publicis, & privatis, & de libris Mercatorum. ac de eorumdem ſide.

INſtrumentum lato ſumpto vocabulo multa comprehendit; at in materia Iudiciali ex *Leg. prim. ff. de fid. Inſtrumentorum* hæc habentur = Inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt, = quibus cauſa inſtrui poteſt, ideo tam Teſtimonii quam perſonæ loco Inſtrumentorum habentur.

Inſtrumentum tamen prout conſideratur relate ad fidem publicam dicimus = Quod ſit illud ſcriptum manu publica, id eſt = Tabellionis = vel quædam ſcriptura ſolemnis manu notarii = confecta ad probationem negocii (1), verum tamen eſt, quod = Inſtrumentum dicitur etiam privatum, eo quia factum fue= rit a privata perſona, id eſt ab illo, qui non eſt Nota= rius (2).

Hiſce itaque præmiſſis dicimus pro generali regula, quod inſtrumento publico plena habeatur fides (3), dummodo careat omni ſuſpicione, & non ſit uſurarium

'Privato enim non eſt deferendum, dum inter tertios res ſit, ſi adminiculis, ſeu quibuſdam extrinſecis probationibus careat, & niſi roboretur teſtium præſidio, ſeu literarum comparatione; illud tamen certum eſt, quod in concurſu publici inſtrumenti cum ſcriptura privata præfertur inſtrumentum publicum, quamvis in tempore, & hypotheca anterior ſit ſcriptura privata; hoc tamen locum habet, dummodo ſcriptura prædicta non ſit trino teſte munita, vel alias non probetur, quod illa vere confecta ſit ante Inſtrumentum publicum (4) ibi „ Sin autem Ius pigno= ris, vel hypothecæ ex huiuſmodi inſtrumentis vindicare quis ſi= = bi contenderit, eum qui inſtrumentis publice confectis nititur = præponi decernimus, etiamſi poſterior is contineatur, niſi forte = probatæ, atque integræ opinionis trium, vel amplius virorum = ſubſcriptiones, iiſdem Idochiis contineatur, tunc quaſi publice = confecta accipiuntur = Poteſt enim ſcripturæ veritas aliunde verificari, & fraudis ſuſpicio tolli ex pluribus, quæ concurrere poſſunt, ea ratione, quia diſpoſitio dictæ Legis non requirit ſubſcriptionem tertii teſtis pro forma ſubſtantiali, ſed ad vitandas fraudes; hinc oritur quod quando ſcriptura privata aliunde iuſtificari poſſit, prævalere poteſt etiam inſtrumento publico (5).

De momento, & hora (6) „ ibi „ quæ concluſio limitatur, = ut non procedat in Creditore habente inſtrumentum cum die, & ho-

= & hora, quoniam prefertur alteri habenti Inſtrumentum eodem = die confectum, ſed abſque expreſſione horæ, quod alias no- = tavimus „

In hac materia alia inſpectio cadere poteſt. Scilicet, quod inſtrumentum habens relationem ad aliud, probat ſi in ipſo ſit expreſſa tota ſubſtantia relati, & hoc eſt verum quando agitur inter eoſdem contrahentes, non autem quando agitur, quoad alias perſonas, & in præiudicium tertii (7). Verba enunciativa in antiquis plene probant (8).

In factis antiquis libri hiſtoriarum probant, quia paſſim hiſtoriæ, & chronicæ faciunt notorium (9).

Extractio Scripturarum in lingua ultramontana non probat niſi vulgarizata in noſtro idiomate, quæ vulgarizatio non valet niſi citata parte (10).

Quæcumque Scriptura extracta abſque partis citatione non probat (11).

Tranſeundo ad Libros Mercatorum certum eſt, quod ſi illi fuerint bene ordinati, & cum eorum, ut aiunt, corredo, plene probant favore ſcribentis præcipue Florentiæ vigore Statuti *lib.* 4. *Rubr.* 13. Sed non tribuunt contra bona debitoris hypothecam niſi partitæ fuerint ſubſcriptæ ab ipſo debitore, vel a Iudice approbatæ (12) „ ibi „ quæ certius procedunt in hoc noſtro Statu- = to quod in ea parte, ex qua deſumitur hypotheca bonorum = fingit, ac præſumit eam contractam ab ipſo debitore partitam = deſcribente pro ut ſonant illa verba „ omnia bona intelligantur, & ſint per ipſos obligata „ ex quibus hypotecam conventionalem reſultare firmat (13).

Hic alia ſyngraphe ſpecies addenda nempe = pagherò = quæ ſic concipitur = pagherò a Sempronio = o a chi porterà la preſente ducati dugento = hæc ſane publici inſtrumenti vim habet paratamque executionem, nec ullæ exceptioni ſubiacet, habetque vim pecuniæ numeratæ; & an ſufficiat ad emendum cenſum vide hic in tractatu eiuſdem: vel habeat vim ſiſtendi fructus (14).

(1) *Leg.* 17 *Cod. h. t. & Leg.* 1. *ff. de probat. & Leg.* 2. *&* 4. *ff. h. t.* (2) *Leg.* 23. *§.* 2. *Cod. ad Senat. Conſult. Velleian.* (3) *dict. Leg.* 2. *ff. h. t.* (4) *Leg. Scripturas §. ſin autem Cod. qui potior. in pign. habeantur de qua* (5) *Rot. poſt Merlin. de pignorib. dec.* 17. *num.* 3. *& dec.* 19. *num.* 1. (6) *Salgad. in labyrint. credit. cap.* 4. *num.* 166. (7) *Gratian. diſcept. for. cap.* 693. *num.* 5. (8) *dict. Gratian. cap.* 893. *num.* 3. (9) *Maſcard. concluſ.* 287 (10) *Manſio conſult.* 153. *num.* 24. (11) *Rot. dec.* 706 *par.* 2. *rec. n.* 6. *& cor. Buratt. dec.* 337. *num.* 30. (12) *ex motiv. in Florentin.*

Dotis

Dv..., ſeu Salviani diei 15. *Octobris* 1736. *cor. DD. Petro Franciſco de Riccis, Hieronymo Vieri, & Filippo Luci* (13) *Stracca de Mercatura tit. de probat. num.* 7. *Magon. dec. Florent.* 122. *num.* 8. *Sabell. variar. reſol. cap.* 66. *n.* 12. *Anſald. de commerc. diſc.* 10. *num.* 49. *§. & quilibet campſor* (14) *Conſtant. ad Statut. Urb. annot.* 12. *num.* 10. *de Comitib. dec. Senen.* 47. *n.* 10. *Rot. deciſ.* 11. *num.* 7. *par.* 12. *rec. in materia cenſus, & an except. non numer. pecun. Anſald. de commerc. diſc.* 25. *num.* 36.

Gabella.

Contractus gabellabiles per ſcripturam privatam celebrati ipſo Iure ſunt nulli, niſi intra menſem fuerint denunciati Officio Gabellarum Florentiæ *Rot. poſt Girond. de gabell. dec.* 15. *n.* 1. Solutio tamen fieri poteſt etiam poſt menſem; initi verum per Scripturam publicam denunciandi ſunt in termino quadragintaquinque dierum.

NOTÆ *ad Verbum Corredo.*

Liber Mercatoris debet concordare cum libro Diario, ſive ut aiunt Giornale, & ſimul in Iudicio debet uterque exhiberi, *Farinacc. conſ.* 96 *num.* 11. *lib.* 1. *Rot. dec.* 558. *num.* 2. *par.* 2. *rec. Rot. noſtr. apud Urceol. dec.* 10. *num.* 7. & quod liber Diarius, ſive Giornale reſpectu libri magiſtri habeatur loco Protocolli, & ad illum recurratur ſicut ad originale, *Cyriac. controv.* 544. *n.* 10. *&* 11. *tenuit Rot. noſtr. lib. motiv.* 128. *a* 503. *verſic. omiſſo etiam & a* 506.

Siquidem libro memoriali, ſeu, ut aiunt, ſtracciafoglio fides non habetur, *Bondeu. collect.* 43. *num.* 3. & ratio eſt, quia quæ in eo ſunt notata poſſunt variari, deleri, & contra ſcribi, *Scacc. de commerc.* §. 2. *Gloſſ.* 4. *num.* 12. *Anſald. diſc. general. n.* 155 *ad* 163. *Rot. dec.* 508. *n.* 2. *par.* 2. *rec.*

Quando demum partita de ſtracciafoglio non eſt tranſportata in librum Diarium, tunc neque probat contra Scribentem, *De Comitib. dec. Flor.* 111. *num.* 1. *& dec.* 69. *n.* 34. *Rot. noſtr. lib. motiv.* 2. *a* 189.

Quæ ſit Notariorum Poteſtas, & alia.

EGimus in præcedenti capite de Inſtrumentis publicis, at cum hoc (ut in primordiis monuimus) plerumque tendat ad ea explapla-

planandа, quæ artem Notariatus reſpiciunt, nec non uberiorem rerum iam expoſitarum in monitis generalibus ideo opportunum hic viſum fuit diſſerere.

Primo quæ ſit Notariorum Poteſtas, ſecundo quid ab eis præſtandum ſit ad perfecte inſtrumenta conficienda.

Notariorum rogitantium Officium eſt iuriſdictionem voluntariam exercere, ideo dicuntur Iudices Ordinarii, id eſt qui habent voluntariam iuriſdictionem apud quos expeditur Iudicium voluntarium (quia illud non fit contra invitos, ſed tantum volentibus, & rogantibus) *Gloſſ. in verb. iungatur in authentic. de Tabellionib. Rot. dec.* 12. *par* 1. *rec. Bouſin. ad bannimcnt. gener. cap.* 40. *num.* 22. Rogare enim inſtrumenta eſt in publicum producere, *Buddeus in annotat. ad Pandect. in Leg. poſteriore de origin. iur. iu cap. & cum placuiſset*, quod referri poteſt tam ad contractus, quam ad ultimas voluntates; inſtrumentum enim, utramque ſpeciem comprehendit, *Leg.* 1 *ff. de fid. inſtrumentor.* ideoque clauſula = rogans = additur quia Notarius debet eſſe rogatus a partibus de inſtrumento conficiendo, & an rogatus præſumatur, *Alex. conſ.* 111. *vol.* 2. *ad mater. Urceol. conſult. for. cap.* 88. *num.* 14. *vol.* 2. nec requiritur, quod tamquam Iudex ſedeat pro Tribunali, ut probatur in *Leg. omnes ff. de Offic. Proconſulis*, & quamvis ex præmiſſis conſtet Notarios habere Iuriſdictionem non contentioſam, quæ reſpicit actus voluntarios, ut eſſet adoptio, cœterique huius generis actus, poſſunt etiam pro abſente ſtipulari (ut pluries diximus) *L.* 1. *§. exigere ff. de magiſtratib. conveniend. Leg.* 4. *ff. rem ratam habere*, quod extenditur etiam ad eius hæredes, *Altograd. controv.* 29. *num.* 6. & pro adhuc non natis, nec conceptis, *Mantic. de tacit. tit.* 26 *lib.* 14. *num.* 9. *tom.* 2. quod tamen extendi non poſſe ad extraneos, & non ſubditos illius dominii, qui Notarium creavit, tradit *Magon. dec. Florent.* 39. *num.* 17. *Mantica ubi ſupra num.* 20. *§. ex hoc in fin* poſſunt inſuper facere præceptum guarantigiæ ex præſcripto Statuti Florentini *Rubr.* 40. *vol.* 2. de quo *Mandoſ. de inhibit. qu.* 72. adde etiam præceptum de recognoſcendo in dominum in actu adipiſcendi poſſeſſionem pro ut *ex Formular. Flor.* quam quidem facultatem non haberent niſi a Statutis, vel conſuetudine illis tribueretur, *Bartol. in Leg. fin. Cod. ubi, & apud quem Bald. in Leg. adoptio num.* 1. *Cod. de adoption. addens ad Guid Pap. quæſt.* 117.

Tranſeundo nunc ad ea, quæ Tabellionum muneris ſunt ad valide conficienda inſtrumenta, illud certum eſt eoſdem teneri ad obſervandas debitas ſolemnitates, nam eas omittentes poſſent

extraordinarie de falſo puniri, *Menoch. de arbitr. caſ.* 37. *num.* 4. *Tuſch. concl.* 90. 91. *&* 98. *litt. N.* ulterius debent officium ſuum per ſe ipſos explere nec alteri delegare, *Novell. Paulo ante* 44. *de Tabellion. tit.* 7. *collat.* 8. quæ ſic ſummatur = Tabellio a = partibus rogatus debet per ſe audire negotium nec alteri de- = legare = ibique Angelus = ad rem *De Luc. de Teſtament. diſc.* 78. *n.* 11. Tenetur etiam totam ſeriem negotii legere partibus, & teſtibus præſentibus: in inſtrumentis enim publicis neceſſarii ſunt ſaltem duo teſtes, qui ſint idonei, & puberes, *Tuſch. litt. I. concl.* 244. neque ad hoc recedendum eſt etiam de voluntate privatorum, *L. nemo poteſt* 58. *ff. de legat.* 1. *Pariſ. conſ.* 16. *num.* 40. *vol.* 3. *Alexandr. conſ.* 7 *num.* 19. *vol.* 2. quia non creditur inſtrumento rogato a Notario ſine Teſtibus *Duran. deciſ.* 155. *num.* 8. *Rot. dec.* 339. *par.* 1. *rec.* niſi eſſet de conſuetudine, quod probarent ſine Teſtibus: Teſtes ideo, & partes debent intelligere quid agatur, ante quam Notarii rogent, *Bald. in rubr. Cod. de fid. inſtrumentor. colum.* 3. *Menoch. de arbitr. cap.* 144. *Bertazzol. de clauſ. in proem. num.* 13. *verſ.* 10. *n.* 17 quia ſi non legerent clare, & diſtincte actus celebratus eſſet nullus.

Poſtremo monendum ſupereſt, quod Notarius requiſitus de conficiendo inſtrumento non poteſt recuſare, alias eſſet puniendus, *Menoch. de arbitr. caſ.* 369. *num.* 7. *Tuſc. litt. N. concl.* 74. *per tot. Gibalin. de univerſ. negociis libr.* 6. *cap.* 3. *art.* 10. quod quidem non eſt iudaice intelligendum, tradit enim *Angel. de deliEt. par.* 2. *cap.* 50. *n.* 79. „ ibi „ Sed advertendum eſt quod = Notarius tunc tenetur ad pœnam ſi vocatus non acceſſerit, = quando nempe eſt ſolus in eodem caſtro, vel loco, nam ſi = eſſent plures poterit vocari alius, qui ſi requiratur ut veniat, = & parere noluerit requiſitioni, officio Iudicis conſtringi de- = bet, & ſi mandato non pareat poterit Iudicis arbitrio puni- = ri, *Text. in Leg. iubemus in fin. Cod de defenſ. Civit.* Imo No- = tarius oppreſſus multitudine excuſatur a pœna, ſi rogatus fa- = cere recuſet. *Caball. caſ.* 24. *num.* 11.

Cœterum ſi quis videre cupiat multa ad hanc materiam ſpectantia, adeat citatam *Novellam* 44. *de Tabellionibus collat.* 8. *& conſtit. Maximil. Imperatoris incipiens* = Maximilianus divina = favente gratia electus Romanorum Imperator = per extenſum relata in Formulario Romano Romæ impreſſo anno 1563. quæ præbet omnes, & quaſcumque regulas a Notariis obſervandas, poteſtque vere dici magiſtralis.

NO-

NOTA.

In Etruria invaluit praxis, quod quædam, ut ita dicam acta a Notariis fiant abſque interventu Teſtium, & valeant, veluti ſunt, quæ vulgo dicuntur = le recognizioni delle firme, o = di carattere, o di altra coſa ſimile = dummodo ab illis ſubſcripta ſint, & conſtet de eorum caractere: ſubſcriptio enim in quocumque actu, quod inſervire debet ad probationem, præcipue ubi agitur de illis, quæ per Notarios conficiuntur eſt de ſolemnitatibus requiſitis ad perfectionem actus, ut plenam faciant fidem, *Angel conſ.* 220. *in princ. Alex. conſ.* 153. *num.* 12. *&* *conſ.* 14. *num.* 9. *Guid. Pap. qu.* 616. *in fin. Decian conſ.* 24. *n.* 31. *vol.* 1. quamvis uti poſſint aliena ope in conſcribendo contractus, & acta &c.

Quod = delle recognizioni di mano = diximus poteſt eſtendi = alle eſtrazioni delle partite = e collazionature = animadvertendo quod extractio partitarum abſque interventu, ſeu citatione intereſſe habentium nil probat *Urceol. dec. flor.* 41. *n.* 21. *Bich. dec.* 257. *num.* 13. *&* *dec.* 28. *num.* 17.

Formula.

Recognitionis manus hæc eſſe poteſt, vel ſimilis, quia arbitraria eſt.

Conſtitutus coram me Notario infraſcripto N. N. mihi optime cognito recognoſcendi cauſa ſubſcriptione ſuam poſitam &c. quæ lecta ad eiuſdem intelligentiam, & ab eodem viſa &c. eamdem medio Iuramento accepto formiter ad delationem mei recognovit, & recognoſcit, aſſerens illam proprio caractere conſcripſiſſe &c. ſed ut centies diximus uſus plura docebit.

An Notarius poſſit aliquid omittere in Contractibus, ſeu Inſtrumentis.

AD dignoſcendum an Notarius impune aliquid omittere in huiuſmodi actis poſſit, vel an aliqua omittendo in pœnam incidat, quamplura explicanda ſuperſunt.

Ex contractibus duplex forma eſt, una pertinet ad ſubſtantialia, altera ad naturalia, ad ſolemnia, & acceſſiones.

Subſtantialia definit *Baldus in Leg. etiam Cod. de execut. rei iudic.* = *Quæ primam rei eſſentiam præſtant ſine qua ſubſiſtere nequit;*

quit; ex Zaſio enim ſubſtantialia ſunt = *quæ dant eſse contractui*, ut pretium in emptione, idemque *Baldus declarat* = *Quæ naturam contractus immutabiliter, et neceſsario amplectuntur*, quæ vero immutari, vel detrahi poſſunt ea qualitatis ſunt, ut in *Leg. Prolatum Cod. de Sent.* Iſta etenim ſubſtantialem formam contractui tribuunt, quare ex eodem Baldo habetur, quod illud ex forma ſit, quod ſeriem quamdam, ordinemque denotat; ex forma enim quælibet diſpoſitio eſſentiam capit, & quæ in eadem materia diverſa eſt, diverſum quoque actum conſtituit, ac tantæ efficaciæ eſt, ut ſi in aliquo actu requiratur, et deficiat, actus ipſo iure nullus eſt, nec per equipollens ſuppleri poteſt ad notata in *Leg.* 1. *ff. de liberis, et poſthumis*.

Quoad ſolemnia ab eodem *Bald. in Leg. etiam Cod. de execut. rei iudicatæ* ſolemnitas definitur = *modus, ſeu qualitas quadam rei accedens, qua actus fit ſolemnis* = Eaque dividit in duas ſpecies; in levia, & ſubſtantialia, quæ alii vocant intrinſeca, & extrinſeca: Intrinſeca ea ſunt, quæ omiſſa mutationem inducunt circa ſubſtantiam eius de quo agitur, quibus non ſervatis actus omnino corruit, neque poſſunt a partibus remitti, ita ut huiuſmodi nullitati, utpote inductæ in favorem publicum renunciari nequeat, quia debent intervenire in ipſo actu, ibique explicari, quo circa etiam ob lapſum triginta, vel quadraginta annorum, cum obſervantia, præſumi non poſſunt, nec per equipollens ſuppleri, nec adhiberi ex intervallo ante, & poſt contractum ad notata per *Conſtant. ad Statut. Urb annot.* 44. *artic.* 1. *de contract. minor. num.* 1. 8. *et* 9. quia plerumque requiruntur ad integrandas perſonas contrahentium, quarum omiſſio non ſolum inducit nullitatem, ſed tollit etiam obligationem naturalem, *Urceol. conſult. for. cap.* 44 niſi forte perſona privilegiata facta ſit locupletior. Nec aliquod robur huiuſmodi actibus tribuere poteſt iuramentum, quia illud præſumitur a Statuto vi, metu, & dolo extortum, *Urceol. loc. cit.* illudque notabile eſt, quod forma data a Lege pro ſubſtantiali habenda eſt, *Aretin et Iaſon. in Leg.* 11. *§. ſi prius ff. de vulg. ec.*

Levia, ſeu extrinſeca ſunt, quæ nullimode ſubſtantiam, ſeu ſubſtantialem formam immutant, nec immutare poſſunt; de hoc exemplum habemus in ſigno Crucis, quod hæres præponere debet in inventario, *Leg. ſcimus §. ſubſcriptionem Cod. de iur. deliber.* hæc ſi quidem etiamſi non appareant ex inſtrumento propter lapſum longi temporis (puta triginta annorum) preſumuntur interveniſſe, quia poſſunt præcedere, & ſubſequi actum & ideo ex intervallo adhiberi, ut ſunt licentia Principis, Beneplaci-

placitum Apoſtolicum, conſenſus alicuius requiſitus pro intereſſe conſentire debentis, *Conſtantin. loc. cit.* quæ a Lege, vel Statuto præſcribuntur, non pro forma ſubſtantiali, nec ad integrandam perſonam abſque pœna nullitatis, ſi in eodem actu non fuerint adhibitæ, *ad mater. vidend. Geriſpin. conſ.* 46. *per tot. Magon. dec. Flor.* 61. *num.* 18. *Marzimedic. dec.* 49. *cum addit. per tot.* Poſtremo ad clariorem rei intelligentiam addendum ſupereſt, quod tradit *Bald. in Leg. ad exactionem Cod. de Dotis promiſs.* nempe quocumque requiritur aliqua ſolemnitas, qua non adhibita obligatio naturalis non oritur, illa ſolemnitas dicitur de ſubſtantia, ſi vero aliqua eſſet, qua deficiente obligatio naturalis oriretur, non dicitur de ſubſtantia; hinc oritur, quod Doctores multipliciter ſolemnia dividunt, quia alia reſpiciunt negocium, ſive contractum, alia inſtrumentum, ſive probationem, alia ſubſtantiam, & perfectionem actus, alia mixtum utrumque, & ideo dicuntur, vel ſolemnitates formales, vel effectuales, vel extrinſecæ quæ poſito actu, neceſſario non ponuntur, ut explicat *Tuſc. litt. S. concl.* 319. *et* 320. *per tot*

Naturalia dicuntur, quæ ſecundum naturam in quocumque contractu veniunt, licet non fuerint expreſſa, & tamen pacto expreſſo, vel tacito removeri poſſunt ex. gr. pactum, quod venditor non teneatur de evictione *Leg. empti §. qui autem ff. de actionibus empti*. Quædam tamen ſolemnia ſunt, quæ in naturam contractus tranſeunt inſeparabilem, & ſunt quæ ex conſuetudine, aut ex preſcripto Legis apponi debent, & ideo naturalia dicuntur, *Gloſſ in Leg. pacta conventa Cod. de contrahend. empt* & equiparantur naturalibus inſeparabilibus; iſtius diſtinctionis magnus eſt effectus. Cum enim naturalia contractus per pactum tolli poſſint, id tamen non procedit in naturalibus inſeparatis quare paciſci nequit, ut in emptione dominium in emptorem non tranſeat, ſunt enim ea intrinſece naturalia, & a contractu inſeparabilia, quare obſervandum eſt ne inſeparabilia naturalia cum ſeparabilibus confundantur.

Iterum iterumque monendum, quod in contractibus adhibendæ ſunt ſolemnitates Statuti de loco, quo celebrantur, & non loci contrahentium, quando Statutum loci contrahentium dat ſimplciter formam, & non inhabilitat perſonas; ſi vero inhabilitat perſonas ſi illas comprehendit, & arctat etiam ſi in alieno Territorio contrahant, ita ut tunc pro validitate actus non ſufficiat uti ſolemnitatibus loci contractus, ſervari debet forma inducta a Statuto loci contrahentium, licet alibi, & extra territorium contrahant, & hæc communior opinio eſt *Rot. par.* 6. *rec.*

6. rec. dec. 282. Peregr. dec. 88. num. 3. et 4. Rot. cor. Merlin. dec. 610. per tot.

De Imb eviatura, et eiuſdem Extenſione, et quid importet verbum extendere.

COmmuniter apud Doctores, & Formularios occurrit verbum = extendere = extenſio = extendenda ad ſenſum ſapientis = & paſſim certant, quid ſibi velit vox illa.

Priuſquam pertractandam materiam hanc ſuſcipiamus, præmittendum eſt Notarios ante rogitum, facere poſſe imbreviaturam, ſeu quandam notulam brevem, & compendioſam, quæ paucis verbis multa continet, quam poſt inſtrumenti publicationem in formam ampliorem extendunt, ſeu extenſiorem reddunt, ut ex *Cyriac. controv.* 408. *num.* 28. *et* 43. *Rot. Rom dec.* 302. *n.* 12. *par.* 12. *rec.* apud nos = la Minuta, o ſia lo Sbozzo = Quorum alii diverſa tradunt, ſed non omnes iiſdem innixi regulis, quia ob diverſos regionum uſus rem explicant, præcipue ex ratione quod alicubi conſervatio imbreviaturæ, quæ aliquando matrix appellatur ſpectat ad Notarium, ſuoſque hæredes onus eaſdem ſervandi, quia matrix, ſeu imbreviatura præſefert ſubſtantiam Prothocolli in quo interdum leguntur additiones, vel marginales, vel præpoſteras, quare exurgunt quæſtiones, quæ paſſim apud auctores leguntur ideo non ſemper aptari poſſe putamus dictas quæſtiones Etruſcæ Regioni, qui diverſo, atque laudabili ſtylo iu hac materia utitur: Sed quidquid ſit de hoc, oportunum ducimus Notarios docere ſaltem de illis, quæ in hoc articulo examinantur, ut non ignorent artis nomina, ſeu, ut aiunt, terminos, voceſque uſuales eiuſdem artis, ac etiam ſciant quid Iuris in facti contingentia.

His præhabitis facili metodo dignoſci poteſt quomodo intelligenda ſit Doctrina de extenſione a Doctoribus pertractata, inter quos aliqui indiſtincte tradunt Notarios poſſe extendere imbreviaturam etiam quoad ſubſtantialia, quod quidem non abſolute intelligendum eſt, quia ſi a Notario neceſſaria fuerint prætermiſſa vitiat contractus, *Leg. Teſtamentum Cod. de Teſtam. cap. tua, & cap. ſeqq. in fin. de ſponſalib.* quare ſubſtantialia ſine quibus contractus valere non poſſunt non videntur poſſe extendi, etiam ſi dictum fuerit quod contractus extendi debent ad ſenſum ſapientis, *Ioannes Andr. in addit. ad ſpeculator. in tit. de inſtrum. edit.* §. *In-*

§. *Inſtrum. verſ. quod ſi a Contrahent. num.* 13. idemque ſubiungit in fine, quod quando Notarius ponit dictionem hanc &c. aſſerens quod illa comprehendat quod eſt de more Regionis, & ex natura contractus (ver. gr. ſi diceret pro pretio ſcutorum centum extendenda eſſet apud nos clauſula ceterata ad monetam Florentinam) & non de ſubſtantia, & ita intelligit *Ruin conſ.* 23. *n.* 3. *lib* 4. Notarius enim ſupplere non poteſt niſi in iis, quæ vir bonus arbitraretur, nam de iis, quæ vir bonus non arbitraretur, non videtur actum, nec cogitatum, *d. Ioann. Andr. loc. cit. in verb. Inſtitutio.*

Rem clare explicat *additit ad dec.* 129. *Guid. Pap litt. A. verb. extendere* = & licet Notarius circa ſubſtantialia negocii nil = debeat extendere, poteſt tamen intellectum, quem habuerunt = Contrahentes in rogando, & ipſe in ſcribendo exprimere = ut dicit *Baldus in rubr. Cod. de fid. inſtrument. colum.* 6. *verſic. quarto quæritur* = Et circa verbum extendere = non intelligas addere, certum ſiquidem eſt Notarium non poſſe ex ſuo capite aliquid addere iis, quæ expreſſe conventa fuerunt, *Menoch. de arbitr. caſ* 144. *n.* 7. poſſunt tamen extendere clauſulas ceteratas iuxta Formularium publicum, & approbatum, licet ut ſupra eas addere de integro non poſſint, *Rot. dec.* 240. *num.* 1. *par.* 9. *tom.* 1. *et dec.* 483. *num.* 2. *par.* 14. *tom.* 2. *rec.* Nam cenſetur rogatus clauſulas apponere quæ de ſtylo ſunt *Alex. conſ.* 27. *lib.* 2. non autem illas, quæ alterant contractum, vel diſpoſitionem, *dict. Alex. loc. cit.* imo tenetur clauſulas ſolitas apponere, & quæ intelligantur appoſitæ de conſenſu partium, *Papienſ. in form. product. inſtrument. Gloſs. exhibent num.* 9. *in addit Gratian. diſcept.* 548. *n.* 36. *Farinacc. et Vulpin. in Succo de falſit. et ſimulat. qu.* 157. *par* 2. *per tot. ad rem Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 2. *tit.* 9. *et* 10. *n.* 13. *poſſunt etiam extendere clauſulas ec. ad Guarantigiam.*

NOTÆ.

Prothocollum ex *Novell* 44. *cap. ultim.* ſignificat notam, ſeu ſcripturam chartis impreſſam, *Vicat. litt. P. pag.* 77.

An Notarius poſſit in die feriato inſtrumenta conficere, et incidenter de Feriis.

Feriæ dicuntur tempora, in quibus forenſis ſtrepitus, & contentioſæ iuriſdictionis exercitia quieſcunt, *Leg.* 5. *ff. h. t.* Feriæ autem

autem aliæ ſolemnes ſunt, ſeu ordinariæ, aliæ repentinæ, ſeu extraordinariæ.

Ordinariæ ſunt, quæ certi anni temporibus indicuntur; Extraordinariæ vero non certa ſtabilique Lege ſed propter extraordinarium aliquod eventum a Principe dantur. Iterum Feriæ ordinariæ aliæ inſtitutæ ſunt ad Divinum Cultum, uti ſunt Feſta, aliæ propter maiorem utilitatem, veluti meſſium, vel vindemiarum,

Contentioſæ iuriſdictionis actus in Feriis celebrati nulli ſunt ipſo Iure, nec aliquis eo tempore in Ius vocari poterit *cap. fin. h. t. et Leg. 2. Cod. eod.* aliter tamen dicendum eſt de actibus voluntariæ iuriſdictionis, qui ſcilicet ſine contentione in volentes exercentur, ut ſunt emancipationes, adoptiones &c. quæ quidem etiam in die feriato ad honorem Dei fieri poſſunt (1). Differunt tamen alii contractus a ſupradictis qui regulariter fieri nequunt in diebus Deo dicatis, ſeu, ut aiunt Feſtivis, & ſunt illi qui continent in ſe aliquam negociationem, ut contractus permutationis, emptionis, & venditionis, locationis &c. qui intelliguntur nomine mercatus, niſi ex conſuetudine, & iuſta cauſa fiant (2) Cauſæ plerumque hæc recenſentur nempe = Pietas = Neceſſitas = Renunciatio.

Ex cauſa pietatis tempore Feriarum etiam ſacrarum inſtitui poſſunt Proceſſus ſummarii, alimentorum ſcilicet, carceratorum, pupillorum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum (3). Quod quidem de conſuetudine extenditur etiam ad Cauſas Criminales. (4)

Ex cauſa neceſſitatis ſi periculum ſit in mora, puta ſi res, vel actio ſit peritura, ſi contra latrones, vel de fuga ſuſpectos ſit procedendum (5).

Ex cauſa renunciationis ſi partes ſcilicet renunciaverint, quod procedit in Feriis vindemiarum, meſſium &c. (6) Cum quilibet favori pro ſe introducto poſſit renunciare (7). Limitanda tamen eſt regula prædicta in Feriis ad honorem Dei, ac etiam repentinis a Principe inductis (8). Pariterque quando eſſet inducta ob inobſervantiam nullitas ipſo Iure (9). Quod in Poſſeſſionem in vim reiudicatæ poſſit in die Feriato immitti, tradunt (10). Poſtremo inquirendum remanet pro huius capitis complemento an Notarius poſſit in Eccleſia rogitum recipere, & dicendum videtur, quod contractus non poſſunt fieri in Eccleſiis, niſi ad opus pium, vel ex aliqua urgenti neceſſitate, facti tamen tenent, quamvis contrahentes peccent (11). Quod Iuramentum præſtitum in die feſto extra urgentem neceſſitatem ſit illicitum,

ſed

Digitized by Google

ſed validum, demonſtratum iam fuit: Auctoritatibus tamen relatis addo (12).

(1) *Maranta in ſpecul. aur. par.* 4. *diſtint.* 16. *n.* 86. *pag. mihi* 233. (2) *Antoin. Teolog moral. cap.* 2. *de obſerv. feſtor.* §. *reſpondeo* 2. *cap.* 1. *et ultim. de feriis* (3) *Scaccia de iudic. cap.* 5. *n.* 35. *et* 52. *Rot. dec.* 394. *num.* 7. *par.* 18. *rec.* (4) *Caball reſolut. crimin. caſ.* 227. *n.* 28. (5) *Leg.* 1. §. 2. *es L.* 2. *ff. de feriis Scaccia de iudic. cap.* 5. *num.* 35. *et* 52. *lib.* 2. *Rot. par.* 18. *rec. dec.* 394. *n.* 7. *Tuſch. litt. F concl.* 100. *per tot.* (6) *Alex. conſ.* 213. *Magon. dec. Luc.* 25. *num.* 40. (7) *Leg. penult. Cod. de pactis* (8) *Cap. fin. de feriis Alex. in Leg.* 1. *ff. et Cod. de feriis Gaill. obſerv.* 53. *n.* 16. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *qu.* 30. *n.* 6. *Tuſch. litt. F. concl.* 101 *n.* 11. *et ſeqq.* (9) *Alexandr. conſ.* 213. *libr.* 1. *Cravett. conſ.* 248. *num.* 2. *et conſ* 272. *n.* 9. (10) *Guid. Pap qu.* 215. *Pech. de iur. ſiſt. et man. iniect. cap.* 7. *Gratian. diſcept.* 972. *n.* 2. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *qu.* 30. *n.* 16. (11) *Sperell. deciſ.* 51. *num.* 22. *Pax Iord. Lucubr. vol.* 2. *libr.* 11. *tit.* 3. *num.* 140. *Gait. de credit. cap.* 2. *num.* 2159. *rem hanc fuſe lateque exornat Rainald. ſintax. rer. crimin. cap.* 1. §. 11. (12) *Pax Iordan. Lucubrat. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *n.* 196. *niſi ex iuſta cauſa lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 11.

De pactis futuræ ſucceſſionis.

PActum ſive adfirmativum, ſive negativum de futura ſucceſſione univerſali, vel ſuper hereditate, vel quota hereditatis certi hominis viventis abſolute, aut ſub conditione regulariter non valet, quoniam eſſet plenum triſtiſſimi eventus, tamquam inducens votum captandæ mortis, & adimens teſtandi facultatem, ut enumerantur in (1), ubi communiter ſcribentes in *Leg. Stipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. de verb. oblig.* Ita neque tale pactum naturalem producit obligationem.

Iuxta ea quæ tradit *Torr. de pact. futuræ ſucceſs. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 27. ex communiori DD. voto hæc ſucceſſoria pacta bifariam partitionem ſortiuntur, nempe in pactum, in quo duo pluresve inter ſe paciſcuntur de hereditate tertii viventis, veluti ſi ineatur contractus, ut quandocumque decedat Caius, cuius hereditas mihi debetur, ea Titio queratur = Et pactum in quo de ipſorum paciſcentium hereditate, & ſucceſſione actum eſt = ut quando ego promitto Titio ſolemni ſtipulatione, ut quando

me mori contigerit non poſſim alteri meam hereditatem relinquere, quam illi.

Ea quæ diximus intelligenda ſunt, quando pactum cadit ſuper hereditate certi hominis, nam ſi fuerit generale quarumcumque hereditatum valet (3).

(1) *Text. expreſſus in Leg. pactum quod dotali* 15. *Leg. licet* 19. *& Leg. fin. Cod. de pact* (2) *Cancer. variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 134. *Rot. poſt Merlin. de pignorib. dec.* 112. *ſub n.* 14. *neque iuramento confirmatur Giovagn. conſ.* 60. *num.* 8. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 34. *n.* 14. (3) *Urceol. conſ.* 98. *n* 49 *iuxta ea, quæ latius traduntur cum de renunciationibus agitur.*

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

ANimadvertant Notarii, quod ſi ille, de cuius hereditate agitur conſenſum præſtet, etiam ex intervallo valet pactum, licet poſſit illum quandoque revocare in præiudicium paciſcentium (1), quare ſi contigerit inſtrumenta huiuſmodi conficere in illis apponenda ſunt verba hæc = Faciens dictus N. N. omnia, & ſingula ſupraſcripta, cum conſenſu dicti N. N. = quamvis hæc cautela potius reſpiciat renunciationem, pro ut in ſua ſede &c. & uſus plura docebit.

(1) *Micalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 12. *per tot. Franc. deciſ.* 89. *ſub n.* 4. *Ciriac. controverſ. controv.* 88. *lib.* 1.

De Pollicitationibus, & in quo differant a Pacto.

DIfferre pactum a pollicitatione certum eſt, quia pactum eſt duorum, vel plurium in idem conſenſus &c. Pollicitatio autem ſolius offerentis promiſſio, *Leg.* 3. *de pollicitat.* In effectu quoque non parum differt, quia pactum ſimul ac perfectum eſt Iure naturæ obligat, ut iam obſervavimus, pollicitatio vero non prius obligat promittentem, quam ſi ab altera parte acceptata fuerit, qua de re promittenti pœnitere ante acceptationem pollicitationemque revocare licebit, *Leg.* 2. *§. ſed quis Donatarius* 6. *& Leg. abſenti ff. de donat. Leg. nulla pollicitatione* 5. *Cod. de contr. ſtipulat.*

Præ-

Præterea ut abſenti facta pollicitatio irrevocabiliter obliget, non ſufficit, quod alius abſenti notificaverit, iſque acceptaverit, ſed requiritur ut ipſe promittens per Nuncium, vel per Epiſtolam promiſſionem abſenti denunciet: etenim ut pollicitatio obliget induere debet formam pacti, quæ fit mediante voluntatum unione, voluntates namque non uniuntur niſi promittens per ſe, vel per alium a ſe deſtinatum voluntatem ſuam alteri notificet, *Clar. §. Donatio qu.* 12. *n.* 2 *Sanchez. de matrim. libr.* 1. *diſput.* 6. *num.* 3.

Specialis tamen, & notatu digna eſt apud DD. limitatio, quod pollicitatio facta Deo, Eccleſiæ, Pauperibus, vel Piæ Cauſæ ſtatim obliget: Iure quoque civili pollicitatio facta Civitati, vel Reipublicæ, ex aliqua cauſa, puta ad reparationem ruinæ, vel gratitudine ſtatim obliget, *Leg.* 1. *& paſſim alibi ff. de pollicitat.* Etenim æquivalet promiſſioni factæ piæ cauſæ, nam in favorabilibus valet argumentum de pia cauſa a Republica, *Iaſon. & DD. in Leg. penult. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Barboſ. in Iur. Eccleſ. univerſ. lib* 2. *cap.* 13. *n.* 29. *Felin in cap.* 1. *h. t.*

Anceps apud DD. quæſtio eſt an pollicitante ante alterius acceptationem mortuo, obligetur hæres eius; Theorice tamen loquendo, quamvis adfirmativa probabilis videatur, contraria probabilior eſt, & tenet *Andreas de Iſernia Tyraquel. Caſſan. aliique apud Sanchez de matrimon. lib.* 1. *diſp.* 6. *num.* 3. quibus addi poteſt *Layman. Theolog. moral. de pactis, & contractib.*

E converſo ſi is, cui facta eſt pollicitatio præmoriatur pollicitanti, an poſſit hæres eius acceptare invito promiſſore, quamvis aliqui ſint pro adfirmativa, negativa tamen prævalere videtur ex ea ratione, quod deficiat unio perfecta voluntatum inter principales perſonas, & ideo ante certiorationem, & acceptationem, cum nullum ei fuerit Ius quæſitum, ergo nullum potuit in heredem transferre.

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

T I T. XXIII.

QUarta, & ultima ſpecies obligationum ex contractu eſt obligatio ex conſenſu, illa ſcilicet, quæ ad ſui perfectionem nihil exigit præter conſenſum contrahentium ad differentiam aliarum, ut ſupra. Hæc obligatio ex conſenſu procedit ex qua-

tuor Iuris gentium fontibus nempe, emptione, & venditione, locatione, & conductione, ſocietate, & mandato.

In iis pro ſubſtantia non requiritur, ut quod conventum eſt in ſcriptura redigatur. Verum interdum id fieri ſolet, ut facilior efficiatur probatio: tamen remittitur contrahentium facultati, ut expreſſe conveniant, quod contractus pro ſua validitate in ſcripturam redigi debeat.

Contractus iſti ſunt omnes bonæ fidei, adeoque celebrari poſſunt inter abſentes, ac tacite, & ſolo nutu, utpote qui ex arbitrio potius contrahentium, quam ex iuris rigore perfectionem ſuam recipiunt; præterea obligationem pariunt, quæ magis late patet, quam ea quæ oritur ex ſtipulatu, non ſolum enim inducunt Partes in obligationem eius, quod convenerunt, ſed etiam cogunt ad ea omnia præſtanda, quæ neceſſitas, vel utilitas exigit ex bono, & æquo.

Conſenſus autem declaratur, primo ex determinatis verbis, aut literis, aut nutibus, aut indiciis huiuſmodi, ſecundo ex rebus aut factis, qualitatem aut ſubſtantiam conventionis indicantibus, tertio ex ſola ſcientia, taciturnitate, & uſu.

Declaratur etiam ex actu nullo.

In contractibus temporalibus, qualis eſt locatio præſumitur præſtitus rebus ſic ſtantibus, nam mutato rerum ſtatu debet contractus redigi ad equitatem.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

TIT. XXIV

Contractus emptionis, & venditionis eſt, cum res aliqua per mutuum conſenſum pretio commutatur; Iſtud enim in numerata pecunia conſiſtere debet, alias permutatio, vel in ſolutum datio eſt; fieri poteſt in ſcriptis, & ſine, atque ſolo conſenſu perficitur, ſtatim ac de re, & pretio conventum fuerit.

In ſcriptis paciſcitur, cum convenitur non prius eſſe perfectam, quam acceſſerit ſcriptura ſubſcripta a partibus ſi privata ſit; per rogitum Tabellionis ſi ſit publica: ſi Arrhæ fuerint datæ licet reſilere, ſed ſi reſiliat emtor, amittit Arrhas, quas dederit, ſi venditor duplum Arrharum reſtituit.

Arrhæ dantur in ſignum emtionis, & dupliciter dantur, aut ſimpliciter in argumentum emptionis, ut perfecto contractu reſtitu-

ſtituantur emtori, aut dantur in partem pretii, veluti cum datur certa ſumma pecuniæ; ex contractu hoc ſtatim ac perfectus ſit, utrinque naſcitur obligatio; emptor enim actione ex empto tenetur ad pretium, venditor actione ex vendito ad rem tradendam.

Abſque conſtitutione certi pretii in pecunia numerata emtio, & venditio nulla eſt, quare pretium incertum, vel collatum in arbitrium emtoris, aut tertii non deſignata perſona nullam facit emtionem, quod ſi conferatur in arbitrium certi hominis tunc intelligitur facta conditionalis, quatenus ſcilicet tertius pretium definiat.

Periculum, & commodum rei emtæ poſt perfectam emtionem, licet traditio ſecuta non ſit, pertinet ad emptorem ſi abſque facto venditoris contingat, veluti ſi non fuerit venditor in mora tradendi, aut cuſtodiam rei venditæ uſque ad traditionem non ſuſceperit, vel venditio facta ſit ſub conditione, præcipue ſi res in genere fuerit vendita, aut talis, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtat cum huiuſmodi rei non prius perfecta venditio dicatur, quam ea admenſa fuerit, item ſi ex vitio præcedenti res perierit, *Leg.* 35. §. 1. *ff. h. t.*

Emtio ſicut cæteri contractus pure, & ſub conditione poteſt contrahi, nec conſiſtit ſi agatur de locis ſacris, publicis, & de re exempta a noſtro commercio, quo tamen caſu competit emptori adverſus venditorem actio, ex empto, non ad conſequendam rem, ſed ad conſequendum ſuum intereſſe, ſcilicet, quod ſua interſit emptionem effectum non ſortiri.

NOTÆ.

Venditor non tenetur transferre dominium in emptorem ſi illum non habeat; emptor nihilominus tenetur pretium ſolvere (1). Emptor rem, & pretium retinens tenetur fructus recompenſativos venditori ſolvere (2), & hos etiam non conventos iuxta taxam in loco practicari conſuetam.

Si res aliqua pluribus vendita fuerit præfertur ille, cui facta fuit eius traditio (3).

Si venditor fuerit in mora tradendi rem venditam, vel eiusdem cuſtodiam in ſe ſuſceperit, iis caſibus tenetur de exactiſſima cuſtodia, & diligentia, non tamen de caſu fortuito, niſi expreſſe de eo fuerit conventum (4). Verum ſi venditio facta fuerit ſub conditione, vel in genere eadem pendente ut ſupra dictum fuit ſi tota res perierit, periculum ad venditorem ſpectat, ſecus tamen eſt ubi res fuerit deteriorata, quia tunc emtoris damno eſt (5).

Quæ

Quæ actiones competant iam fuit dictum, unde ad materiam vidend. (6).

(1) *Oinot. inſtit tit 6. lib. 4. de action. ſub n. 6. pag. mihi* 471. (2) *Leg. curabit. Cod. de act. empti de qua De Luc. de emt. diſc.* 15. 21. 22. 32. *&* 36. *Leotard. de uſur. qu.* 21. *Urceol. conſ. for. cap.* 15. *n.* 47. *De Comitib. dec. Flor.* 19. *Ianuen. repetit. indebit. ſuper pretenſ. exhibit. libror.* 30. *Iulii, &* 7. *Auguſti* 1732. *cor. Venturini* (3) *ad Theoric. in Leg. quoties. Cod. de rei vind. de qua Hermoſill. ad Lopez. Gloſſ.* 1. *lib.* 50. *tit.* 5. *par.* 5, *Gamma. dec. Luſitan.* 130. *&* 160. *Piſana Prælat* 30. *Martii* 1747. *cor. Bizzarrini* (4) *Oinot. in* §. *cum autem emtio inſtit. h. t. n.* 8 (5) *Oinot. loc. cit. num.* 5. (6) *dict. Leg. ex emto ff. de act. emti*.

De actione Evictionis: quæ aliquando ex hoc Contractu oriri poſſit.

Evictio = eſt rei emtæ, aut alia iuxta cauſa acquiſitæ Iudicis Decreto mediante abductio, ſeu oblatio (1).

Alia tacita, alia expreſſa eſſe dicitur, ut ex *Mangill. in ſuo tract. de evict.* Expreſſa eſt, quando res fuerunt traditæ, & evictæ poſt traditionem; Tacita quando res non fuit tradita, nec tradi poteſt, quæ quidem aliquando etiam propria dicitur, aliquando impropria hinc ſequitur, quod propria dicatur, quæ advenit Iure dominii, impropria, quæ Iure Hipotecæ tantum (2), quia ſufficit ſolam poſſeſſionem fuiſſe ablatam ad hoc ut locum habeat (3), & ideo quando res eſt evicta ratione dominii agi poteſt ad pretium, & ad duplum, ſecus ſi ratione nudæ poſſeſſionis, quia tunc non agitur quaſi re evicta, ſed quaſi non libere tradita, & in iſta actione veniunt damna, & intereſſe (4), quod quidem procedit in ſimplici avocatione per Salvianum, ſecus autem (ad varios Iuris effectus) in avocatione per hipothecariam, vel quando res avocatur pro tanta quantitate, ut abſit ſpes luitionis, vel quando fuit creditori aſſignata in ſolutum, vel ſubhaſta vendita (5).

Illudque notabile eſt in hac materia, quod evictio præſtanda venit, etiam non expreſſa, nec promiſſa non ſolum in contractu emtionis, ſed in quocumque contractu oneroſo, & nominato, quotieſcumque agitur de translatione dominii, vel poſſeſſionis. Ideoque venit etiam in locatione (6), & dicitur ſecuta, quando fuit ſuper ea lata ſententia (7), & facta executio (8), ubi

ubi videre eſt, quod etiam ante quam res fuerit ablata agi poſſit ad intereſſe (9).

Attamen regulariter actio de evictione locum non habet, ſi ea evenerit ex natura rei, quia aliquis ſcienter emerit rem emphyteuticam, ſeu alio quocumque titulo obnoxiam niſi in ſpecie fuerit promiſſa, & quando id procedat (10), Et caſu, quo fuiſſet promiſſa pro ſuo dato, & facto tantum interpetratur eſſe etiam extendendam pro facto auctoris (11), & tunc ſi evictio ſequatur facto alieno promiſſor tenetur ad prætii reſtitutionem (12).

Obſervandum inſuper eſt, quod emptor re evicta, aut moleſtiis affecta venditori pretium ſolvere non tenetur ſi nondum ſolverit, niſi prius illi præſtita fuerit cautio de liberatione (13) verum pretio ſoluto, vel non, emtor venditori litem denunciare tenetur, ut eam in ſe ſuſcipiat, & ab auctore, ut aiunt, laudato queat cum expenſis, & damnis obtinere; cum regulariter dictus emtor teneatur, non comparente dicto auctore laudato rem defendere appellationemque interponere, ubi tamen interponi poſſit, & non adſit pactum contrarium, quod apponi ſolet ex norma Formularii Florentini, vel caſu, quo deficeret Ius defenſionis (14). At ſi dictus auctor laudatus compareat ad defendendum emptor poterit a defenſione ſe abſtinere.

Quo vero ſpectat ad actorem moleſtantem etiam ſi auctor laudatus comparuerit tutior erit regula, quod ille ſemper in progreſſu cauſæ ad utrumque dirigat citationes, ſcilicet tam contra emptorem, quam contra laudatum &c. (15) Illud obiter obſerva, quod in evictione attenditur pretium iuxta tempus ſecutæ evictionis, non autem celebrati contractus (16).

(1) *Leg. evictio §. 1. ff. de evict̄ion.* (2) *Mangill. de evict. qu.* 11. *num.* 3. *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 166. *num.* 6. *&* *dec.* 168. (3) *Leg. emptorem §. idem Notarius ff. de act emti Surd. dec.* 22. *Bich. dec.* 315. *num.* 7. (4) *Alexand. conſ.* 63. *n.* 11. *lib.* 6. *Rota cor. Seraphn. dec.* 671. *n.* 6. *&* 7. (5) *Marzimedic. dec.* 43. *cum addit. Urceol. conſ. for. cap.* 25. *num.* 13. (6) *Surd. dec.* 290. *num.* 10. *Peregr. dec.* 89. *num.* 10. (7) *Ludoviſ. dec.* 25. *n.* 1. *Gratian. diſcept. for. cap.* 950. *n* 18. (8) *Mangill. de evict. qu.* 8. *per tot.* (9) *Leg. ſervum quem §. ſciens de act. empti* (10) *Mangill. de evict. qu.* 21. *per. tot. Rot. par.* 15. *dec.* 373. *num.* 11. *rec.* (11) *Surd. conſ.* 36. *num.* 16. *verſ* 2. *Mart. de clauſ. clauſ.* 194. *n.* 5. *part.* 1. (12) *Ciarlin. controv. par.* 1. *cap.* 92. *num.* 23. *Gratian. diſcept. cap.* 234 *num.* 5. *&* 9. *tom.* 2. *cap.* 566. *num.* 3. *tom.* 3. *Gibalin. de evict. §.* 5. *n.* 25. *&* 26. (13) *Leg. habitationem in fin. ff. de peric. & commod. rei venditæ* (14) *Ciarlin. controv.* 92. *num.* 21.

De

De Luc. de emt. & vend. diſc. 19. *n.* 8. *de credito diſc.* 71. *num.* 4. *Rot. cor. Merlin. dec.* 876. *num.* 2. *& dec.* 162. *num.* 6. *part.* 18. *rec.* (15) *Ad Mater. viden. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 27. *art.* 7. *tom.* 2. *per tot* (16) *Caſareg. diſc.* 178. *num.* 39. *&* 43.

Appendix ad Notas de Evictione.

Poteſt aliquando contingere, quod fiat pactum inter venditorem, & emptorem, quod in caſu moleſtiæ lis non denuncietur, licet ab eo ſit abſtinendum, cum ad notata per Doctores (1) fraudes multæ poſſint contingere, ideo circumſpectus Notarius doceat Venditorem de eiuſdem importantia, quod ſi aſſentiatur pactum illud apponi, poterit ſic dicere.

= Et nulla facta proteſtatione, vel litis denunciatione, & inti-
= matione, vel minus legitime facta, quacumque de cauſa, quocum-
= que tempore a quocumque loco, & perſona &c. eiuſque heredi-
= bus, & ſucceſſoribus tam reſpectu poſſeſſionis ipſius rei venditæ
= ac proprietatis, cui denunciationi de Iure faciendæ, vel minus
= legitime &c. idem venditor per ſe ſuoſque heredes, ſucceſſores
= renunciavit „ & prout latius in *Formul. Florent. & Senen.* quale tamen pactum nil operatur quando venditor eſt in dolo (2).

Aliud quoque pactum contingere poteſt in hac ſpecie ſcilicet ex parte venditoris = defendendi rem venditam de Iure, & de facto, vel ſi moveatur lis de iure, & de facto = ſiquidem hoc pactum non operatur, ut venditor teneatur defendere emptorem armata manu, ſed poteſt intelligi, quod coram Iudice faciat, quæ facti ſunt, veluti abſiſtere, producere Teſtes, ſolvere expenſas, & ſimilia, vel poteſt operari, ſi moveatur lis in Iudicio, & quod Iudex procedat per ignorantiam iuris, vel facti, iuris tamen ordine ſervato ad mater. vidend. (3).

(1) *Mangil. de evict. qu.* 159. *num.* 28. *& paſſim alibi* (2) *idem qu.* 11. *num.* 26. (3) *idem qu.* 19. *per tot.*

De Extremis in hoc relevationis Iudicio probandis.

Extrema in hoc iudicio probanda hæc ſunt videlicet = Obligatio defenſionis reſultantis ex contractu, & quod moleſtiæ illatæ emptori fuerint, & ab eo facta ſit intimatio venditori (1).

Ex praxi in Etruria vigente, intimatio fieri debet cum tranſmiſſione petitionis, in qua exprimi debet, quod venditor cau-

ſam

ſam defendat, & pacta in contractu contenta; hæc quidem ſanior, & communior opinio eſt, quamvis aliqui teneant, quod ſufficiat ſimplex denunciatio facta a Iudice ad inſtantiam partis moleſtatæ (2).

Expenſæ, ut aiunt = degli atti, e copie = productorum ab Actore fieri debent ab emptore, qui debet exitum litis expectare pro repetitione earumdem (3). Auctor Laudatus, quamvis gaudeat Fori privilegio, non poteſt Forum declinare, ubi fuit nominatus (4).

Quæſtio exagitari ſolet, an relevator teneatur pro expenſis, damnis, & fructibus a die denunciationis ſibi factæ, vel a die motæ litis contra emptorem; Florentiæ in praxi obſervatur, quod teneatur a die motæ litis, non a die receptæ intimationis, ut deciſum fuit a Dominis CC. LL. ad relationem Cancellarii in quadam Cauſa Corſi, e Bigalli Soci, quæ confirmata fuit a Dominis Audit. Vieri, Mormorai, e Neroni.

(1) *Mangill. de evict. qu. 3. num. 3.* (2) *Mangil. dict. quæſt.* (3) *Mangil. qu. 5. num. 11. Theſaur. dec. 218.* (4) *Graff. de effect. clericat. effect. 1. num. 66. Cancer. var. reſolut. par. 3. cap. 16. n. 131. & an litis intimatio fieri debeat cum copia Libelli, vel ſine vid. Urceol. dec. 29. per tot.*

De Læſione.

Læſionem in contractibus adeſſe dicimus, cum quis venditionis nomine, aut mediante alio quocumque contractu correſpettivo, ſeu oneroſo, rem pro minori pretio dat, quam ſecumfert Iuſtitia commutativa (1).

Læſio alia modica, alia magna, ſeu enormis, alia enormiſſima eſt. De modica nihil dicendum videtur, cum hæc ad iuris effectus nullimode conſideratur, ideoque agendum ſupereſt de magna, ſeu enormi, & de enormiſſima.

Enormis dicitur, ſi parum excedat dimidiam iuſti pretii, enormiſſima quando in multo illam excedit (2), & ex. gr. enormis dicitur, ſi venditor pro re valoris ſcutorum decem, ne quinque quidem perceperit, & dicto caſu actio reſciſſoria læſo in petitorio dumtaxat Iudicio exercenda tribuitur (3), non autem reintegratio ad bona ab emptore poſſeſſa, in cuius poteſtate reſidet iuſtum valorem rei offerre, vel eam pro eodem pretio venditori reſtituere (4), & fructus non debentur, niſi a die mo-

tæ litis, quia emptor prius illos fecit ſuos, nam in ſimplici læſione contractus ab initio habuit ſtatum validitatis (5).

Enormiſſima læſio eſt, quoties beſſem iuxti prætii-excedit, hoc eſt duas partes ex tribus veri valoris „ & ut vulgo aiunt „ *i due terzi* „ ut ex. gr. ſi res valens ſcuta 3500. vendita fuerit 1500. quo caſu dolus cenſetur ineſſe contractui, qui propterea eſt ipſo Iure nullus, & ex cuius invaliditate emptor amittit beneficium electionis, poteſtque in Iudicio reintegrationis pro bonorum reſtitutione una cum fructibus, a die initi contractus perceptis a venditore compelli (6), qui fructus compenſantur cum credito pretii a poſſeſſore ſoluti (7).

Notandum, quod iuxta ea, quæ tradunt nonnulli ex Doctoribus in omnibus caſibus, in quibus locum habet remedium, *Legis ſecundæ Cod. de reſcind. vendit.* agens debeat alternative concludere, nempe, velut res reſtituatur, vel iuſtum pretium ſuppleatur, & ratio eſt, quia hic res, & refuſio iuſti prætii ſunt in obligatione alternative, dum certum eſt emptione perfecta periculum emptoris eſſe, *Leg. neceſſario ff. de peric. & commod. rei vendit.* adeoque etiam defectus iuſti pretii, qui rei inhæret, & re pereunte venditori imputari non poteſt, ab emptore recte petitur (8).

Obſervandum in hac materia quoque eſt, favore pupillorum, Eccleſiæ, vel alterius perſonæ privilegiatæ læſionem locum habere etiam ſi ſit in tertia parte (9), vel etiam in ſexta (10), quamvis contractus initus ſit cum ſolemnitatibus, quo caſu proceditur mediante in integrum reſtitutione.

Et dicendum inſuper, quod læſio conſideratur etiam in ſubhaſtatione (11) attento tamen ſubhaſtationis tempore (12).

Læſio tamen ex eventu ſubſecuto deduci non poteſt, & quando ex contractu reſultare poteſt lucrum, & damnum puta ſi initum ſit vitalitium, ſeu venditio de re eventuali pro modico prætio, quæ cito evaneſcere poteſt (13).

Quæſtio etiam exagitatur a Doctoribus ſi ea quæ dicuntur de venditore circa læſionem procedant etiam reſpectu emptoris & affirmative reſolvunt (14). Actio demum de læſione uſque ad triginta annos protrahitur (15).

(1) *Leg.* 2. *Cod. de reſcind. vendit. De Luc. de hereditat. diſc.* 20. *num.* 11. *Rot. Florent. apud de Comit. dec. Flor.* 20. *in annot. num.* 40. *tom.* 1. *Rot. dec.* 382. *num.* 21. *&* 22. *par.* 3. *rec.* (2) *Cabal. conſ. dec.* 144. *num.* 277. *lib.* 2 (3) *Gloſſ. in dict. Leg.* 2. *verb. Iudic.* (4) *Caball. dict. conſ. dec.* 144. *Urceol. poſt tract. de tranſact. dec.* 112. *num.* 16. *Rot. dec.* 270. *num.* 14. *par.* 14. *rec.* *& dec.*

& *dec.* 268. *num.* 10. *par.* 18. (5) *Franc. dec.* 719. *n.* 19. *&* 20. *De Luc. de empt. & vendit. diſc.* 43. *num.* 9. (6) *Cagnol. in diſt. Leg.* 2. *num.* 81. *De Luc. de empt. & vend. diſc.* 44. *num.* 9. *Rot. dec.* 151. *num.* 6. *&* 7. *dec.* 364. *num.* 7. *par.* 17. *& dec.* 605. *num.* 9. 10. *&* 11 *par.* 18. *rec.* (7) *Rot. dec.* 165. *num.* 2. *par.* 5. *& dec.* 151. *par.* 17. *rec.* (8) *Ioannes Koppen dec. quæſt.* 58. *num.* 32. 33. *&* 34. *Rot. Rom. dec.* 790. *num.* 2. *par.* 3. *rec.* (9) *Gobio conſult. for.* 5. *num.* 54. *Iov. de contract. minor. Gloſſ.* 10. §. 11. (10) *De Luc. de regal. diſc.* 65. *num.* 17. (11) *Rot. par.* 12. *rec. dec.* 316. *num.* 4. (12) *Grat. diſcept for. cap.* 926. *num.* 13. *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 178. *Ludoviſ. dec.* 553. (13) *Rot. dec.* 374. *num.* 14. *par.* 13. *dec.* 629. *num.* 3. *rec. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 46. *art.* 3. *num.* 232. *&* 233. *Magon. dec. Flor.* 98. *num.* 7. (14) *Fachin. controv. lib.* 2. *cap.* 16. *Gallerat. de renunciat. cap.* 103. *num.* 1. *De Luc. de præeminent. diſc.* 11. *num.* 4. (15) *Ioan. Koppen. qu.* 58. *num.* 30.

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

LÆſo in dimidia, ſeu ultra dimidiam iuſti prætii, competit beneficium exceptionis quod dicitur dimidiam iuſti pretii, ſeu iuſtæ aſſignationis, traditionis, præſtationis, & ſimilium, ut ex *Leg.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione*; hoc ſiquidem privilegium nil aliud continet, ut aliqui ſentiunt quod ſi quis fuerit deceptus ultra, vel citra dimidiam in aliquo contractu, poteſt petere, ut ille reſcindatur iuxta tamen regulas ſuperius explicatas, ac præcipue ſi ſit ultra dimidiam, *Gratian. diſcept. for. cap.* 823. *num.* 37. *cap.* 824. *num.* 41. *Urceol. conſ. for. cap.* 3. *num.* 10. *Franc. dec.* 247. *Tuſch. litt. L. concluſ.* 293. *per tot.* ubi qualiter læſio habeat locum in omnibus contractibus, & quibus *Bichio dec.* 609. ex qua patet, quod ſufficit in ſexta parte quando agitur de venditione facta a Iudice; quod quidem procedit etiam ſtante Iudicis decreto, iuramento, & ſimilibus cautelis, *Rot. par.* 2. *diverſ. dec.* 82. *n.* 2. *dec.* 102. *n.* 1. *Giurb. dec.* 105.

Sunt aliqui qui tenent huic beneficio renunciari poſſe a contrahentibus; hunc articulum examinat *Calvin. de æquitate lib.* 2. *cap.* 101. *per tot.* ac negativam ſequitur, de æquitate, maxime ſi agatur de enormiſſima, at quamvis hæc opinio habeat ſuos contradictores, poſſet contingere quod contrahentes renunciare vellent, ergo cautus ſit Notarius partibus explicare vim læſionis

 utriuſ-

utriuſque ſpeciei, ſcilicet enormis, ac enormiſſimæ, adnotando ſemper in Inſtrumento hanc explicationem cum certioratione facta, poſteaque poterit dicere, quod partes bene informatæ ac certioratæ ſponte &c: renunciant beneficio *Legis* 2. *Cod. de reſcind. vendit. Leg. rem maioris Cod. eod.* ſeu alio quocumque, prout caſus contingentia expoſcet, ſecundum naturam contractus, & qualitatem perſonarum.

Quando Venditio, ſeu Locatio &c. facta intelligatur ad corpus, ſeu ad menſuram.

QUamvis DD. in hoc articulo ancipites varie aliquando ad opportunitatem cauſarum ſcripſerint, ut *Alexandr. conſ.* 33. *lib.* 1. *& conſ.* 127. *lib.* 2. *& conſ.* 8. *lib.* 4. *Ruin. conſ.* 131. aliique, atque cum aliqua varietate repetentes, inter quos *Caſtrenſis in Leg. ſi ſervum* 4. *§. ſi duorum* 43. *ff. de act. empti* cœterique interpretantes *Leg. demonſtratio falſa* 17. *ff de condit. & demonſtrat. & Leg. ſi Iulianus* 4. *§. Titius ff. de act. empti, & Leg. qui fundum* 40. *ff. de contr. empt.* & præ ceteris ſeſe implicaverint tractatiſtæ relati ab *Hermoſill. ad Lopez Gloſſ.* 2. *Leg.* 24. *tit.* 5. *par.* 5. nihilominus omnes convenere in diſtinctione hic explananda, quæ communiter a Tribunalibus recepta fuit.

Aut contrahentes conceptum mentis explicare cœperunt, nominando primum ver. gr. ſextariora, vel alia menſura, & tunc eiuſdem expreſſio de illa, cum dicatur taxative appoſita comprehenditur in contractu tantummodo menſura expreſſa ita quod ſi intra confines ſucceſſive enunciatos aliquid contineatur ultra menſuram, non comprehenditur in venditione, ſeu locatione, ideoque proportionabiliter pretium minuitur, & hic eſt caſus, quando venditio dicitur facta ad menſuram.

Aut explicare cœperunt a quadam certa ſpecie, vel corpore eumdem primo nominando exprimendoque dictam ſpeciem, locum denotando ubi ſita eſt, ſuas qualitates, & confinia, hoc caſu dicitur venditum, aut locatum totum corpus, quod intra confines expreſſos continetur, quamvis maior menſura adiecta ſit, quia ſtat loco demonſtrationis, quæ quamvis erronea, ſeu falſa, non vitiat, neque minuit ſpeciem cui adiecta fuit, nec operatur, quod proportionabiliter eiuſdem menſuræ maioris, vel minoris pretium augeatur, ſicuti in terminis venditionis, quæ hoc caſu locationi æquiparatur, *Text. in Leg.* 2. *ff. locati Surd. deciſ.*

42. *n.*

42. *n.* 18. *Manſio conſ.* 83. *num.* 1. *tom.* 10. & communiter diſtinguunt *Berlicb. dec.* 346. *num.* 1. *& ſeqq. uſque ad num.* 44. *Rot. cor. Bich. dec.* 111. *num.* 20. *Ciarlin. controv.* 167. *num.* 14. *&* 15. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 71. *Mantica de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 13. *Rot. Lucen. apud Palm. dec.* 327. *num.* 2. *& ut videre eſt in dec. apud Advocat. Marchi in Florent. reddit. rat. ſuper confinibus diei* 25. *Octobris* 1728. *§. quod autem & §. etenim quoad & §. ſecus autem*; *Rot. noſtr. cor. Piccinini Finetti, e Bonfini in Florent. prætenſæ reintegrat.* 26. *Auguſti* 1738. *in Causa Monte Pio, e Ricaſoli, e Conſorti §. prætermittentes* = quoad affictus præciſe *Pacion. de locat. cap.* 24. *n.* 18. *Mangil. de evict. qu.* 101. *n.* 7. = quod a fortiori elicitur *ex Text. in Leg. qui fundum* 45. *ff. de evict.* quem ſequitur *Rot. dec.* 1. *num.* 4. *part.* 17. *rec. Mangil. loc. cit. num.* 33.

Ad materiam in genere *vid. Grat. diſcept. for. cap.* 566. *n.* 6. *Cyriac. contr.* 53. *num.* 11. *Soccin. Iun. conſ.* 42. *num.* 10. *&* 33. *Accariſ. dec. Flor.* 20. *num.* 2. *Rot. dec.* 520. *num.* 48. *part.* 14. *rec. & cor. Emerix. Iun. dec.* 1235. *num.* 4. *Urceol. dec.* 30. *n.* 51. *& ſeq. Trentacinq. var. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. reſol.* 5. *num.* 7. *Covarruv. pract. cap.* 3. *num.* 3. *Ruin. conſ.* 83. *num.* 3. *Venturini dec.* 8. *num.* 26. *Rot. dec.* 317. *par.* 2. *diverſ. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 17.

NOTÆ.

In conceſſionibus factis ad corpus, non eſt locus petendi menſuram, dummodo non appareat confinium variatio, *Actolin. reſol.* 5. *ex. num.* 2. *Ciarlin. controv. cap.* 176. *Magon. dec. Flor.* 96. *num.* 14.

Menſura tamen nullimode peti poteſt (ſi partes convenerint de ea facienda) tranſactis diebus ſexaginta a die initi contractus, *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 67. *num.* 39. *Giovagnon. reſponſ.* 71. *num.* 2. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 24. *num.* 67. *Theſaur. dec.* 185. *num.* 2. *Surd. dec.* 64. ſi autem in Inſtrumento non fuerit expreſſum pactum de menſurando; ius menſurandi extenditur uſque ad triginta annos.

Verbum = in circa = quod adhiberi ſolet in ſimilibus contractibus, hoc ad tradita per DD. parit effectum, ſcilicet, quo in Contractibus venditionis, locationis ec. poteſt ſecumferre defectum decimæ partis, *Rot. dec.* 73. *par.* 2. *rec. ubi alleg. Corneo conſ.* 59. *n.* 5. *&* 6. & quod modica portio poſſit verificari in quarta parte, *Leg. ſi quis Cod. de inoffic. teſt.* = & quod capiat decimam partem *Bero. conſ.* 85. *num.* 4. *lib.* 1. *& Alexandr. conſil.* 82. *in fin lib.*

7. ubi

7. ubi vult quod modicum ſit determinandum arbitrio Iudicis.

Monita.

Ad tollendam controverſiam, quæ oriri poſſet circa menſuram elapſis dictis diebus ſexaginta, poterit cautus Notarius (de conſenſu tamen partium) apponere in Inſtrumento pactum de facienda menſura ad omne placitum contrahentium non obſtante cuiuſcumque temporis lapſu.

Caveat ulterius optime perſcrutari a partibus an vere, & realiter venditio fieri debeat ad corpus, & non ad menſuram, ac illud præciſe, ac diſtincte explicare &c.

De Redhibitoria actione, & quanto minoris.

Ex *tit. digeſtorum de ædilit. edict.* tria capita illud continere patet; Primum nempe de ſervorum, ſeu mancipiorum; Secundum de iumentorum, ſeu ornamentorum detractorum venditionibus; Tertium ne quis in via publica, vel alio loco animal ligatum, ſolutumve habeat, ita ut damnum dare, vel nocere poſſit: patet quoque alias duas ex eo proditas eſſe actiones, redhibitoriam ſcilicet, & quanto minoris (1), quæ ob vitia iumentorum, aliarumque rerum tam mobilium, quam immobilium dantur (2), hæ quidem actiones locum habent in emptionibus, & venditionibus, & in quolibet alio contractu oneroſo, ex quo de evictione agi poſſit (3). Verum locationis contractus, dummodo non ſit perpetuus, huiuſmodi actionibus non ſubiacet (4), quod intelligendum eſt tam in locatione ſtabilium, quam operarum, remanet tamen in temporanea locatione conductori actio ad damna, ut ex (5).

Differunt hæ actiones inter ſe, eo quia inſtituta redhibitoria, omnia in integrum reſtituuntur quaſi emptio, & venditio facta non ſit, *Leg.* 25. §. 1. *Leg.* 60. *ff. h. t.* Quanto minoris ut ipſa emptio ſubſiſtat, licet pretium minuatur, & quod illa detur per ſex menſes hæc per annum, & quidem utilem, *Leg.* 19. § *ult. ff. eod.* id eſt a die quo vitium innotuit, cæterum utram inſtituere velit actionem emptoris optio eſt, quamvis alterutra ſemel expertus ad alteram recurrere nequeat, *Leg.* 25. *ff. de except. rei iudicat.*

Agen-

Agendo primum de redhibitoria hæc nil aliud ſignificat, quam reſolvere, equidem venditionis reſolutio eſt (6), competitque emptori eive cuius intereſt adverſus venditores, vel eius heredes, & adverſus fideiuſſores(7), ad rem vitioſam cum omnibus acceſſionibus oblatam recipiendam, pretiumque acceptum reſtituendum, ac propterea agens actione prædicta nedum repetit quod hic inde ſolutum eſt, ſed uſuras quoque, & quod intereſt non caruiſſe pretio, quod emptor ſolvit pro vectigali, pro medicis, medicamentis, & proxenetis, dummodo id fecerit ex neceſſitate (8).

Monendum videtur has actiones tribui emptori, ob vitia poſt contractum detecta, ſcilicet cum venditor ſciens animalium, aliarumque rerum, emptorem de occultis vitiis, moribuſque monere neglexerit: pro morbis enim patentibus non datur redhibitio (9), neque pro morbis levibus, qui vulgariter a DD. morbilli appellantur, quamvis ex cauſa intrinſeca provenientibus (10), vel infra annum diminutioni pretii, quando venditor vitia ignoravit (11), vel dixerit nolle de occultis teneri, & ſi fuerit appoſitum pactum diſplicentiæ, erit locus huiuſmodi actioni uſque ad ſexaginta dies, licet animalia non ſint vitioſa (12): ab iſtis actionibus nullus venditor liberatur, niſi Fiſcus ex ſpeciali privilegio (13), quod procedere ſtatuit *Cepoll.* relative ad intereſſe, ita ut Fiſcus non teneatur ad illud, ſed quantum ad pretium non habere locum; præſidio tamen actionum prædictarum ſe tueri non poteſt peritus in arte, qui rem ſuo miniſterio aptam emit, ut puta cum Doctor librum mendoſum emerit (14), locus quoque redhibitoriæ eſt, quando agitur pro æquo, ſeu iumento ſano, ſed propter ornamenta non præſtita, quibus ornabatur beſtia de tempore contractus, vel male præſtita, vel vitioſa, & apparenter bona, & durat ſexaginta dies utiles (15), quando ceſſet (16).

Ad explicationem huiuſmodi edicti, & quomodo differat morbus a vitio, quæve ſint animi vitia, & quæ corporis late (17), at ſi animal poſt venditionem intra triduum obierit, præſumendum eſt morboſum fuiſſe venditionis tempore, atque ideo de plano agi poteſt ad recuperationem pretii (18). Animadvertendum tamen eſt, quod in facti contingentia recurrendum eſt in dicta materia ad Statuta locorum, & Florentiæ ad Statutum Fabricantium.

Supradictis addimus, quod morbi ex quibus regulariter in Ætruria redhibitoria locus eſt, ſi tamen agatur de bovibus ſunt infraſcripta, ut ex *Sabell. in Praxi §. Bovi n.* 3. = Cozzare, tragiogare, mal maeſtro, o lunatico, che ſi dica, o di orinar ſan-

ſangue = dimodo che fuori di queſti quattro difetti non è tenuto il venditore a menar buono, nè defalcare coſa alcuna = nè poſſono allegarſi detti difetti, ſe non nel termine circa il cozzare, e tragiogare = di ſoli tre giorni = circa il piſciar ſangue ſolo otto giorni = circa il mal caduco giorni quindici ſolamente = Quo vero ad beſtias vulgo dictæ = Vaccine vidend. ordinamentum anni 1773. in fine Tomi huius impreſſ.

Duplex redhibitoria (ſicut, & actio quanto minoris) eſt, nempe directa, quæ aliquando prætoria vocatur, & utilis, quæ aliquando civilis nuncupatur: directa ita dicta, quia directe ex ædilium, ſeu pretorium ædicto prodiit, & datur pro ſemoventibus. Utilis vero, & civilis ſic vocata, quia ex Iuris Conſultorum intepetratione, circa *Ædil. ædict.* datur pro aliis rebus in Ædicto non comprehenſis, videlicet tam mobilibus, quam immobilibus, *Capon. controv.* 37. *num.* 13.

(2) *Leg* 18. *Leg.* 44. *Leg.* 47. *ff. h. t.* (2) *Leg.* 63. *ff. eod. Leg.* 4. *Cod. eod. De Luc. de empt. diſc.* 8. *n.* 10. *& in ſumm. d. tit. n.* 38 (3) *Azzo in ſumm. in lib.* 4. *Cod. tit. de ædilict. act. n.* 4 *Ciarlin controv.* 89. *n.* 4. *Surd. dec.* 46. *n.* 4. (4) *Ciarlin. controv. loc. cit. ſub dec.* 46. *n.* 4. (5) *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 31. *n.* 34. (6) *Azzo loc. cit.* (7) *Leg.* 23. §. 5. *ff. h. t. Capon. contr.* 18. *Hering de fideiuſſ cap.* 21. *n.* 27. (8) *Surd. dec.* 146. *n.* 8. *& dec.* 342. *Rot. deciſ.* 409. *in fin. par.* 19. *recentior.* (9) *Ciarlin. contr.* 113. (10) *Leg.* 1. §. *ſed ſciendum verſ. proinde ſi quid, & verſ. proinde levis, & Leg. ob vitia* 4. §. *fin ff. h. t.* (11) *Capon. controv.* 37 *n.* 8. *Mangil. de evict. qu.* 25. *n.* 10. *& ſeqq.* (12) *Leg. quod ſi nolit* 41. §. *ſi quid ita ff. h. t. Ciarlin. controv. cap.* 113. *per tot.* (13) *Leg.* 1. §. *illud, ibique Bald. & Cepoll. ff. h. t. Capon. controv.* 37. *n.* 46 (14) *Cepoll. in Leg.* 1. *ff. h. t. Surd. dec.* 146. (15) *Leg. quod ſi nolit* 41. §. *ſi quid ita ff. h. t. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt.* 22. *n.* 13. *Pax Iordan. lucubr. t* 2. *lib.* 14. *tit.* 24. *n.* 288. (16) *Surd. dec.* 146. *per tot. Gratian. diſcept. for. cap.* 947. *n.* 26. (17) *Paul. Zacch. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 3. *per. tot.* (18) *Surd. dict. deciſ.* 146. *num.* 18. *Ludoviſ. deciſ. Peruſ.* 118. *Ber. deciſ.* 323. *num.* 12.

Monita.

Quid ſit redhibitoria actio ſupra demonſtratum fuit, hoc ſiquidem a Doctoribus vocatur beneficium redhibitoriæ competens illi, qui ignoranter rem morboſam, vel vitioſam emit.

Huic ſiquidem beneficio renunciari poteſt, & ſi renunciatum fuerit ab actione repellitur renuncians, & quod de hoc beneficio dicitur hic procedit etiam in actione quanto minoris.

Quanto

Quanto minoris.

Actio quanto minoris, quæ etiam æſtimatoria dicitur *Leg.* 45 §. 6. *ff. h. t.* competit emptori adverſus venditorem, eiuſve hæredes, ut tantum de pretio reſtituat quanto minoris res fuit cum venderetur, *Leg.* 61. *ff. h. t.* ad evictionis inſtar, ut tradunt Practici huiuſmodi actionis præſidio, ut plurimum rerum immobilium emptori ſubvenitur (1) qui poſt emptionem rem alicui oneri, ſeu vitio obnoxiam invenit, quam liberam eſſe credebat, & eo tantum caſu, quo Venditor in actu venditionis vitium, ſeu onus ignoravit (2). Nam quando ſcivit tenetur ad damna, & intereſſe, an etiam de dolo (3), & præcipue obſervandum eſt, quod Venditori ſcienti vitium rei non iuvatur per aſſertionem genericam, & involutam dictorum onerum, ſed neceſſaria, ſpecifica, & clara (4).

Ad vitanda æquivoca notandum eſt, quod iſtæ actiones quamvis oriantur ex empto differunt ab evictione, quia ex illa agitur, quando res, ſeu rei poſſeſſio fuit abducta, Iudicis ſententia mediante, in iſtis vero ſecus, ut patet.

(1) *De Luc. de empt. & vendit. diſc.* 44. *& in ſumm. ad dict. tit. num.* 36. *Surd. dec.* 165. *n.* 5. (2) *Leg. Iulianus* 14. *ff. de action. empt. Surd. dec.* 265. *n.* 49. (3) *Surd. dict. dec.* 265. *per tot. adden. ad dec.* 10. *par.* 3. *rec. & dec.* 264. *par.* 14. *rec.* (4) *dict. Leg. Iulianus, & Leg. quæro* 40. *ff. de act empti. Rot. par.* 11. *diverſor. dec.* 281. *n.* 24. *& par.* 13. *rec. dec.* 364. *n.* 12. *& ad mat. vid. Gratian. diſcep. for. cap.* 36. *n.* 19. *tom.* 2. *Surd. dec.* 165. *et dec.* 265 *n.* 49 *De Luc. diſc.* 9. *&* 10. *de empt & vend. Bich deciſ.* 638. *n.* 21. *Geriſpin. conſil.* 35. *n.* 15. *adden. ad dec.* 10. *p.* 3. *rec. ſup. cit.*

De dolo interveniente in Contractibus ſcienter, ſeu ex propoſito & animo fraudandi.

Dolus definitur in *Leg.* 1. *ff. de dolo malo*. Machinatio quædam alterius decipiendi cauſa adhibita, cum aliud agitur, aliud ſimulatur.

Duplicem dolum eſſe tradunt Doctores bonum nempe, & malum. Bonum illum dicunt, qui ex induſtria, & vigilantia oritur: Malum vero qui ex mendacio, & fraudolento conſilio, cui ſiquidem convenit dicta definitio *Decian. tract. cum par.* 1. *lib.* 1. *cap. Rubr. de fraud. Bonſin. dec.* 55. *num.* 20. ex hac diviſione

datur intelligi qua ratione licitum ſit Contrahentibus ſe invicem decipere, præcipue in contractibus emptionis, & venditionis; optime utramque doli ſpeciem explicat (1). Iura permittentia Contrahentibus circumventionem ex induſtria, loquuntur de læſione re ipſa interveniente ex induſtria negociativa, non deceptiva, quæ provenit ex furtiva rerum occultatione, vel ex falſa perſuaſione.

Hinc ſequitur quod dum agitur de contractu, cui dolus cauſam dedit ab initio, nullus poteſt conſiderari conſenſus ex parte decepti, cum conſenſui nil magis contrarium ſit, quam error (2), & tunc contractus dicitur ipſo iure nullus, ſive ſtricti iuris, ſive bonæ fidei ſit (2), ac propterea datur læſo remedium reſciſſorium, ſeu aliud, ut nonnulli tenent, alternativum, petendo vel ſupplementum iuſti pretii, vel reſtitutionem rei pretio refuſo (4), ſive enormis, ſive modica læſio ſit (5), etiamſi Contractus ſit iuramento firmatus (6); ubi quod in mendacio ad ſui utilitatem ſemper ineſt dolus, alio non certiorato; nam qui ſciens vitium rei, vel valorem, & volens emere, ſeu alias contrahere non poteſt de læſione conqueri, nec reſciſſionis remedio, ſeu alio quocumque uti ad damnum vitandum (7).

In hac ſpecie animadverti volumus remedium reſciſſorium ob læſionem, uti perſonalem, minime competere contra tertium qui bona fide emit, & pretio decenti. Dari tamen certum eſt intra quadriennium (8) quando ille emiſſet vili pretio, vel rem habuiſſet titulo lucrativo, & ubi venditio eſſet læſiva ultra dimidiam, vel nulla, quia adeſſet dolus, vel læſio ultra beſſem (9).

Sciendum tamen eſt, quod in materia læſionis valor rei debet conſiderari de tempore initi Contractus (10), nec abſolute pronunciandum iuxta regulas ſuperius traditas, quia ponderandæ ſunt plures circumſtantiæ, quæ poſſunt aliquando minuere valorem rei, ſcilicet loci, temporis, & ſimilia, de quibus late, (11) ex quibus plerumque infertur huiuſmodi articuli controverſiam eſſe arbitrio Iudicis dirimendam (12).

(1) *Cagnol. in Leg. 2. Cod. de reſcind. vendit. n.* 16. (1) *Leg. ſi per errorem ff. de iuriſdict* (3) *Pax Iordan. lucub. vol.* 3. *lib.* 14 *tit.* 13. *n.* 36. *Geriſpin. conſ.* 16. *n.* 51. *& ſeqq.* (4) *Rot. dec.* 790 *n.* 2. (5) *Bartol. in Leg. ſocietatem* §. *arbiter num.* 114. *ff. pro ſoc. Laderch. conſ.* 97. *num.* 2. *De Luc. de empt. & vend. diſcurſ.* 27. *ſub num.* 4. *Rot. par.* 2 *diverſ. dec.* 192. *per. tot.* (6) *L. cum pater* §. *filius matrem* 1. *ff de legat Pax Iordan lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 36. *ad* 48. (7) *Rot. dec.* 789. *num.* 4. *par.*

3. &

3. & dec. 469. num. 16. par. 9. & dec. 124. par. 14. rec. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 4. num. 19. Olea de ceſſ. iur. tit. 7. qu. 3. num. 3.* (8) *Alex. conſ 92. num. 7. &* 8. *lib.* 1. (9) *Franc. dec. 665. par. 4. Cancer. var. reſol par. 1. cap. 13. num. 31. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 46. num. 275.* (10) *Rot. deciſ. 253. num. 23. & 24. par. 4. rec.* (11) *De Luc. de empt. & vend. diſc. 25. num. 23. & in ſumm. dict. tit. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 46. art. 12. num. 115. uſque ad* 1113. (12) *quib. add. Menoch. de arbitr. iudic. qu. lib. 2. cent. 7. caſ. 74. num. 4. & pro excluſione læſionis ad mater. vidend. Surd. dec. 265. num. 49.*

De uſuris, & fructibus, & cauſis, acceſſionibus, & mora.

Contractibus frequenter accedunt uſuræ, fructus, acceſſiones, & cauſæ, de quibus nonnulla agemus.

Cauſa eſt omnis utilitas, quæ occaſione rei percipi poteſt (1), ac propterea qualitates rei, veluti bonitatem, conditionem, uſucapiendi immunitatem (2), & omnes fructus naturales, & civiles, & ea quæ in fructu non ſunt, complectitur (3).

Acceſſiones ſunt omnia, quæ rei noſtræ, vel natura, vel induſtria, vel Legis beneficio accedunt (4), unde eo vocabulo, & fructus, & quæ in fructu non ſunt, & incrementa naturalia, veluti alluvio continentur.

Fructus eos intelligimus, quidquid res ad uſum noſtrum profert; vel quod occaſione eius percipitur *Leg. 59. §. 1. ff. de uſur.* itaque ad fructus pertinent omnia, quæ vel natura ex re noſtra producit, & naturales, vel induſtria, & induſtriales, vel quæ occaſione rei, Legis beneficio percipimus, & civiles dicuntur (5);

Item fructus alii pendentes, qui a corpore nondum ſeparati (6), vel percepti, qui iam ſeparati ſunt (7), vel percipiendi, (8) qui ſeparari potuiſſent, ſed in corpore perierunt = Iterumque percepti dividuntur in extantes, qui ſeparati a corpore adhuc in bonis poſſeſſoris reperiuntur (9), & conſumptos, qui vel naturaliter aſſumpti, vel alienati in bonis poſſeſſoris eſſe deſierunt (10).

His præmiſſis, agendo nunc aliquid de fructibus, ſeu uſuris obſervandum eſt, quod creditum mere pecuniarium, & conſiſtens in quantitate de ſui natura aptum non eſt alias pecunias producere (11), ideoque intereſſe, ſeu fructus non debentur eo no-

mine niſi cum uſuræ vitio (12), niſi probetur damnum certum, & indubitatum, & eo probato debet intercedere mora (de qua inferius) debitoris (13) inducta, vel per lapſum diei, vel per interpellationem, neque extraiudicialis probatio ſufficit ad probandum damnum (14).

Verum ex doctrina *Pauli de Caſtro in Leg.* 3. *§. fin ff. de eo quod certo loco* intereſſe lucri ceſſantis poteſt deberi etiam ei, qui mercator non ſit, ſi hæc probet, ſcilicet moram debitoris, ſecundo quod habuerit occaſionem lucrandi, merceſque emendi in promptu, quas emere voluerit, tertio quod ob defectum pecuniæ lucrum amiſerit, circa hoc (15). Florentiæ tamen ultima duo eſtrema habentur tamquam probata, abſque iudiciali trutina (16), ubi agitur de tenuta, quæ Florentiæ fieri poteſt ad conſequendos fructus (17), cœtera vero, quæ ad uſuras ſpectant videri poterunt in *tit. digeſtorum* de uſuris, & fructibus apud *Leotardum in ſuo tract.* (18), alioſque complures, cum noſtrum non ſit cuncta deſcribere, ſed incipientibus tantummodo iura, & praxim perdiſcere volentibus, quaſi facem præferre, tramitemque aperire.

(1) *Leg.* 20. *ff. de rei vend.* (2) *§.* 3. *inſtit. de offic. iudic.* (3) *Leg.* 8. *ff. h. t.* (4) *Leg.* 34. *de rei vend.* (5) *Leg.* 59. *§.* 1. *ff. de uſufruct. Leg.* 62. *ff. de rei vend.* (6) *Leg.* 44. *ff de rei vend.* (7) *Leg.* 44. *ff de rei vend.* (8) *Leg.* 22. *Cod. de rei vend.* (9) *L.* 22. *Cod. de rei vend.* (10) *Leg.* 25. *§.* 11. *ff. de hered. pet.* (11) *Rota Rom. dec.* 232. *per tot.* (12) *dict. Rot. dec.* 72. *num.* 1. 2. *par.* 2. *rec.* (13) *Leg. mora §.* 1. *ff. de uſur.* (14) *Rot. dec.* 112. *num.* 10. *par.* 13. *rec.* (15) *Ridolphin. in praxi par.* 1. *cap.* 8. *num.* 265. (16) *Marzimedic. dec.* 14. *ad mater. vidend. d. Marzimed. exam.* 54. *num.* 1. (17) *Rot. par.* 18. *rec. dec.* 775. *per tot.* (18) *apud Gall. de fructibus, & de Angel. de delict. ubi agit de uſuraria pravitate.*

De Mora.

CUM plerumque cauſam differendi de uſuris, fructibus, & cauſis mora argumentum prebeat, igitur hic opportune de mora agendum ſupereſt.

Mora = eſt ſolutionis, vel acceptionis iuſto tempore faciendæ fruſtranea ceſſatio (1) mandati, ergo propria omnis mora ex perſona eſt, quamvis & in re aliquando mora eſſe decerni ſoleat (2).

Ex

Ex perſona mora eſt, quoties debitor per interpellationem iudicialem, ſeu extragiudicialem etiam unicam, monitus non ſolvit (3), at ſi agatur de interpellatione extraiudiciali ea in his, inducitur, quæ debentur iure actionis, non in his, quæ debentur officio Iudicis (4), vel creditor ablatam ſibi rem mobilem, quæ debetur, non recipit, vel de re immobili ei tradenda interpellatus eius poſſeſſionem apprehendere detrectat (5), e contra in re eſſe dicitur mora, quoties lex ſine hominis facto, vel interpretatione aliquem in mora conſtituit, & quoties ſolutioni fuit dies præfinitus, eoque non ſolutum, vel quoties tardius ſolutum pupillis, minoribus (6), cum iniquitatem redoleret emptorem rem, & pretium retinere, quapropter fructus recompenſativos, ut practici aiunt, ſolvere tenetur, & hos etiam non conventos, iuxta tamen taxam loci; hæc enim Florentiæ eſt ad rationem quatuor pro centenario, ut patet ex reformatione diei quinta Auguſti 1678. § 22. duplex mora eſt regularis ſcilicet, & irregularis.

Regularis eſt illa, quæ ex interpellatione, aut conventione; irregularis vero, quæ abſque interpellatione oritur, ſcilicet ex Iuris diſpoſitione.

Sciendum quod mora non dicitur contracta per debitorem niſi præcedat liquidatio debiti (7), ſed hoc eſt intelligendum de liquidatione facti non Iuris, ad rem (8), eo quia Iuris ignorantia in nullo præſumitur (9), quod tamen fallit in ignorantia Iuris dubii, præcipue ſi pro dubitante, ſeu ignorante adſint conſilia peritorum (10), ſed quæ cauſa excuſet a mora (11), & quomodo non incurratur ad effectum privationis Iuris iam quæſiti (12), quando agatur de iuſta ignorantia (13), mora regularis quando incurratur (14).

(1) *Leg.* 113. *ff. b. t. Leg.* 37. *ff. mandati* (2) *Leg.* 23. §. 1. *ff. de uſur. & fruct.* (3) *L.* 23. *ff. de verb. oblig. Leg.* 32. *ff. b. t.* (4) *Sperell. dec.* 130. *num.* 8. (5) *Leg.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.* (6) *Leg.* 3. *Cod. in quib. cauſis reſt. in integr. neceſſ. non eſt ſecundo fiſco Leg.* 17. §. 5. *ff. b. t. venditori rei iam traditæ Leg.* 13. §. 20 *ff. eod. Leg. curabit.* 5. *Cod. de act. empt. & vend.* (7) *Magon. deciſ. Lucenſ.* 3. *num.* 3. (8) *Geriſpin. conſ.* 5. *num.* 27. *& ſeqq.* (9) *Geriſpin. conſ.* 6. *num.* 18. (10) *dict. conſ. a num.* 13 (11) *vid. Rot. Rom. par.* 9. *rec. dec.* 201. *num.* 41. *&c. dec.* 304. *num.* 24. (12) *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 835. *num.* 1. *Sanfelic. dec.* 124. *num.* 5. *Altograd. conſ.* 84. *num.* 35. *lib.* 2. (13) *Surd. dec.* 240. *per tot. Bich. dec.* 302. *num.* 18. 19. 20. (14) *Duran. dec.* 346. *num.* 1. *& ad mater vidend. Rot. par.* 9. *rec. & deciſ.* 471. *num.* 12. *& num.* 20. *par.* 5. *deciſ.* 219. *num.* 7. *Menoch.*

nocb. de arbitr. caſ. 220. num. 48. Maur. de fideiuſſor. par. 2. ſect. 9. cap. 1. Rot. par. 11. rec. in append. dec. 361. num. 70. Pacion. de locat. cap. 55. num. 55.

De purgatione Moræ.

Patet moram purgari poſſe, primo remiſſione debitoris, vel expreſſa (1), vel tacita, quæ & novatione præſumitur (2); ſecundo oblata apud Iudicem debita pecunia, depoſito mediante, ante litis conteſtationem (3).

Quod mora purgari poſſit incontinenti, & celeri ſatisfactione, & quænam ſit celeris ſatisfactio tradit (4), & etiam in iudicialibus, dummodo ius partis non ſit factum deterius, & re integra, ſcilicet ante latam ſententiam (5).

Attamen purgari non poteſt ſtante pacto reſolutivo (6), & quando agitur de lucro captando numquam purgari poteſt, nec tunc ad eam inducendam requiritur aliqua interpellatio, cum ſemper officiat implementum non eſſe factum tempore convento (7), neque in diſpoſitione hominis, cum tunc pars contractus dicatur, niſi eo caſu, quo ius Partis non ſit factum deterius, ut iam dictum fuit (8), poſtremo mora cenſetur remiſſa ob dilationem factam ad ſolvendum (9).

Plura ad materiam cupientes dignoſcere videre poterunt. (10)

(1) *Leg. 32. §. 1. ff. h. t.* (2) *Leg. 8. pr ff de novat.* (3) *L. 48. ff. de verbor. obligat.* (4) *Menoch. de arbitr. caſ. 7. per tot. Rot. par. 11. rec. in append. deciſ. 361. n. 7. per tot.* (5) *Magon. deciſ. Lucenſ. 25. n. 34.* (6) *Gratian. diſcept. for. cap. 786. n. 29. Ludoviſ. dec. 559 per tot. Altograd. conſ. 24. num. 69. lib. 1. Rot. par. 12. recent. dec. 182. n. 35. dec. 252. &c. Urceol. de tranſact. quæſt. 88. n. 30.* (7) *Grat. diſceptat. for. cap. 725. n. 15. &c.* (8) *Grat. diſcept. for. cap. 915. n. 1. cap. 515. n. 114. & 126.* (9) *Ruin. conſ 155. n. 5. & ſeqq lib. 5.* (10) *Rot. par. 18. rec. dec. 435 per tot. Grat. diſcept. for. cap. 725. n. 15. Seraphin dec. 1136. n. 3. Montan. de tutel. cap. 18. num. 21. Pacion. de loc. & conduct. cap. 55. n. 61. &c. Geriſpin. conſ. 61. n. 49. & ſeqq. Urceol. de tranſact. quæſt. 48. n. 12. Ludoviſ. dec. 148. n. 1.*

An promiſſio de vendendo ſit venditio.

QUamvis involuta ob opinionum varietatem videatur quæſtio, an promiſſio de faciendo, pro facto habeatur, tam in contractu emptio-

emptionis, & venditionis, quam in alio donationis, frequentius autem in materia renunciationis, teſte *De Luc. de empt. & vend. diſc.* 48., *n.* 3. tamen pro regula ſtatuendum eſt in iure promiſſionem de vendendo, venditionem non eſſe (1), eo quia venditio eſt contractus bonæ fidei (2), promiſſio autem vendendi ubi valida, & perfecta reſultet, ita ut pœnitentiam excludat eſt ſtricti iuris eo modo, quo eſt ſtipulatio (3), propterea ex dicta promiſſione etiam iuramento vallata nullum ius reale, neque dominium transfertur (4), ſed tantummodo perſonalis actio acquiritur ei cui promiſſio facta fuit, ex qua contra promiſſorem agere poteſt, vel actione ad factum, vel ad intereſſe (5) non impediente translationem dominii in alium, qui actualiter eamdem rem emiſſet, ubi tamen fraudis, vel cauſæ lucrativæ ratio aliter non exigeret (6), & niſi hypotheca prius contracta, pro obſervantia promiſſorum, actionem rei perſecutoriam iure potius crediti, quam dominii aliter ſtatueret.

At quod venditio facta non ſit, ſed promiſſio de vendendo ex his plerumque percipi poteſt nempe eo, quia pretium non ſit conſtitutum, non ſit incontinenti ſolvendum, nec certum ſolutioni tempus præſcriptum, nec res ſtatim emptori tradenda, nec ad rem tradendam terminus præfixus, nec aliquando aliquid præciſe de pretio actum, & ſimilia &c.

Hinc oritur, quod ſi ſtatutum diſponat, quod de venditionibus gabella ſolvenda ſit, minime ſolvi debet de promiſſione vendendi (7), ubi quod ad hoc ut poſſit dici vera venditio duo copulative requirantur, ſcilicet traditio ex parte venditoris, & ſolutio pretii ex parte emptoris, vel quando adeſſet mutua ſtipulatio, & promiſſio, omniaque requiſita, ſcilicet conſenſus, res, & pretium (8).

(1) *Bero conſ.* 157. *n.* 22. *lib.* 1. *Tiraquell. de retract. conventional.* §. *fin. verb. valet ſub n.* 45. (2) *Leg. ex empto in princ. ff. de action. empt. & vend.* (3) *Leg. in bonæ fidei* 8. *cum gloſſ. in verb. condictiurum ff. de eo quod certo loco*. *Leg. quidquid adſtringendæ* 99. *de verbor. oblig.* (4) *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 7. *Boer. dec.* 48. *n.* 19. (5) *Leg. ſi ſterilis* 22. §. *ſi tibi fundum ff. de act. empt. & vend. L. qui fundum* 40. *ff. de contr. empt. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *pag. mihi* 173. (6) *De Luc. de emption. & vendit. diſc.* 48. *n.* 5. (7) *Boer. deciſ.* 48. *ſub n.* 9. *vidend. De Comitib. deciſ. Senen.* 9. *præcipue n.* 11. *&* 12. (8) *Vid. tamen De Luc. de empt. diſc.* 48.

De

De reſervatione Dominii in contractu Emptionis, & Venditionis.

REſervatio dominii nil aliud eſt, quam pactum, quod illud non tranſeat in emptorem rei eidem venditæ; niſi pretium ſolutum fuerit. Vigore etenim dicti pacti reſervans præfertur cuicumque creditori anteriori, ſuper re ab ipſo vendita, & ultra ſpecialem hypothecam habet vim pacti, quod poteſt exerceri contra tertium (1), & quamvis de iure communi regulariter non transferatur dominium ſine pretii ſolutione (2), in praxi tamen hoc non procedit ſi reſervatio prædicta non ſit expreſſa, & in pactum deducta, qua de re vendens rem, habita fide de prætio ſine reſervatione dominii, ſi emptor nondum ſoluto prætio decoxerit, nullum privilegium habet in re vendita, licet adhuc extet, ſed venit in concurſu (3), prout fuſius in ſua ſede agetur,

Dominii reſervatione poſita, privilegium ex illa dimanans locum ſibi vindicat reſpectu rei venditæ tantum, non autem reſpectu melioramentorum in ea factorum ab emptore, ſuper quorum pretio ſunt præferendi alii creditores anteriores (4).

Superius dicta procedunt etiam quo ad eos, qui emptori pecuniam ad emendum cum reſervatione ſpecialis hypothecæ præambulæ ſubminiſtrarunt (4), ubi agitur de venditore mercium cum reſervatione dominii, & hypothecæ ſuper mercibus in fundaco exiſtentibus, quando tamen agatur de mercibus conſideratis uti corpus univerſale negocii ſuper quo (5).

Animadvertendum quoque eſt, quod ſi aliquis vendat habita fide de pretio ſine dicta reſervatione ei, qui ſtatim decoxerit, attamen privilegio gaudet prælationis prædictæ, ut videre eſt apud (6),

Illud tamen ſpeciale eſt in hac materia, quod mutuans pecuniam ad reſarciendam domum, ſeu navim, abſque dicta reſervatione cœteris omnibus præferendus eſt (7), illud tamen non procedit in eo, qui de novo ad navim, ſeu domum conſtruendam, pecuniam mutuavit, niſi tamen ſibi caverit de præambula hypotheca, ut fuſius videre eſt in (8).

Quamvis ex ſuperius dictis res plana videatur circa uſum præambulæ hypothecæ, attamen cavendum eſt quod aliquando dicta præambula hipotheca evaneſcere poteſt, & hoc accidit quando aliquis ſubminiſtrans pecuniam ad rem emendam, ſollicitus non

non eſt quod conſtet illam præciſe pecuniām in cauſam expreſſam ceſſiſſe, quod noſtri dicunt conſtare debere de verſione pecuniæ (9). Quapropter cautela erit, quod ſubminiſtrans pecuniam per ſe venditori &c. ſeu per alium ex ſuo mandato exburſare ſatagat coram Notario, & Teſtibus, ſi agatur de ineundo contractu publico, & ſi de privato coram Teſtibus, exprimendo quod ſolvit ære proprio pro emptore dicto venditori ſeu, &c. & faciat apponere ulterius ad ſui favorem præambulam hypothecam pro pretio exburſato, quæ apponenda eſt a domino rei, quia res ſine domino hypothecari nequit (10), & prout fuſius infra.

Reſervatio dominii non operatur ſuper beſtiamina, ut ex *Leg. diei Decembris* 1410. ſunt legis verba = E qualunque ven- = derà alcuna beſtia dal dì 24. Marzo proſſimo avvenire non ſi = poſſa riſervare il dominio in detta ſua beſtia, ſe non ſolamente = contro ogni primo compratore in alcuna corte della Città, ed = in tutto il diſtretto di Firenze = & ita fuit iudicatum a Domino Auditore Mercantiæ ſub die 23. Auguſti 1603. ut ex Stat. Curiæ Mercatorum, vulgo = della Mercanzia = *lib.* 2. *dict. Rubr.* 8. *verſ. e ſe nelle beſtie &c.*

Nec ſuper mobilia, gemmas, vaſa &c. ratione commercii (11). Et ſi mobilia ſubiecta hypothecæ fuerint in tertium alienata, extinguitur hypotheca (12), ubi quod licet alias hypotheca competeret ſuper mercibus, non eſſet exercibilis ſupra merces minutatim diſtractas, quia tunc eximuntur ab hypotheca (13).

Obiter hic addendum remanet, quod iuxta Statutum Curiæ Mercatorum *Rubr.* 2. *lib.* 3. *n.* 59. 113. alienationem bonorum immobilium, ac locationem ad longum tempus factam a decocto intra quadrimeſtre decoctioni immediatum, eſſe regulariter nullam, nihilque tenere in creditorum præiudicium, bonorum vero mobilium infra decemdium (14), ut alio in loco fuit obſervatum.

(1) *Gratian. diſcept. for. cap.* 206. 523. 730. *&* 956. (2) *Leg. quod vendidi* 19. *ff. de contr. empt. Magon. dec. Luc.* 31. *num.* 9. *deciſ. Florent.* 9. *n.* 6. (3) *Neguſant. de pignor. par.* 5. *membr.* 2. *n.* 1. *Gaill. pract. obſervat.* 15. *per tot. lib.* 2. *Bich. deciſ.* 627. *&* 629. *Franc. dec.* 506. *n.* 3. *& Merlin. de pignorib. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 47. (4) *Urceol. conſult. for. cap.* 5. *n.* 63. *& ſeqq.* (5) *Neguſant. de pign. par.* 5. *membr.* 2. *n.* 18. *Grat. diſceptat. for. cap.* 730. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *par.* 9. (6) *Conſtant. ad ſtatut. urb. annot.* 26. *art.* 1. (7) *De Comitib. deciſ. Flor.* 49. *n.* 3. *&* 5. (8) *deciſ.* 127. *n.* 8. *&* 9. *pa.* 14. *recen.* (9) *Rot. dec.* 301. *n.* 12. *par.* 1. (10) *Rot. Rom. par.* 11. *rec. deciſ.* 80. *n.* 17.

17. (11) *Leg. cum tabernam ff. de pignor. Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 8. *n.* 1467. (12) *Rot. par.* 12. *rec deciſ.* 340. *num.* 2. (13) *Merlin. de pign. lib.* 5 *quæſt.* 25. 26 27. *&* 28 *ad mater. reſervat. dominii vid. omnino Gabius conſult.* 141. *per tot.* (14) *Vid. Sabell. in prax.* §. *Falliti in ſumm. &* §. *Statutum n.* 5.

Gabella.

Gabella ſoluta de Contractu emptionis, reſoluta emptione vigore pacti, quo dominium reſervatum fuit favore Venditoris non debetur alia gabella, *Rot. poſt Girond. dec.* 37. *per tot.* ex ea ratione, quia reſervatio dominii non importat nudam conſtitutionem ſpecialis hypothecæ, potiſſimum quia in Contractu, de quo in dict. Deciſione, aderat pactum, quod pendente reſervatione res intelligeretur ſimpliciter locata.

De Præambula hypotheca, ſeu potius de ſpeciali ad uberiorem explicationem rerum præmiſſarum.

HYpotheca præambula a Practicis accipitur pro ea, quæ plerumque conſtituitur a venditore pro ſecuritate alicuius ſolventis propriam pecuniam pro emptore ſuper re emenda, ad hoc, ut in eadem præferri queat cœteris creditoribus (ſi qui ſint) anterioribus, & potioribus, ipſius debitoris, vel in concurſu, vel in alio iudicio: Anterior enim non afficit bona tranſeuntia in debitorem, cum ſpeciali hypotheca, *De Luc. de donat. diſcurſ.* 6. *num.* 9. quod quidem non tantum in emptione, quam in aliis caſibus accidere poſſe compertum eſt, ut apud Doctores inferius citandi.

Ius hoc elicitur ex textu *in Leg.* 7. *Cod. qui potiores in pignor. habeant.* „ ibi „ Licet iiſdem pignoribus, multis creditoribus, diverſis temporibus datis primis habeantur, tamen eum = cuius pecunia prædium comparatum probat, quod ei pignori = eſſe ſpecialiter obligatum, ſtatim convenit, omnibus anteferri, = iuris auctoritate declaratur „ ibique *Bald.* Prædium emptum ex = pecunia creditoris, ſi ei fuerit ſpecialiter obligatum cœteris = antefertur „ Vel ut ex *Salicet.* „ in emptione prædiorum, cum = pacto ut illa ſint ei obligata præfertur cœteris, etiam priorem = hypothecam habentibus: „ Ergo videndum quomodo, & qua lege eadem conſtituatur, ſeu ut aiunt apponatur.

Ad

Ad rem noto primo, quod illa apponi debet a venditore, ſcilicet a domino, qui vendit (in quocumque Contractu adiungi, ſeu apponi poſſit) etenim qui dominus non eſt non poteſt hypothecam conſtituere, ut ex *De Luc. de credit. diſc.* 24. *n* 6. *&* 7 his enim in traditione rei ſuæ quamlibet legem poteſt apponere. *Leg. in traditionibus ff. de pact.*

Secundo, pacto expreſſo exprimatur, ut bona vendita ſint ſibi ſpecifice, & prælative cœteris etiam potioribus obligata, *Neguſant. de pignoribus in* 4. *membr.. num.* 34. *&* 35. *& par.* 5. *membr.* 2. *n.* 17. *Franch. deciſ.* 97. *Tuſch. litt. H concluſ.* 128. §. *pactum*, imo tenet idem *Neguſant. in dict. par.* 4. illud pactum ſubſtantialiter apponendum eſſe in principio Contractus, alias non valere, hanc tamen opinionem reprobat *Surd. deciſ.* 107. *Franc. deciſ.* 369. *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 23. *per tot. Rot dec.* 40. *n.* 8. *par.* 14. *rec.* firmant enim ſufficere, quod pactum appoſitum ſit, tam in principio, quam in medio contractus ex ea ratione, quia in Inſtrumento non datur prius, nec poſterius, ex quo infert idem *Surd. loc. cit. n.* 7. quod immo Contractus plures ubi eodem tempore, & in eodem Inſtrumento fiunt, reputantur pro uno, & unus intelligitur factus reſpectu alterius: dummodo pactum non ſequatur, vel extra, vel poſt eundem, ſed ſit in inſtantaneum, ideſt in eodem contextu: *De Luc. de credit.. diſc.* 14. *num.* 3. *diſc.* 24. *num.* 5. *&* 7 nam eo abſoluto procedere poſſet opinio *Neguſant.* ut obſervat *Franch. deciſ.* 369. „ ibi „ opinionem *Neguſantii* poſſe locum habere, = quando totum negocium eſt abſolutum, & perfectum, nam ex = poſt vulnerari nequit „

Et hoc præcipuum eſt, quod etiam emptor in re empta poteſt apponere pactum, quod ſuis creditoribus nec dominium, nec hypotheca acquiratur, cum in quærendis poſſit illis præiudicare, *Mangil. de evict. quæſt.* 40. *num.* 6. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 3. *Salgad. in labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 18.

De verſione pecuniæ probanda in hac ſpecie.

IN eroganda, ſeu ſolvenda pecunia pro alio demonſtratum fuit in quibuſdam caſibus, poſſe aliquem cavere ſibi de ſpeciali hypotheca, ſed cardo difficultatis in eo verſatur, quod urgentibus, & contradicentibus aliis creditoribus anterioribus, mutuans,

 vel

vel alio. quocumque modo tribuens pecuniam, puta ad emendum probet eamdem in eam cauſam verſam fuiſſe, nam ea non probata nil relevat ſpecialis hypotheca, quod quidem planum erit ſi ſollicitus ſit adeſſe contractui, & coram Teſtibus numeret pecuniam, cum proteſtatione quod ſolvit de proprio, animo ſibi cavendi de ſpeciali hypotheca, vel potius eam apponi facere in eodem actu. Corrueret enim omne privilegium, ſi eamdem pecuniam emptori traderet, nihil enim prodeſſe poſſet tunc proteſtatio, mutuando, vel dando ad cambium pro emptione facienda (etiam cum dicta proteſtatione de qua ſupra) nam eo ipſo, quod pecunia tranſierit in manus mutuatarii, vel cambiſtæ remanet tantummodo creditori huic actio de iure competens contra emptorem, ſed non apta ad excludendos eiuſdem creditores anteriores: hæc ſiquidem monere volui, quia vidi pluries mutuantes deceptos fuiſſe, falſo opinantes quod proteſtatio, pecuniam vertendam eſſe, ſcilicet in emptionem poſſe privilegium de quo fuſe ſuperius egimus, illis tribuere.

NOTÆ.

Quæ de verſione hic aguntur actioni de in rem verſo affinia ſunt, namque in ea verſum intelligitur in rem domini, quidquid neceſſario, vel etiam utiliter in rem eius impendit ſervus, vel filius, *L.* 1. *& L.* 5. *ff. de in rem verſo Oinot. in § Præterea, quatenus agit de in rem verſo inſtit. tit.* 7. *quod cum eo ec.* in hac ſpecie actionem in iudicio deducens ſuam intentionem probare tenetur, ergo a pari mutuans pecuniam ad rem emendam, pacto inito de acquirenda ſuper re empta, ſpecialem hypothecam debet eſſe ſollicitus probare verſionem ſuæ pecuniæ in eam cauſam, ſi agat, vel agere velit contra creditores anteriores emptoris, cum agatur de præiudicio tertii, *Rot. par.* 16. *rec. dec.* 186. *num.* 4. *& ſeqq. Martimedic. examinat.* 11. *num.* 6. 7. docet quod in hoc caſu duo requiruntur.

Primo quod pecunia fuerit expreſſe mutuata ſimpliciter ad rem comparandam.

Secundo quod cum effectu in dicta cauſa expenſa fuerit, cum non ſufficiat mutuatam fuiſſe ad illum effectum: verſio enim probata dicitur, quando apparet creditori, pecuniam ſolutam fuiſſe, *Altograd. conſ.* 16. *num.* 26.

Poſtremo addimus, quod in aliquibus caſibus non eſt neceſſaria verſionis probatio; de hoc agit idem *Martimedic. loc. cit. Surd. dec.* 106. *per tot: quibus ad mater. addo Bich. deciſ.* 75. *num.* 17. *Maſcard. de probat. vol.* 3. *concl.* 1161. *&* 1162. *Caball. conſ.*

conſ. 141. *lib.* 1. *Merlin. dec.* 219. *per tot. Buratt. dec.* 414. *n.* 1. *Ror poſt Cenc. de cenſib. dec.* 187. *per tot.*

Et quod aliquando (cum ſit difficilis probationis) arguatur etiam ex conjecturis, atque adminiculis, *Menoch. de arbitr. caſ.* 432. *num.* 33. *& ſeqq. De Luc. de feud. diſc.* 76. *n.* 10. ubi de creditore ad refectionem; *de credit. diſc.* 15. *num.* 5. *diſc.* 16. *num.* 4.

Hæc fortaſſe magis appoſite aptanda viderentur ſub titulo ubi de pignore, & hypotheca agitur, verum cum ut plurimum adhibenda contingat in venditionibus, ideo placuit ſub hac ſede pertractare, ut promptiorem normam habeant Tyrones.

Appendix ad præambulam hypothecam.

In duobus plerumque caſibus appoſitio præambulæ hypothecæ contingere poteſt ſcilicet.

Primo quando aliquis ſubminiſtrat pecuniam emptori ad rem comparandam, tunc enim ſollicitus eſſe debet, quod actualiter conſtet de verſione pecuniæ in cauſam emptionis, & de appoſitione præambulæ hypothecæ in actu contractus faciendæ (ut probatum fuit) a Domino venditore. Verum ut ſubminiſtrans pecuniam cautus ſit, poterit intervenire in actu ſtipulationis, & de mandato emptoris ſolvere pecuniam venditori, animadvertendo, quod in inſtrumento explicite appareat,& conſtet de dicta ſolutione, quod facile intellectu, atque explicatu eſt, ideo præciſam formulam exhibere ſupervacaneum putamus.

Alter caſus eſt, quando quis emit fundum aliquod, & timens, quod poſſit evinci abſque ſpe relevationis ex parte venditoris paciſcitur, quod pretium fundi empti reinveſtiatur in aliud fundum cum appoſitione præambulæ hypothecæ ſui favore, quæ concipienda ſic eſt, vel ſimiliter.

Formula.

Quod prætium dicti contrahentes convenerunt deponi debere per dictum emptorem nomine dicti venditoris in tali loco &c. cum declaratione, quod ibi permanere debeat donec emantur tot bona ſtabilia, cauta, & ſecura &c. quibus apponi debeat præambula hypotheca, ſeu conditio, quod ſtent, & ſtare debeant pro ſecuritate dicti emptoris, & defenſione in caſu evictionis, adeo quod dictus emptor in dictis bonis præferatur quibuſcumque creditoribus dicti venditoris = poſſet etiam paciſci, quod emptor retineat pretium uſque ad reinveſtimentum prout magis,

gis, & melius videbitur = Formula ſiquidem hæc non eſt effective de reinveſtimento, & de appoſitione præambulæ hypothecæ, ſed norma quædam ex qua inde dimanare poterit appoſitio dictæ præambulæ hypothecæ, de qua ſuperius actum fuit. Super hoc *vid. Form. Senen. in formula reinveſtiendi pretium cum præambula hypotheca pag. mihi* 17.

Formula Realis appoſitionis Præambulæ hypothecæ.

Quod quidem pretium dictus NN. promiſit ſolvere dicto NN. quatenus eidem placuerit apponere ſuper dictis bonis, ut ſupra vendendis præambulam hypothecam favore dicti ſolventis ad hoc ut eadem poſſit uti, & ſe defendere a quibuſcumque aliis creditoribus dicti NN. quapropter dictus NN. venditor, ſeu receptor &c. annuens dictæ petitioni animo recipiendi dictam ſummam in primis, & ante omnia appoſuit, & apponit ſuper dictis bonis favore dicti ſolventis, ſeu &c. præambulam, ac ſpecialem hypothecam cuius vigore poſſit ſe tueri, & defendere ab omnibus & quibuſcumque creditoribus dicti NN. & omni meliori modo &c.

Hæc fortaſſe formula ſuboſcura videri poterit, ſed hic noſtrum non eſt formularium extendere, & conficere, ſed eas notiones præbere, ut Tabelliones aptando rem circumſtantiis poſſint ſtudio, & labore actus ſingula ſingulis apte referendo conficere iuxta rerum circumſtantias, ſuper quibus uſus eos plura docebit.

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

Animadvertat Notarius apponere in inſtrumentis huiuſmodi clauſulas ſolitas, nempe ceſſionem iurium, pactum conſtituti, licentiam emptori de intrando, & apprehendendo poſſeſſionem rei venditæ.

Si in inſtrumento actualiter ſolvatur pretium, vel antea ſolutum fuerit, venditor renunciet exceptioni non numeratæ pecuniæ.

Optimum erit etiam apponere renunciationem læſioni enormi.

Res vendita debet deſcribi per locum, & locum loci ubi ſita eſt cum quantitate, qualitate, & per omnes confines, vel ſaltem per duos.

Quando venditur ſervitus, iter, vel commoditas eundi, redeundi, & ſimilia Notarius non debet uti verbo = Tradidit = ſed dicere dedit, ceſſit & vendidit = nec exprimere poſſeſſionem =

nem = ſed quaſi poſſeſſionem quia ſervitutes ſunt iura incorporalia.

Quando ſit venditio terræ livellariæ ab emphyteuta debet reſervari conſenſus domini directi niſi fuerit obtentus, & quoad Emphyteuſim Eccleſiaſticam vide ea, quæ diſponuntur in *Leg. Florentina diei* 2. *Martii* 1769. ex qua quæcunque bona emphyteutica allodialibus æquiparantur, & prout latius in dicta Lege, quam in calce huius Tomi videbitur impreſſa.

Optime erit apponere in dictis inſtrumentis quod venditor promittit relevationem in caſu evictionis, provenientis tam ex natura rei, quam ex præordinata diſpoſitione auctorum, tam immediatorum, quam mediatorum venditoris, alias in hoc caſu non præſtaretur evictio iuxta aliquorum ſententiam, ut iam obſervatum fuit. Oportunum erit ultra iam dicta etiam ſic exprimere = Promittens dictus venditor emptorem defendere ab omni perſona &c. tam agendo, quam defendendo tam petitorio, quam poſſeſſorio, ac pure, & ſimplicis detentionis iudicio, & extra, & litem in ſe ſuſcipere. Quid operetur in inſtrumento venditionis expreſſio hæc *Bartolo in Leg. venditoris paulo poſt principium ff. de verb. oblig. & in Leg. Ratio in princ. de act. empt. Cepoll. in cautel.* 177. *et ſeqq.*

Ad cautelam Notarius in venditionibus iurium emphyteuticorum poterit exprimere, quod partes intelligunt contraxiſſe, & contrahere ad normam Legis diei 2. Martii 1769. ſuprad. nec aliter, nec alio modo.

Animadvertat inſuper, ut obſervatum fuit, quod vendens fundum unum ex duobus quos habet ad quem non poterat, nec ſolebat iter habere niſi per alterum fundum ipſius venditoris contiguum retentum, non transfert in emptorem ius, vel ſervitutem itineris niſi ſpecialiter paciſcatur, ut ex *Ciarlin. contr.* 67. *lib.* 2.

At ſi emptor, vel alius vicinus non poſſet alia via ad ſuum fundum ire tenetur venditor, vel alius vicinus iter præſtare ſoluto tamen iuſto pretio, *Sabel. reſol.* 14. *Grat. diſcept. for.* 681. *num.* 44.

Quamvis evictio ex natura rei præſtanda non ſit, ceſſante conventione, adhuc præſtanda venit ſi ob ipſius venditoris factum culpoſum ſequatur, *De Luc. de penſ. diſc.* 68 *et* 69.

In reſervatione dominii adhibeat verba hæc, vel ſimilia = reſervans ſibi venditor dominium dictæ rei venditæ quouſque pretium in totum, & integre non fuerit ſolutum, quæ reſervatio non reſolvatur, nec reſolvi poſſit in ſimplicem præambulam hypo-

hipothecam, ſed haberi debeat, & conſiderari ſemper tamquam verum dominium ad omnes iuris effectus.

Obſervanda in venditionibus rerum pupillorum ec.

Quod non extent mobilia vendenda pro minori damno pupilli, ſeu &c. & quod non poſſint aliunde ſolvi debita. Quod interveniat decretum Iudicis. Quod pro parvo debito non vendatur res magni valoris. Quod interveniat auctoritas Tutoris, ſeu Curatoris &c. Quod vendantur prævia legitima æſtimatione: Florentiæ tamen venduntur ſubhaſtatione.

Explicatio Clauſularum, quæ apponi plerumque ſolent in Contractu venditionis ad ornatum formulæ ec.

Clauſula ſponte, & ex certa ſcientia = operatur quod non poſſit allegari præſumptio erroris (1). Adverte tamen, quod etiam concurrente iuramento, operatur ſolum in dubio, non autem ſi contrarium probetur (2).

Clauſula, & omni meliori modo = Diſpoſitio continens dictam clauſulam non reſtringitur ad expreſſa, ſed extenditur ad omnes caſus in quibus actus melius ſubſtinetur (3), verum non extenditur ad contraria, nec operatur quoad ea, quæ non fuerunt cogitata (4).

Clauſula iure proprio, & in perpetuum = Hæc clauſula adhibetur quia emptor habere debet rem emptam in perpetuum niſi aliter conventum ſit (5), ſecundo importat plenam dominii translationem, & dominum vendere rem uti liberam, non autem ius tantum (6), quod res debeat dari libera vide (7), tertio dicitur in perpetuum, quia venditio ſit etiam ad tempus, & in perpetuum (8).

Clauſula = præſentibus &c. = ut conſtet de præſentia, & conſenſu, alias contractus non valeret (9).

Clauſula cum omnibus iuribus, ac pertinentiis = In hoc contractu venditionis operatur translationem iurium, & ſervitutum competentium venditori de tempore venditionis, & ſic complectitur ſervitutes reales eidem competentes in alio fundo, non autem in alio proprio fundo per venditorem retento (10).

Clauſula = & aliis ſuis habituris = importat, quod re vendita veniunt omnia ea, quæ per venditorem detinebantur (11), qui dat domum, vel aliam rem videtur dare ea, quæ annexa ſunt.

Clau-

Clauſula = adiacentia, & pertinentia = pertinentia quæ dicantur (12), quod vulgo explicat verbis = Con tutto quello, che è ſolito andare, e venire =

Clauſula = cum omnibus acceſſibus, & egreſſibus, uſque ad viam publicam = explicat, quod in venditione veniat via, quæ alias non veniret (13).

Clauſula = infra, ſeu intra ſe = continet omnia in terminos exiſtentia (14).

Clauſula = & cum omni iure = id eſt cum omni iure ipſi venditori competenti in re, vel ad rem (15).

Clauſula = conſtituens = conſtitutum = ſeu clauſula conſtituti nil aliud eſt, quam conſtituere ſe pro alio poſſidere, quæ eſt frequens in contractibus, & operatur translationem poſſeſſionis tam civilis, quam naturalis in conſtitutarium ad effectum manutentionis, & quoſcumque alios effectus, imo translationem dominii in contractu habili ad illud transferendum (16), habetque vim traditionis poſſeſſionis in ſtabilibus, ac etiam in incorporalibus, dummodo concurrat ceſſio iurium (17).

Clauſula = ad habendum, tenendum, & poſſidendum = transfert poſſeſſionem (18)

Clauſula = habuit, & recepit = probat realem ſolutionem, eo magis quando Notarius addit in præſentiam eius, & teſtium = magnique ponderis ſunt verba illa = dedit, & numeravit realiter, & & cum effectu in pecuniis aureis & argenteis = nam tunc probatur ex inſtrumento realis numeratio (19).

Clauſula = dedit, ceſſit, & conceſſit = In corporalibus importat idem, quod traditio in incorporalibus (20), Secus in mobilibus, in quibus requiritur vera traditio (21), ſicuti = dat & concedit = importat plenam dominii translationem prout dictum fuit ſupra de clauſula conſtituti, & addimus hic, in contractu habili ad transferendum dominium rei in emptorem, quia venditor non tenetur transferre dominium, ſi non habeat, attamen emptor tenetur pretium ſolvere (22).

Clauſula = quod ſi res plus valet, venditor donat = non tollit remedium, *Leg. 2 Cod. de reſcind. vendit.* Sed ſolum extenditur ad quid modicum (23), ergo non prodeſt ubi læſio ſit enormiſſima (24), ſed eo caſu tollit læſionem modicam (25).

Ceſsat tamen huiuſmodi remedium, quando venditor ſciebat iuſtum rei valorem (26), quia tunc præſumitur totalis donatio, eodemque iure cenſetur emptor, quia ſi ſcienter fundum alienum, vel alteri obligatum emat, pretium venditori donaſse præſumitur, quod procedit ſive nil de evictione actum fuerit,

ſive fuerit promiſsa ex dato, & facto venditoris (27), verum ſi erit de voluntate partium, tutior cautela erit apponere clauſulam hanc videlicet = ſi pretium rei venditæ excederet illud plus etiam ſi dimidium dicti pretii, & ultra excedere poſset, titulo meræ, puræ, ac ſimplicis donationis inter vivos donavit (28).

Clauſula = quomodocumque, & qualitercumque, vel quavis cauſa res evincatur = operatur quod venditor teneatur de evictione proveniente etiam ex natura rei (29), ubi agitur de cautelis, ut quis in omni caſu teneatur de evictione.

Clauſula = pro quorum omnium obſervantia, vel pro quibus omnibus, & ſingulis = habet vim ſpecialis expreſſionis, virtutemque diviſivam, tamquam ſi eſsent omnia ſpecialiter, & diviſim promiſsa (30), & continet promiſſionem damnorum, & intereſse (31).

Clauſula = quæ omnia, & ſingula contenta in præſenti inſtrumento dicti contrahentes præſentes dixerunt eſse vera, & mutuis ſtipulationibus promiſere rata, & firma habere = habet vim individuæ expreſſionis (32), & referri debet ad utrumque contrahentem (33), nam ratum, & firmum haberi intelligitur de iure, & de facto hanc clauſulam explicant alii ſic = rato manente pacto = quæ quidem non apponitur in odium contravenientis, ideo non mutat naturam contractus (34), æquivalet iuramento, & operatur, quod pœna committatur quoties contraveniatur, & quod ſi pœna exigatur, attamen obligatio firma manet (35).

Clauſula = ſub pœna, ſeu ſub pœna dupli = intelligitur dicti pretii, quæ eſt conſueta apponi, & de ea cenſetur Notarius rogatus (36). Ad materiam &c. & poteſt apponi, quando facto adiecta eſt, ut ex dicto Alexandro.

Clauſula = quæ pœna toties &c. = An dicta pœna per dictam Clauſulam toties quoties extendatur in infinitum (37).

= Clauſula ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus = in contractu ſubauditur, ſive ſpecialis heredum fiat mentio, ſive non (38).

(1) *Alexand. conſ.* 4. *vol.* 1. *num.* 9. *ex Bartol. & aliis in L. ſi dari ff. de verb. oblig. Altograd. conſ.* 161. *num.* 12. (2) *Maur. de fideiuſſor. par.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 62. *num.* 6. & 7. (3) *Marta de clauſul. par.* 3. *clauſul.* 56. *num.* 3. & 4 (4) *Magon. dec. Florent.* 57. *num.* 15. *dec.* 74. *num.* 10. *par.* 13. *rec.* (5) *Leg. ſi quos ibi perpetuo C. de reſcind. vendit.* (6) *Speculat. de empt. & vend.* §. 1. *n.* 26. (7) *Alciat. in L. cum fundum ff. de verb. oblig. Add. hanc clauſ. vid. Pariſ. conſ.* 33. *n.* 19. *vol.* 3. (8) *Leg. neceſſario ff. de peric. & commod. rei vendit.* (9) *L. ſi ſtipuletur §. fin. ff. de verb. oblig.* (10) *Grat. diſcept. for. cap.* 227. *num.* 43. *Altograd. conſ.* 75. *num.* 17. & *ſeqq. lib.* 2. *Mantic. de tacit. & amb. lib.* 4. *tit.* 16.
num.

Digitized by Google

n. 20. *& ſeqq.* (11) *Leg. creditor in fin. ff. de action. Empti Alexand. conſ.* 223. *num.* 1. *vol.* 2. *conſ.* 204. *num.* 4. *vol.* 6. *ibid. ſub num.* 3. (12) *Leg. ſi quando Cod. de bon. vacant. lib.* 10. *Leg. uxorem §. Legaverat ff. de legat.* 3. *Leg. ſæpe §. fin. ff. de fund. inſtruct. Alexandr. conſ.* 211. *num.* 4. *Bertazzol. de clauſul. clauſ.* 26. *gloſſ.* 12. *num.* 2. (13) *Leg. Binas in fin. ff. de ſervit. urban. prædior. Petrus de Ubaldis de duob. fratr. par.* 11. *qu.* 8. *n.* 27. *Corn. conſ.* 154 *vol.* 2. *Capyc. dec.* 187 (14) *Leg. Ede Sacra §.* 1. *ff de contr. empt. Alexandr. conſ.* 8. *vol.* 2. *num.* 7. *& conſ.* 121. *column.* 2. *vol.* 4. (15) *Leg. quæſitum §. idem reſpondit & Leg. Rutilia Polla, & L. in Leg. ff. de contr. empt.* (16) *Grat. diſcep. for. cap.* 954. *num.* 2. *cap.* 483. *ad mater. Ridolfin. in prax. par.* 2. *cap.* 5. *per tot.* (17) *Cavaler. dec.* 319. *per tot. Rot. Rom. dec* 471. *num.* 12. *par.* 4. *dec.* 335. *num.* 1. *par.* 9. *rec. Barboſ. de clauſul. clauſ.* 31. *num.* 67. (18) *Rot. dec.* 190. *num.* 26. *par.* 2. *rec.* (19) *Rot. dec.* 273. *num.* 9. *par.* 7. *rec.* (20) *Rot. dec.* 281. *n.* 6. *par.* 17. *rec.* (21) *dict. Rot. ibid. num.* 7. (22) *Oinot. inſtit. tit.* 6. *lib.* 4. *de action. ſub num.* 6. *p. mihi* 471. (23) *Paulut. diſſert.* 47. *n.* 39. (24) *Caſtill contr. lib.* 4. *cap.* 52. *num.* 38. *Covarruv. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 34. (25) *Cancer. variar. reſolut. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 25. (26) *Barboſ. de clauſ. clauſ.* 52. *num.* 5. *Cancer. var. reſol. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 25. *Rot. par.* 14. *recent. dec.* 33. (27) *Hæc eadem firmant ad mater. Text. in Leg. ſi fundum ſciens Cod. de evict. De Luc. de empt. diſc.* 10. *Guzman. de evict. qu.* 46. *Rot. noſtr. cor. Magon. dec.* 80. *& in Florent. prætenſæ reintegrat.* 26. *Auguſti* 1738. *cor. Bonſin. & in Florent. decimar. & relevat.* 5. *Septembr.* 1753. *cor. eod.* (28) *Paulut. diſſert.* 47. *n.* 37. *Mart. de clauſul clauſul.* 102. (29) *Rot. par.* 2. *diverſ. dec.* 152. *num.* 5. *ad mat. vid. Mangil. de evict. qu.* 21. (30) *Grat. diſcept. for. cap.* 627. *num.* 29. *cap.* 739. *num.* 31. (31) *De Luc. de dot. diſc.* 115. *num.* 7. *Rot. dec.* 315. *num.* 56. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 206. *num.* 8. *par.* 10. *rec.* (32) *Rot. dec.* 95. *par.* 5. *rec.* (33) *Rot. dec.* 261. *num.* 5. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.* (34) *Bartol. poſt Gloſſ. in L.* 11. *col. ult. de act. empti* (35) *Mart. de clauſ. clauſ.* 124. *num.* 4. *&* 8. *Paulut. diſſert.* 37. *num.* 32. (36) *Ad mater. Alex. conſ.* 66. *n.* 1. *&* 7. *& conſ.* 67. *num.* 1. *vol.* 1. *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 42. *num.* 60. *volum.* 1. (37) *Bald. in Leg.* 1. *col.* 10. *verſic. pone quod eſt clauſ. quoties committatur ff. de his, quæ pœna nomine* (38) *Alex. conſ.* 145. *num.* 3. *in medio vol.* 2. *Leg. veteres* 13. *ff. de contr. & commut. ſtipulat.*

De Emptione, et Venditione, quæ ſit cum pacto redimendi, ſeu affrancandi.

Contractus tali pacto initus, vel ob aviditatem emptoris, vel ob imperitiam Notariorum nullitatis vitio aliquando inficitur, uſurariæ pravitatis cauſa, quam realiter in ſe continet, vel continere poteſt, caſu quo de ea vigeat vehemens ſuſpicio, nil refragante quod quodammodo iure divino permiſſus videatur, nec non a iure canonico, & civili, ut ex *Levitico cap.* 25. cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendatur (1) inter emptorem, & venditorem (2), fit enim hoc pacto = Titius poſſidens Terræ Bubulcas quatuor valoris ſcutorum ducentorum eam vendit cum pacto francandi, ſeu recuperandi, ſeu retrovendendi in termino trium annorum Semproνio, dictus emptor poterit pœnes ſe retinere virtute dicti pacti, ſextam partem dicti pretii, vel ut alii dicunt, quintam, tertiam, vel quartam, ita diſtinguentes ſcilicet.

Si pactum redimere volenti eſt perpetuum minuitur in tertia parte pretium; vel in quarta, quia perpetuitas valde pactum gravat, & facit magis decreſcere valorem, ſi vero pactum eſt temporale, minuitur de bono, & æquo in quarta, vel ſexta parte (3), vel proportionaliter ad tempus (4), ſeu ad rationem triginta pro centenario (5).

Quo vero ſpectat ad tempus perpetuum ex communi DD. voto intelligitur protrahendum ſpatio annorum triginta tantum (6).

Notandum quod ſi in inſtrumento dictum non fuerit retrovenditionem faciendam eſſe pro eodem pretio, emptor tenebitur retrovendere pro iuxto pretio.

Poteſt etiam fieri pactum, quod elapſo termino ad redimendum, ſi venditor non redemerit, emptor teneatur exburſare reſiduum iuxti pretii rei venditæ.

Notandum inſuper eſt, quod ſi venditor ſinat labi tempus, & in termino convento retroemat, emptor lucratur dictam quartam partem (7).

Ad materiam *vid. mot. diei* 23. *Martii* 1728. *in Florentina prætenſi iuris redimendi coram Urbani = impreſſ. apud Petrum Matini*.

Pro coronide addendum putamus quod emptor, & Notarius ad evitandam ſuſpicionem, ſeu ſpeciem ſimulationis in hoc contractu, caveant a pactis infraſcriptis. I. A.

I. A modicitate pretii II. A locando fundum ipſum venditori, cum immoderata penſione III. A relinquendo venditorem in poſſeſſionem ipſius rei, titulo locationis, vel coloniæ IV. A relinquendo fundum deſcriptum in Decima, ſcilicet, ſeu æſtimo in faciem, ſeu ut aiunt, in teſta venditoris V. Ab obligando venditorem ad ſolutionem onerum VI. A contrahendo cum ſimili pacto cum perſona valde egena.

Alias non abſtinendo a prædictis, & ſimilibus teneretur emptor imputare in ſortem principalem quidquid habuiſſet cauſa fructuum ex locatione &c.

Nota tamen quod pactum initum, quod venditor non poſſit redimere niſi infra certum tempus valet, & hoc eſt pactum quod dicitur factum favore emptoris.

Circa modicitatem pretii ceſſat quæſtio Florentiæ, nam ex conſtitutione ſynodali decreta ſub *Leone X. in Rubr. de uſuris cap.* 9. ſufficit ad redarguendum prædictum contractum tamquam uſurarium pactum de revendendo, & modicitas pretii, & quod iſti modicitas ſit in ſolito fœnerari, quando quantitas modica excedit quartam partem iuſti pretii, ſed in non ſolito fœnerari voluerunt, quod minoritas pretii eſſet ultra tertiam partem (8) quas ſynodales quotidie in praxim reduci teſtatur (9).

(1) *Text. in cap. ad noſtram de empt & vend. ex Leg.* 2. *C. de pact. &c.* (2) *Marzimed. exam.* 20. *p.* 1. *n.* 7. *Ciarlin. controv. cap.* 40. *num:* 28. *&c.* (3) *Ciarlin. controv. par.* 1. *cap.* 40. *n.* 35. (4) *Rot. par.* 6. *dec.* 17. *num.* 4. *Grat. diſcept. for.* 26. *num.* 42. 58. 32. *cap.* 600. *num.* 8. *&* 616: *n:* 7. (5) *Ludoviſ. dec: Peruſin.* 97 *Grat. ubi ſupra* (6) *Tiraquell. de retract. conventional.* §. 1. *Gloſſ.* 2. *num.* 6. *Grat. diſcept. for. cap.* 433. *num* 61. *diſc.* 745. *num.* 72. *&c.* (7) *Ciarlin. contr. cap.* 40. *par.* 1. *num.* 33. (8) *Lupus de uſur. in Leg.* 2. *Cod. de pact. inter empt. et vend. comment.* 2. §. 1. *ſub num* 29. §. *tu autem per tot.* (9) *Marzimedic. exam.* 20. *ſub num.* 16. §. 11. *& num:* 40. *& in dec:* 35. *num.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 447. *ſub num.* 2. *&c.*

Formula Inſtrumenti Venditionis cum pacto reſolutivo ad favorem Venditoris

In Dei nomine amen &c. NN. Iure proprio, & ſponte &c. Salvo pacto redemptionis, de quo infra, dedit, tradidit, ac vendidit N. N. præſenti, acceptanti, ſtipulanti, & ementi, pro ſe &c. cum dicto pacto &c unum agrum &c. pro pretio librarum octocentum pro ſingula Bubulca, & ſic in totum pro libris &c.

Digitized by Google

bris &c. ſed quarta parte detracta dicti pretii virtute pacti infra exprimendi minuentis valorem rei&c. qua de re remanet pretium librarum &c. de quibus dictus venditor ſe tacitum &c. cum ſolemni pacto, quod dicto venditori liceat dictum agrum redimere pro eodem pretio lib. ſemper, & quando voluerit intra terminum quinque annorum incipiendorum ab hodie.

Et ſi intra dictum tempus non redemerit, convenerunt quod dictus ager intelligatur, & ſit illico venditus dicto &c. pure, & libere, abſque alia ſolemnitate, vel inſtrumento, & abſque refuſione pretii.

Nota, quod emptor de iure lucratur quartam partem ſupradictam, ſi ita conventum erit, quando aliter autem paciſcatur ſic eſt dicendum.

Dummodo tamen dictus emptor refundat reſiduum iuſti pretii, ut ſupra, detractum, & ita per pactum &c.

Item cum pacto, quod durante termino prædicto ad ratificandum, dictus emptor teneatur ad ſolutionem omnium onerum impoſitorum, ac quomodocumque imponendorum ſuper dicto ec. quæ omnia &c.

Verum, quando ſit retrovenditio adhibeatur formula venditionis, mutando tantum verbum = vendidit = in = revendidit, & retroceſſit, & in promiſſionem evictionis = dic = pro dato, & facto tantum retrovenditoris &c.

Gabella.

Non debetur gabella de reſolutione contractus ab initio conventa, *Rot. poſt Girond. de gabell. dec.* 37. *num.* 10. *et* 12. = ſecus eſt ſi reſolutio non fuerit conventa ab initio *dict. dec. num.* 13. *et* 14. nec debetur de reſolutione contractus venditionis facta cum pacto redimendi *dict. dec. num.* 11. *et* 16.

De datione in ſolutum.

NAtura dationis in ſolutum contractus, quamvis per ſe pateat nec definitionem requirat, attamen dicimus pro maiori Tyronum intelligentia = contractum eſſe, quo mediante vice pecuniæ creditori debitæ rem immobilem, vel etiam mobilem tradimus; eaque non eſt vere, ac proprie emptio, & venditio, ſed ſimilis, & ex iuris interpretatione includit in ſe tacitum contractum emptionis, & venditionis = verum quid ſit, qualiter fiat,

fiat, & quando valida, vel non, late *Rota par. 9. recent. dec. 248. per tot.*

Hæc duplex eſt, voluntaria, ſcilicet, ſeu proveniens ex reciproco conſenſu tam creditoris recipientis, quam debitoris tradentis quæ alias dicitur conventionalis.

Iudicialis alia, quæ vere, & realiter dicitur adiudicatio, & fit auctore Prætore, ſeu Iudice, & hoc plerumque accidere ſolet cum bona debitoris in creditorum concurſu ſubhaſtantur, & cum non inveniatur oblator, dantur in ſolutum, ſeu adiudicantur creditoribus, qui ex pretio ſatisfieri debebant, caſu quo vendita fuiſſent. Ad hoc ut dicta iudicialis datio in ſolutum, ſeu adiudicatio legitime fiat plura requiruntur, & primo quod præcedat æſtimatio (1), ſecundo quod debitori adſignetur terminus unius menſis ad reluendum pignus (2), quod fiat ſubhaſtatio (3), ac ulterius factum executoris, ſeu curſoris, qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis, in ſolutum det, fungendo unius partis vices (4) cum ad translationem dominii non ſufficiat decretum Iudicis, niſi ſequatur traditio, hoc eſt executio decreti (5), cum datio in ſolutum non præſumatur, niſi doceatur bona fuiſſe in ſolutum data, vel a Iudice, vel a Parte, vel niſi lapſi ſint triginta anni (6).

Quæ regula ſit obſervanda Florentiæ in ſubhaſtation. vid. *Theoric. pract. Domini Aud. Franciſci Antonii Bonſini Typis Dominici Ambroſii Verdi* 1733. *Florentiæ, et alibi impreſſ.*

(1) *Surd. conſ.* 256. *num.* 5. *et* 6. *Rot. Rom. dec.* 248. *num.* 2. *par.* 11. *rec.* (2) *Nigr. de ſubhaſt. par.* 2. *cap.* 35. *per tot. Mangill de ſubhaſt. qu.* 200. *num.* 7. *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 26. *num.* 36. *et dec.* 9. *num.* 14. *par.* 12. (3) *Auth. hoc ius porrectum Cod. de Sacroſ. Eccl. Mangill. dict. tract. qu.* 1. *num.* 1. 8. (4) *L. pr. Cod. ſi in cauſ. indicat.* (5) *Rot. loc. cit.* (6) *Mangill. de ſubhaſt. qu.* 200. *num.* 7. *Poſt. eod. tract. inſpect.* 67. *num.* 49. *et Rot. par.* 12. *rec. dec.* 108. *ad materiam Rot. par.* 15. *recent. dec.* 249. *et par.* 18. *dec.* 218.

Gabella.

De iudiciali, Florentiæ infra 15. dies ab adiudicatione in Officio Partis Guelfæ.

De conventionali vero ſolvitur ad inſtar venditionis in Gabellarum Officio intra 45. dies a die initi contractus *Girond. de gabellis cap.* 9. *num* 42. *et* 43. hoc idem adfirmat auctoritate *Teſt. in Leg. ſi prædium Cod. de ediction.* ideſt de datione in ſolutum ſolvendam eſſe gabellam.

De

De Locatione, et Conductione.

Secunda ſpecies contractus, qui conſenſu contrahuntur eſt locatio, & reſpectiva conductio, venditioni, & emptioni affinis; ſolo enim conſenſu perficitur, & pretium debet eſſe certum; quare ſi quis fulloni polienda veſtimenta dederit, nulla conſtituta mercede, ſed pro eo, quod poſtea conventum fuerit, non erit locatio, ſed contractus innominatus, facio, ut des.

Locatio etenim poteſt deſcribi, contractus, ubi pro alicuius rei, vel pro opera perſonæ, certa merces præſtatur, ex quo patet duplicem eſſe locationem, alteram rerum, alteram perſonarum. Ex hoc contractu duplex oritur actio, altera competens locatori, quæ dicitur locati adverſus conductorem, altera conductori adverſus locatorem, quæ dicitur conducti.

Ulterius convenit locatio, & conductio cum emptione, & venditione, quia ſicut hæc non contrahitur de re cum re, ſed de re cum pretio, ita pariter locatio non valet, cum res pro alia re utenda datur, qui tunc erit contractus innominatus, do, ut des; At ſi conventum fuerit inter Caium, & Artificem, ut iſte ex ſua propria materia certum opus pro ſua certa pecunia conficiat, erit emptio, verum ſi Artifex ex materia Caii pro certa pecunia opus perficiat erit locatio operarum. Conductio ulterius morte conductoris non finitur, ſed tranſit ad heredes &c.

NOTÆ.

Primum animadverti volumus, quod contractus locationis eo modo reſolvitur, quo cœteri contractus, ſcilicet ex mutua partium voluntate; finitur quoque per lapſum temporis præfiniti (1). Solvitur ulterius ſi conductor deficiat in ſolutione penſionis etiam ſtante pacto iurato de non expellendo (2), quæ diſſolutio locum etiam habet ſi conductor male utatur re conducta, ſeu in minima re deficiat (3), vel dominus voluerit domum reſtaurare (4), ſeu eamdem pro ſe habitare, dummodo probet ſibi, ſuæque familiæ neceſſariam eſſe ex cauſa, quæ de tempore locationis prævideri non poterat (5), quæ regula procedit in prædiis urbanis non in ruſticis, qui non conceduntur ad uſum habitationis (6), demum finitur quando alienatur res locata (7), quare ſtatuendum eſt, quod emptor rei locatæ, vel quisquis ſingularis ſucceſſor regulariter non tenetur ſtare locationi a ſuo auctore factæ. Hæc tamen regula limitatur ſi pro locatio-

cationis obſervantia res conducta ſpecialiter fuerit hypothecata (8). At iuxta aliquorum ſententiam limitatur hæc ſecunda regula eo caſu, quo emens ſciverit rem eſſe locatam, quo caſu talis emptor tenetur ſtare locationi (9).

Notandum inſuper quod locatio alia expreſſa eſt, alia tacita, quando nempe conductor re locata utatur poſt tempus conventum, & locator id permittat, quo caſu contractus videtur tacite confirmari, *Leg. item quæritur §. qui impleto ff. locati* ideoque dicendum videtur, quod locator vigore tacitæ renovationis locationis, non habet hypothecam ſuper bonis conductoris a die primi contractus, ſed ex die tacitæ reconductionis. Quando ædificium aliquod fuit principaliter conductum pro conſervandis rebus, ut puta ſtabulum &c., tunc locator præfertur ſuper invectis & illatis cœteris omnibus creditoribus conductoris (10). Secus tamen ſe res habet ſi agatur de domo conducta ad habitandum. Dos regulariter præfertur locatori ſuper invectis, & illatis, ſed animadvertendum eſt, quod mulier cui ob vergentiam viri ad inopiam aſſignata fuerunt mobilia pro aſſecuratione ſuarum dotium, poſt dictam aſſignationem non gaudet dicto privilegio contra locatorem, nam ſi poſtea dicta mobilia invexerit in alia domo, vel in eadem retinuerit, æquum non eſt quod ſub ſpecie dotis penſionem deneget (11). Poſtremo dicendum quod maritus poteſt uxoris bona locare, quia a lege mandatum habet (12), & locatio in qua adſit læſio enormis, vel enormiſſima gaudeat remedio, *Legis ſecundæ Cod. de reſcind. vend.* (13). Si conductor velit controverſiam movere contra locatorem, ſuſtinere volens ſe rei locatæ proprietatem habere, debet antea eiuſdem poſſeſſionem locatori reſtituere, atque ita intelligendum, quod inquiunt DD. quod nequit conductor refricare quæſtionem dominii. *ad Theoric. Text. in Leg. ſi quis conductionis Cod. locati*

(1) *Leg. conduct. et Leg. ſi quis conduction. Cod. locat.* (2) *Leg. æde 3. Cod. eod. Leg. quæro 56. §. inter locat. ff. eod. Grat. diſcept. forenſ. cap. 17. num. 15.* (3) *Leg. ſi quis conduction. Cod. locat. Grat. diſcept. for. tom. 1. cap. 19. num. 11.* (4) *Pacion. de locat. et conduct cap. 57.* (5) *dict. Leg. æde 3. Cod. locat. Marzimedic. exam. 28.* (6) *Pacion. de locat. cap. 56. per tot.* (7) *Pacion. cap. 61.* (8) *Palma dec. 67. num. 12. Ludoviſ. dec. 68.* (9) *Sard. deciſ. 265.* (10) *Salgad. labyr. cred par. 2. cap. 27. n. 67. et 68. ſed quo caſu, et quomodo vidend. Cavaler. dec. 342. per tot. Pacion. de locat. cap. 39. n 51. et ſeqq.* (11) *Grat. diſcept. forenſ. cap. 68. num. 4. an quando datur ad habitandum dict. Grat. eod. cap.* (12) *Marzimed. dec. 20. per tot.* (13) *Grat. tom. 3. cap. 514. n. 24.*

Digitized by Google

Bona Eccleſiæ.

ECcleſiæ bona non poſſunt locari niſi ad triennium, quando quotannis reddunt fructum, ſi autem darent fructum de triennio in triennium, ut ſilva &c. poſſunt locari ad ſex, vel novem annos *Gratian. tom. 5. cap. 932. num 13. Rot. par. 10. rec. dec. 219. num. 6 & ſeqq.* ulterius ſi locatio prædicta fiat pro quadriennio, ſcilicet, vel cum pacto renovandi de anno in annum nulla ipſo iure eſt in totum, & utile, per inutile vitiatur (1), addendum inſuper eſt quod rectore alicuius Eccleſiæ decedente reſolvitur locatio ab eodem facta, nec novus rector eidem ſtare tenetur, ſi tamen rector, qui deceſſit locaſſet bona ſterilia, quæ redacta eſſent ad culturam, tunc rector ſucceſſor teneretur ſtare locationi (2).

(1) *Text. in extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienandis Merlin, dec. 826. Rot. par. 13. rec. dec. 474. num. 5. ec. par. 14. dec. 372. per tot. Magon. dec. Flor. 67. num. 35. Altograd. conſ. 23. num. 24. lib. 1. Rot. par. 10. dec. 219. per tot. Pacion. cap. 14. per tot.* (2) *vidend. Pacion. de locat. et conduct. fuſe agentem de hac materia.*

Reſtaurum, ſeu Penſionis reductio.

PEnſiònis remiſſio per locatorem fieri debet conductori in caſu exceſſivæ ſterilitatis, niſi ſterilitas unius anni compenſaſari poſſet cum ubertate alterius ut tenent nonnulli; quod quando initum fuit pactum de facienda remiſſione non detur compenſatio (1), & ſi conductor ſibi providerit, quod locator promittat facere remiſſionem penſionis in certis caſibus; in aliis non ſpecificatis renunciaſſe videtur (2).

Onus tamen probandi damnum intollerabile, nempe quod fructus percepti, deductis expenſis culturæ, non ſufficiant pro medietate penſionis incumbit conductori, alias nequit obtinere reductionem (3), & ad hoc ut de reſtauro gaudere poſſit debet locatori intimationem facere, ſi tamen caſus non ſit notorius. Poſtremo dicendum ſupereſt, quod conductor fundi alicuius ſi ſciat periculum cui dictus fundus ſubiacet, puta ob viciniatatem fluminis, non poteſt agere pro reſtauro, quia ſciens

ſta-

ſtatum rei voluit contrahere (4). Qui plura deſiderat videre poterit (5).

(1) *Caroc. de locat. qu.* 8. *n.* 51. *par.* 4. *tit. de remiſſ. Ciarlin. contr. cap.* 47. *n.* 58. *tom.* 1. (2) *Manſ. conſ.* 366. *n* 12. *ec.* (3) *Grat. conſult.* 557. *num.* 8. *tom.* 3. (4) *Grat. diſcept. tom.* 3. *cap.* 557. *num.* 5. 9. 10. (5) *Pacion. Carocc. de locat. et conduct. Boſſ. tract. var. Cancer. variar. reſol. cap.* 14. *De Luc. eod. tit. Surdo dec.* 326. *alioſque complures.*

Renovatio.

EX Iuris Communis diſpoſitione falſum vulgare dicterium eſſe conſtat, quod nempe in ſimplici locatione, vetus conductor in locatione novo præferri debeat, etiam ſi offerat pretium ab alio exhibitum (1), niſi id præciſe cautum inveniatur ab aliquo particulari ſtatuto, ut obſervatum fuit cum de intratura egemus; neque hoc Ius prælationis tribuit dicto conductori avviamentum, ſeu quodcumque aliud melioramentum, quod conductoris opera prætioſiorem rem locatam reddiderit (2).

Nota = quod verbum = avviamentum = Iuri Romano ignotum eſt, nec de ſui natura eſt refectibile ut ex (3), niſi ab aliqua particulari lege refectibilem cenſeri debere iubeatur: regula tamen preſcripta in lege *ne cui liceat*, de qua hic infra *n.* 1. in pluribus caſibus limitatur, & videre eſt penes *Pacion. et Franc. loc. cit.* præcipue ſi agatur de rebus Fiſcalibus, ad *Text.* (4).

(1) *Leg. ne cui liceat* 32. *Pacion. de locat. et conduct. cap.* 20. *ex num.* 39. *ad ſeqq. Franco dec.* 406. *per tot. Boer. dec.* 107. *num.* 2. (2) *Polit. tit. de locat. diſſert* 6 *num.* 14. *tom.* 4. (3) *De Luc. de feud. diſc.* 27. *ſub num.* 11. (4) *in Leg congruit. C. locat. prædior. civil. lib.* 11. *De Luc. de locat. et conduct. diſc.* 50.

Colonia.

COlonia ſive ſit locatio, & conductio, ſive ſocietas lubet ſub hoc titulo locationis &c. aliquod notabile ſubnectere, circa diſdictas coloniæ, ſequendo opinionem nonnullorum DD. qui volunt colonias potius locationi accedere, quam ſocietati; dicenda dimanant ex *Lege die* 4. *Iulii* 1598. exiſtenti in ſiltia DD. Novem

a 55. verba legis ſunt hæc = Che dove nel Contado di Firenze non foſſe ſtatuto ſopra tal materia nell' avvenire i Lavoratori poſſino chieder licenza, e i Padroni darla ai Lavoratori per tutto il meſe di Gennaio = dovendo le viti eſſere del Lavorator nuovo, al quale ſpetti il potarle, e ſimilmente i frutti = E del meſe di Agoſto il più lungo a mezzo del meſe ſè ne vadino, talchè l' effetto ſia che per tutto il dì 15. Agoſto deva il Lavorator vecchio eſſere aſſolutamente partito dal Podere = la qual provviſione ſi eſtenda in tutto il dominio di S. A. R. compreſi la Città, Contado, e Montagna di Piſtoia = ed eccettuatane la Lunigiana =.

Gabella.

Pro locationibus excedentibus quinquennium ſolvitur gabella, ut ex *Stat. Gabellar. Rubr. 9. et* 10. „ ibi „ Quando i Fitti, = o Allogagioni paſſano gli anni 5. ſi paga la gabella infra qua- = rantacinque giorni dal dì del fatto Inſtrumento = & ulterius = = delle allogagioni a mezzo, e a capo ſalvo che ſi faceſſero per = pubblico Inſtrumento ſi paga la gabella infra quarantacinque = giorni come ſopra.

Monita pro Neotericis Tabellionibus, de ea, quæ obſervanda ſunt in Contractibus Locationis, et Conductionis.

Iuxta firmata ſuperius pro regula conductor poteſt expelli a re conducta ab emptore ipſius rei, ſed hæc quæſtio de medio tolli poteſt, ſi adhibeatur non ſolum cautela iam tradita, ſed, etiam infraſcripta = promiſit dictus locator, ſe durante dicta locatione aliis, non venditurum rem locatam, nec aliquid facturum in præiudicium dictæ locationis, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, &. præcipue rei locatæ.

Ulterius illos monitos volumus, quod ſi inter partes convenerit, quod nulla reductio penſionis ex quacumque cauſa conductori ſit facienda has formulas adhibeat = N. Conductor ſuſcepit in ſe, & ſupra ſe omne periculum, & quoſcumque caſus tam ſolitos, quam inſolitos, & fortuitos, peſtis, ſterilitatis, belli = vel ſic = ſuſcepit in ſe omne periculum, riſicum, eventum, & fortunam, & omnem alium caſum fortuitum, tam prævíſum, quam non cogitatum, & inopinatum.

Notandum, quod dicta remiſſio penſionis fit conductori a locatore, quando res locata notabiliter in fructibus non ſeparatis a ſolo ob aliquod caſum fortuitum, vel inſolitum damnificatur.

Caſus fortuitus definitur eventus rei inopinatæ, quæ prævideri

videri non poteſt, vel ut alii volunt; vis, ſeu violentia, cui reſiſti non poteſt.

Caſus fortuiti multi ſunt, ſed principaliores recenſentur infraſcripti.

Sterilitas, incendium, bellum, peſtis, aquarum inundatio. Sterilitatis cauſæ enumerantur hæc, videlicet.

Immoderata ſiccitas, pluvia inſolita, grando, aut tempeſtas immoderata, locuſtarum, vel cavallettarum, vel ſturnorum, vel grillorum, vel talparum, vel aliorum animalium damnum ferentium exceſſivus numerus; Elementi corruptio, ſeu putrefactio.

Super hanc materiam videndi ſunt, *Carocc. de locat. et conduct. par. 4. de remiſſ. merced. per tot. Pacion. dict. tract. cap. 46. et ſeqq. Boſſ. tract. var. Cancer. var. reſol. cap. 14. de locat. et conduct. De Luc. eod. tit. Surd. dec. 326. et dec. 87. Magon. deciſ. Flor. 61. per tot. Bich. dec. 526. num. 3. 4.*

Non obſtante tamen pacto ſupradicto faciendum eſt defalcum quando damnum evenit non in fructibus, ſed in rei ſubſtantia cum ſemper intelligatur conditio, ſalva rei ſubſtantia, *Pacion. de locat. cap. 49. n. 72. et cap. 47. num. 18. et 31.* & quando damnum provenit ex culpa locatoris, *Pacion. dict. cap. 47. n. 26.*

Differt caſus fortuitus a caſu inſolito, quia inſolitus dicitur ille, qui rariſſime contingere ſolet.

Inſolitus eſſe dicitur, qui non poteſt probari per memoriam hominum, & ſic, quod ſpatio ſexaginta annorum numquam evenit, *Mareſcot. variar. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 12. et 13.* quare tenent nonnulli, quod ſi quis ſuſcipiat in ſe caſus fortuitos non veniant inſoliti, *Barboſ. de appellat. verb. ſignificat. appellat. 42. n. 7. Gamma dec. Luſit. 349. num. 10. et 11. Menoch. de arbitr. caſ. 80. Magon. dec. Flor. 67. per tot.*

Inſoliti caſus probantur per teſtes, *Garzia Mellin. dec. 139. Bich. dec. 191. num. 22. et ſeq.* ubi quod ſuſceptio omnis periculi eſt illicita, & uſuraria.

In contingentia caſus fortuiti, vel inſoliti, denunciari debent locatori, *Carocc. de loc. et conduct. par. 4. tit. de remiſſ. merced. num. 89. Pacion. dict. tract. cap. 46. num. 101.* & quando debeatur etiam denunciatione non facta, *Rot. dec. 129. par. 15. et. dec. 43. par. 16. rec.*

De

De Emphyteuſi.

VEnditioni non minus quam locationi affinis eſt emphyteuſis, nomen græcum, ſignificans meliorationem = definitur contractus Iuris civilis, quo alicui predium aliquod poſſidendum, & fruendum in perpetuum, aut ad tempus non breve traditur ea lege, ut penſio annua præſtetur domino = Fiebat olim cum agri ſteriles pro annua penſione alicui concedebantur, ut meliorarentur, quamvis hodie etiam uberes agri in emphyteuſim dari ſoleant (1), alii tamen diverſam tradunt definitionem ſic videlicet = eſt conceſſio rei immobilis ad tempus, vel in perpetuum pro conventa penſione, ſeu redditu, domino directo præſtanda in dominii directi recognitionem. Iſte contractus ſtricti iuris a nonnullis vocatur (2), & eſt iuris civilis ex *Lege Zenoniana prim. Cod. de iur. emphyt*

Attamen differt a venditione, & locatione, primo quia poteſt fieri locatio, & venditio tum rei immobilis, quam mobilis, emphyteuſis vero immobilium tantum.

Secundo in locatione non transfertur dominium rei in conductorem, ſed uſus; in venditione, ſi venditor ſit dominus rei transfert plenum dominium, in emphyteuſi utile tantum. Tamen in locatione ad longum tempus utile dominium transfertur, quia ſimilis eſt emphyteuſi.

Tertio in locatione & venditione penſio debet conſiſtere in pecunia numerata; in emphyteuſi poteſt conſtitui etiam in rebus.

Quarto quod emptio, & locatio ſint contractus iuris gentium, hic autem iuris civilis (3).

Quinto in venditione, ſi emptor ſemel pretium ſolverit ad nihil aliud tenetur, in hoc autem contractu quotannis penſio ſolvenda eſt.

(1) *Azzo in ſum. C. de iur. emphyt. & Gloſſ. hic in verb. emphyt.* (2) *Rot. dec.* 239. *n.* 3. 4. *p.* 15. (3) *Gloſſ. in §. ius autem gentium* 4. *ſup. de iur. nat. Leg. ex hoc.*

N O T Æ.

Emphyteuſis differt a libello = vulgo livello = quia libellus eſt ſubemphytheuticatio; hodie vero hæc duo vocabula ſynonima ſunt, ut ex *Fulgin. in prælud. qu.* 7. *n.* 5. Ad rem proprius accedendo, dicimus propriam emphyteuſim eſſe cum res ſterilis pro modico Canone datur ad meliorandum, ſed plerumque formam

ex

ex partium conventione, & locorum conſuetudine recipere videtur, nullam de cœtero habens a iure præſcriptam formam: hæc autem ſtricti iuris eſt (1), atque utile dominium, ſeu naturalem poſſeſſionem transfert, & in hoc præcipue differt a locatione, quæ nudam detentationem tribuit (2), hæc ſuapte natura perpetua eſt, ac in tres dividitur ſpecies, eo modo quo feudum quod cum emphyteuſi fraternizat, ita ut dicta de una, de alio dicta intelligantur e converſo.

Primo igitur emphyteuſis, alia hæreditaria eſt ex pacto, & providentia alia, alia demum mixta.

Primæ ſpeciei eſt, quæ conceditur a privato domino pro quibuſcumque heredibus, & ſucceſſoribus abſque reſtrictione ad deſcendentes, qui a DD. hæredes ſanguinis vocantur (3), quo caſu debet ſucceſſor præſeferre hæreditariam qualitatem ultimi decedentis (4), ubi vero appareat fuiſſe de deſcendentibus præciſe cogitatum, tunc ſuccedens debet hæreditariam qualitatem non ſolum primi acquirentis, ſed ultimi decedentis obtinere; regulariter tamen in ea, idem ſuccedendi ordo eſt, quem iura ſtatuunt in bonis liberis (5).

Secundæ ſpeciei eſt, quæ dicitur ex pacto, & providentia, ſeu pactionata de ſui natura fœminas excludens, & ea eſt quæ plerumque concedi ſolet ab Eccleſia pro ſe, filiis maſculis, nepotibus, & pronepotibus = ſeu ad eius tertiam generationem, nec tranſire ſolet ad extraneos: In ea vocati poſſunt iure proprio illam accipere, & ex perſona propria independenter ab ultimo poſſeſſore, ex quo fit, quod filius patris hæreditatem repudiare poteſt, emphyteuſim tamen retinere, ut accidit in fideicommiſſo, & iurepatronatu (6), cœterum poteſt etiam accidere, quod emphyteuſis concеſſa a privato ſit pactionata, cum id pendeat a partium conventione (7).

In hac ſpecie ſciendum eſt, quod emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, filiis, nepotibus, uſque in eius tertiam generationem extenditur ad pronepotes, & amplectitur tres generationes non computato primo acquirente, a quo non incipit prima generatio, ſed a filiis, cum nemo poſſit ſe ipſum generare (8), ſed animadvertendum eſt, quomodo, & qua ſtructura verborum pactum ſit initum = nam ſi dictum fuerit = in, vel uſque in tertiam generationem ſimpliciter = computatur a primo acquirente, & ſic primus vocatus cenſetur comprehenſus, & ab eo dinumeratur prima generatio = ſecus autem ſi dictum ſit in ipſius acquirentis, vel eius tertiam generationem (9), ex ratione ſuperius allata, quod nemo ſe ipſum generat.. Diſtinctionem hanc

exa-

examinant, qui agunt de celebri *Theor. Baldi in auth. ſi quas ruinas Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* an in conceſſione Fundi Eccleſiaſtici ad tertiam generationem primus acquirens comprehendatur, adeoque an finiatur emphyteuſis in nepotibus, vel potius ad pronepotes extendatur, de qua *Fulgin. de emphyt. qu. 2. per tot. De Luc. de emphyt. diſc.* 14. *n.* 4. *Rot. Rom. cor. Merlin. dec.* 420. *n.* 4. *Liburnen. Emphyteuſis* 9. *Septembris* 1712. §. *Et reſpondendum &c. cor. Neri Badia*.

Succeſſio in huiuſmodi emphyteuticis conceſſionibus pertinet ad proximiores ultimi defuncti, qui ſint de comprehenſis in inveſtitura, non ad proximiores primi acquirentis. Si unus decedat cum filiis illi admittuntur excluſis patruis etiam proximioribus primo acquirenti (10).

Tertiæ demum ſpeciei eſt, quæ mixta dicitur, utramque qualitatem ex ſupradictis retinens: in ea ſola qualitas ſanguinis non ſufficit ad obtinendam ſucceſſionem, niſi accedat hæreditaria, quæ tamen ſufficit potentia, & non actu, quia ſcilicet poſſet eſſe hæres, & non eſset de facto, ex quo ultimus poſseſsor alium extraneum hæredem, remotioremque hæredem inſtituiſset (11), vel ſufficeret eumdem hæredem eſse in re certa, & non univerſalis, & ita intelligendam eſse arbitror doctrinam *De Luc. de iur. patr. diſc.* 60. *n.* 26. aliorum ſcilicet, quod in puncto iuris verius ſit, ut etiam in feudo, vel emphytheuſi, vel quacumque alia mixta ſucceſſione, requiratur ſolum qualitas hæreditaria primi acquirentis, non autem ſucceſsorum (12).

Redeundo ad ea, quæ ſuperius notavimus certum eſt, quod emphyteuſis conceſsa pro ſe, filiis, & nepotibus ab Eccleſia, non comprehendit fœminas, nec ab hac regula receditur ex ſola proprietate ſermonis, vel ex veriſimili interpretatione.

(1) *Rot. Rom. dec.* 239. *num.* 3. *&* 4. *par.* 15. *ab Harpreſto tamen inſtit. h. t. definitur = Contractus Iuris Gentium bonæ fidei ſolo conſenſu conſtans &c =* (2) *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 4. (3) *De Luc. de emphyteuſ. in ſumm. Rot. par.* 9. *rec. dec.* 427. *per tot.* (4) *Palma dec.* 428. *num.* 35. *De Comit. dec. Sen.* 32. *n.* 13. (5) *De Luc. in ſumm. de emphyt.* (6) *Maranta in Leg. is poteſt num.* 22. *Menoch. de præſumpt. præſumpt.* 48. *num.* 12. *Rot. dec.* 55. *par.* 10. *rec.* (7) *De Luc. loc. cit.* (8) *Merlin. dec.* 454. *Rot. dec.* 195. *par.* 14. *rec. Urceol. poſt tractat. de tranſact. deciſ.* 13. (9) *Alex. conſ.* 125. *lib.* 5. *Merlin. dec.* 420. (10) *vidend. De Luc. in ſumm.* (11) *De Luc. loc. cit.* (12) *idem De Luc.*

Alie-

Digitized by Google

Alienatio.

PRO regula ſtatuendum eſt emphyteuſim inalienabilem eſſe in præiudicium vocatorum, etiam a primo acquirente (1), & præcipue ſi agatur de pactionata, & mixta.

Verum ſupradicta regula limitatur caſu quo acquiſita ſit titulo oneroſo (2), nam primus acquirens cum dicto titulo poteſt vocatis præiudicare (3), & iuxta ea, quæ tenent aliqui ex DD. tenendum videtur, quod ſi agatur de patre, vel avo in poteſtate filios, & reſpective nepotes habentibus, poſſe illos emphyteuſim etiam pactionatam, quam acquiſiverunt titulo lucrativo, præcipue ſi conceſſio facta ſit principaliter pro ſtipulante, & pro filiis in præiudicium eorum alienare (4), ſed quæ dicta ſunt de patre, & avo, non procedunt ſi agatur de matre, quæ filios in poteſtate non habet, in extraneo, quam opinionem non ſatis probat *De Luc. de emphyt. diſc.* 70. *n.* 3. *&* 14. qui in contrariam Sententiam inclinat, quoad matrem, & extraneum, attentis caſuum circumſtantiis, ut apud eumdem videre eſt.

Illud tamen certum eſt, quod emphyteuta tam Eccleſiæ, quam privati quamcumque alienationem rei emphiteuticæ, ac melioramentorum facere nequit abſque conſenſu Domini directi, ſub caducitatis pœna, ideoque alienare volens, tenetur etiam eidem denunciare pretium, quod ab aliis offertur cum termino duorum menſium ad deliberandum ſi velit emere, quo elapſo ſine aliqua domini prædicti declaratione poterit emphyteuta vendere offerenti (5).

Ad vitandas dubietates obſervandum eſt, quod inter alienationes non recenſentur infra dicenda, & conſequenter non inducunt pœnam caducitatis, ſi fiant irrequiſito domino.

Primo itaque poteſt emphyteuta commoditatem rei emphyteuticæ hypothecæ ſubiicere (6), uſumfructum alteri concedere, ſervitutes imponere (7), cenſum conſtituere (8), ſuper re emphyteutica, dummodo tamen in actu conceſſionis huiuſmodi onera imponere non ſit prohibitum (9), quæ tamen omnia reſolvuntur, reſoluto iure emphyteutæ imponentis, vel eiuſdem hæredis univerſalis (10), niſi forte domini conſenſus acceſſerit.

Poteſt inſuper abſque conſenſu domini fieri alienatio inter ipſos comprehenſos, quod intelligendum eſt in præiudicium prædicti domini, non aliorum autem vocatorum in gradu anteriori, præcipue quando agitur de emphyteuſi pactionata (11).

Itemque in dotem dari poſſunt bona emphyteutica dummodo non dentur æſtimata, & pro fundo dotali (12), & citra præiudicium vocatorum in gradu proximiorum, nam in emphyteuſi pactionata durat obligatio, ut ſuperius innuimus ad vitam emphyteutæ dotantis, niſi dotans ex ipſa inveſtitura haberet huiuſmodi facultatem, vel alii vocati eſſent eiuſdem hæredes, nam tenerentur ſervare pactum defuncti (13).

(1) *Franc. dec.* 235. *Rot. par.* 13. *rec. dec:* 319. *& par.* 16. *rec. dec.* 350 *per tot.* (2) *De Luc. de emphyt. diſc.* 10. *n.* 3. *Rota dec.* 55. *par.* 10. *rec.* (3) *dict. De Luc. diſc.* 70. *num.* 13. *loc. cit. Rot. dec.* 176. *n.* 32. *par.* 5. *rec.* (4) *Controv. Boſcol. poſt De Luc. de emphyt. art.* 2. *num.* 27. 40 *&* 66. *Ciarlin. controv.* 158. *per tot* (5), *Clar. §. emphyteuſis qu.* 13. *per tot. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de alienat. qu.* 1. *num.* 1. (6) *Grat. diſcept. for. cap.* 43. *cap.* 88. *num.* 39. *cap.* 921. *n.* 8. *Surd. dec.* 286. *per tot. Franc. dec.* 226. *Urceol. conſ. for. cap.* 32. *num.* 28. (7) *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de alienat. qu.* 1. 2. *num.* 279. (8) *Ceuc. de cenſ. qu.* 22. *per tot. Rot. par.* 9. *rec. dec.* 328. *num.* 11. *dec.* 483. *& par.* 11. *dec.* 257. *num.* 1. (9) *De Luc de emphyt. diſc.* 58. *n.* 10. 11. (10) *Clar. §. emphyt. qu.* 18. *Tiraquel. de retract. conventional. §.* 3. *Gloſſ.* 1. *num.* 12. (11) *Rot. par.* 10. *recent. dec.* 55. *n.* 23. (12) *Gratian. diſcept. for. cap.* 511. *per tot. & cap.* 743. *num.* 95. *Altograd. conſ.* 9. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2. *Rot. par.* 10. *rec. dec.* 73. *num.* 7. *& par.* 15. *dec.* 78. *ſub num.* 55. (13) *Rot. dict. deciſ.* 55. *num.* 26. *par.* 10. *recent. Fulgin. tit. de alienat. qu.* 1. *num.* 262.

Ad Theor. Bartol. in Leg. 1. *C. per quas perſon. nob. adquir.* nimirum quod primus acquirens ex cauſa oneroſa poſſit emphyteuſim alienare in præiudicium comprehenſorum in inveſtitura, & quando procedat vel non, *vid. Fulgin. de contract. emphyt. qu.* 24. *Torr. de maiorat. tit. de ſucceſſ. in feud. & emphyt reſp.* 4. *num.* 4. *tom.* 2. *Bonfin. de fideic. diſp.* 96. *Rot. Bom. in nuperr. dec.* 398. *num.* 2. *& ſeqq. t.* 5. *par.* 2. *Piſana emphyteuſis* . . . . 1693. *cor. Pacion. & Venturini impreſſ. apud Manſ. conſ.* 751.

Quænam dicatur cauſa lucrativa, vel oneroſa.

EMphyteuſis cenſetur acquiſita cauſa lucrativa, quando primus acquirens, nihil elargitus fuit domino directo pro inveſtitura (1), nec ad hoc ut dicatur oneroſa ſufficit pactum de meliorando (2); conſideratur ſolutio, niſi illa ſit talis, quæ gratiæ

præ-

præponderantiam in concedente excludat (3), ideoque ad hunc effectum attenditur cuius contemplatio fuerit habita in contractu (4), iuxta vero aliquorum opinionem onerosa cauſa eſſe dicitur, quando pretium ſolutum præponderat ſaltem medietati valoris rei (5), cum requiratur præponderantia ex dictis ſupra (6). Theoricam vero in hac ſpecie tradit *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 6. *num.* 23. Emphyteuſis Eccleſiaſtica cenſetur acquiſita titulo oneroſo, quia non conceditur niſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem.

(1) *Rot. dec.* 590. *num.* 6. *par.* 19. *tom.* 2. *&* *dec.* 55. *num.* 19. *par.* 10. *rec.* (2) *dict. dec.* 55. *num.* 10. (3) *dec.* 245. *num.* 3. *par.* 15. *rec.* (4) *dec.* 741. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 3. *& ibid. n.* 33. *dec.* 52. *num.* 3. *par.* 16. *& dec.* 218. *num.* 2. *par.* 10. (5) *De Luc. de emphyt. diſc.* 10. *num.* 4. (6) *Rot. dict. dec.* 55. *par.* 10. *num.* 19. *rec. & ſeqq.*

Laudemium.

Laudemium eſt præſtatio, quæ ſolvitur domino directo pro inveſtitura noviter acquiſita per emptorem de pretio emphyteuſis emptæ, ſeu alio extraneo titulo, citra ius ſucceſſionis, ex prima vocatione promanante acquiſitum, id eſt quando bona ſubemphyteuticantur ab emphyteuta (1), de pretio emphyteuſis emptæ ad rationem duorum, pro centenario, cum ſit quinquageſima pars dicti pretii (2), illud tamen poteſt eſſe maius, vel minus ex locorum conſuetudine, & attenditur valor rei de tempore novæ inveſtituræ, non autem primæ conceſſionis, ac deductis oneribus, & penſionibus, intelligendo etiam de valore utilis dominii ſeparato a iure directi, niſi aliter ſervetur de conſuetudine.

Animadvertendum ideo eſt, quod ſupradictum laudemium differt ab illa pecunia, quæ vulgariter appellatur intratura, & quandoque etiam laudemium, abuſive tamen, & ſuper qua ſi nihil paciſcatur, non debetur, diverſimode tamen ſe res habet in laudemio primæ ſpeciei, quod debetur etiam non conventum (3).

(1) *Franc. dec.* 437. *Fulg. de iur. emphyt. tit. de laudem. qu.* 23. *per tot.* (2) *Iaſon. in Leg. fin. et alii Cod. de iur. emphyt.* (3) *Fulgin. dict. tit. de laudem. num.* 9. *et ſeqq.*

Caducitas.

TRibus de cauſis emphyteuſis amittitur, primo ob intermiſſam Canonis ſolutionem, ſecundo ob deteriorationem rei emphyteuticæ, & tertio ob alienationem irrequiſito domino.

Ob intermiſſam ſolutionem cum hac diſtinctione; vel agitur de privata, ſeu ſeculari emphyteuſi, & amittitur ſi per triennium nullum Canon domino ſolvatur (1), vel de Eccleſiaſtica ſi per triennium ceſſatum fuerit a ſolutione Canonis; hoc tamen præcipuum eſt, quod in Eccleſiaſtica de iure concedi debet purgatio moræ cum termino duorum menſium ad ſolvendum, quod tamen ex Sententia DD. remittitur arbitrio Iudicis, nec emphyteuta expelli poteſt ſine citatione, etiam ſi adeſſet pactum ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate (2), mora poteſt etiam purgari de æquitate in emphyteuſi laicali (3).

Quoad deteriorationem ſciendum eſt, quod damnum debet eſſe grave, & promanans ex culpa, & dolo emphyteutæ in ſubſtantia prædii emphyteutici (4).

Ad alienationem quod attinet intelligendum eſt, ſi hæc fiat ſine conſenſu domini, & hoc procedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & mixta (5).

(1) *Fulgin: de iur: emphyt. tit. de ſolut. qu.* 1. *Rot. dec.* 361. *num.* 11. *par.* 13. *rec.* (2) *Urceol. conſult. for. cap.* 33. *per tot.* (3) *Clar. §. emphyteuſis qu* 8. *num.* 15. *Paul. Criſt. dec.* 137 *vol.* 1. *Rot. par.* 11. *dec.* 361. *n.* 70. *et ſeqq et par.* 13. *dec.* 375. *num.* 14. *et dec.* 271. *n.* 84. 88. 89. *rec.* (4) *Corbul. de cauſ. privation. ob deteriorationem. cap. pr. per tot. Magon. dec. Flor.* 145. *num.* 1. *Marzimed. dec:* 47: (5) *Urceol. conſ. for. cap.* 33. *Rot. par* 9. *rec. dec.* 53. *et par.* 10. *dec.* 73. *et dec.* 319. *n.* 23. *par.* 13.

De Renovatione.

DUplex renovatio eſt, aut ex conventione, aut ex mente Legis = ex conventione ea dicitur cum in contractu emphyteutico adeſt pactum renovandi de 29. annis in annos 29. = Conventio hæc duos diverſos caſus reſpicit ex quibus plures diverſi dimanant effectus; primus nempe caſus eſt, quando pactum illud appoſitum fuit ad faciliorem probationem emphyteuſis, conceſſæ uſque ab initio in perpetuum, & tunc renovatione etiam

omiſ-

omiſſa durat adhuc emphyteuſis atque omiſſio renovationis caducitatem non inducit (1).

Secundus eſt caſus ubi ab initio facta ſit renovanda de 29. in 29. annos ſub pœna caducitatis, quia tunc ſi renovatio non fuerit petita præfinito tempore dicitur ad dominum reverſa ipſo iure, nec emphyteuta poteſt illam amplius petere (2).

Secundæ ſpeciei renovatio eſt, cum ob lineam finitam, res ad dominum revertitur, nam ſi ille velit rem emphyteuticam rurſus locare debet ultimi emphyteutæ agnatos præferre, non tamen tranſverſales pro ea ſumma, quam alter offert (3).

Notabile verum eſt in hac materia, quod hæc renovatio datur favore illius, cuius iura utilis dominii erant de tempore finitæ præcedentis conductionis, præcipue quando facta fuerunt notabilia melioramenta (4).

Hæc tamen renovatio peti non poteſt quando emphyteuſis fuit ad dominum reverſa ex culpa emphyteutæ veluti ex omiſſa canonis ſolutione, ut videre eſt apud citatos Auctores.

(1) *Rot. dec.* 438. *num.* 3. *par.* 1. *dec.* 381. *n.* 14. *par.* 10. *dec.* 243. *pag.* 11. *rec.* (2) *Magon. dec. Flor.* 145. *num.* 12. *et* 18. (3) *Iuxta Theor. Bartol. in Leg.* 1. §. *permittitur ff. de aqua quotidiana, et æſtiva, de qua in Piſana devolut. emphyt.* 7. *Aprilis* 1725. *art.* 4. *pag.* 11. *cor. Venturini, et in Piſana ſeu Riparbell. bonor.* 12. *Iunii* 1745. *cor. Franceſchini p.* 6. *et in Piſana, ſeu Clarmen. bonor.* 23. *Septembris* 1749. *cor. Ulivelli* §. 3. *per tot.* ubi plura ad hanc materiam. (4) *Corradin. de iur. prælat. qu.* 42. *num.* 1. *et* 2. *Bonfin. de fideic. diſp.* 67. *Mantic. lib.* 22. *tit.* 24. *n.* 16. *et* 17. *Rot. dec.* 31. *n.* 12. *par.* 16. *vidend. Pacion. de locat. cap.* 14. §. 3. *num.* 18. *Rot. cor. Molin. dec.* 1069. *num.* 7. *et* 34.

De ordine ſuccedendi in Emphyteuſi ſecundum eiuſdem naturam, et ſpeciem.

Ex trium ſpecierum emphyteuſis præmiſſa diſtinctione ordo ſucceſſionis pendet. Nam ſi agatur de hæreditaria idem ſuccedendi ordo eſt, quam in bonis liberis, ſolo excepto Fiſco (1).

In ea, quæ ex pacto, & providentia fit, ad ſolos legitimos hæredes ſanguinis reſtricta eſt ſucceſſio, cum ordine proximitatis, quod procedit ubi ad ſolos maſculos, vel ad certum perſonarum genus ſucceſſio reſtricta eſt.

In emphyteuſi eadem cadit proximitatis regula, quæ in fideicommiſſis, ut ex perſona ultimo loco deficientis, non autem

primi

primi acquirentis metienda veniat, niſi aliter inveſtituræ Lex diſponat, vel mens primi acquirentis, quæ ſucceſſorum obligatoria ſit: illud tamen ſtatuendum eſt, in emphyteuſi non admitti repreheſentationis beneficium, ita ut gradu remotior proximiori æqualis fiat, ideoque vera proximitas eſt attendenda (2). Spectatur tamen linearum ordo, qui in fideicommiſſis, ut ſemel ingreſſa linea perſeveret uſque ad deficientiam (3). Ulterius admiſſa fœminarum capacitate earum præpoſterus intrat ordo, qui in adgnatitiis fideicommiſſis habetur, niſi inveſtituræ Lex, vel alia circumſtantia diverſimode ſuadeat (4).

(1) *Quo caſu, et quomodo vidend Rot. dec.* 261. *num.* 9 *ec. par.* 10 *rec. Magon. dec. Flor.* 12. *n.* 8. *Clar. §. Emphyt. qu.* 29. (2) *De Luc. diſc.* 17. *n.* 47. *et* 52. *h. t.* (3) *dict. De Luc. diſc.* 11. 32. *et* 53. *h. t.* (4) *idem De Luc. in ſumm.*

Appendix.

Animadvertendum eſt, quod in emphyteuſi conceſſa pro ſe & filiis non comprehenduntur fœminæ, niſi conceſſio facta ſit a fœmina, *Maranta in repetit. Leg. is poteſt n.* 25. *et* 26. *ff. de acquir. hered. Urceol. conſ. for. cap.* 37. *n.* 11. = verum de ſui natura eſt tranſmiſſibilis tam ad maſculos, quam ad fœminas niſi adſit Statutum illas excludens, *Magon. dec. Luc.* 7. *per tot.* & quando eſt conceſſa pro ſe, filiis maſculis, & fœminis intelligitur ordine ſucceſſivo, non ſimultaneo ſtante Statuto excluſivo fœminarum, *Marant. ubi ſupra Rot. par.* 12. *rec. dec.* 135. *num.* 12. & intelliguntur comprehenſæ, quando ex primo inveſtito non ſuperſunt maſculi, *Rot. ubi ſupra*,

---

An Emphyteuta poſſit deſerere bona emphyteutica, & illa invito Domino renunciare, ſeu licentiare.

QUæſtio hæc dirimenda eſt in hypoteſi, quod agatur de emphyteuſi ex pacto, & providentia, quæ facta ſit pro ſe, & ſucceſſoribus, nulla facta mentione hæredum, vel pro ſucceſſoribus, eorumque &c. & quæ realiter dicitur ex pacto, & providentia, ad eamque filii, & deſcendentes, uti filii ſimpliciter, & deſcendentes, non autem uti hæredes invitati cenſentur (1). Nam quæ dicenda ſunt, neque mixtæ, neque hæreditariæ aptari poſſunt; illam enim reſolvendum videtur poſſe ſucceſſores refutare, quia regulariter in ſtipulatione huiuſmodi emphyteuſis ex

ex pacto, & providentia tot ſunt ſtipulationes & conceſſiones, quot ſunt generationes in ea comprehenſæ (2), ut eſt de donatione facta alicui, & eius filiis, & deſcendentibus, in qua tot cenſentur donationes, quot ſunt perſonæ vocatæ (3). Ac ideo licet acquirens ſtipuletur pro filiis, nepotibus, & pronepotibus, attamen illi obligati non remanent ſine tacita, vel expreſſa eorum acceptatione (4), nec refragatur contraria opinio, *Fulgin. & De Luc.* quia eorum opinio procedit ubi defunctus ſe obligaſſet nomine proprio pro filiis, non quando pro illis ſolum ſtipulatur, & nomine alieno contrahit *Andreol. loc. cit.* vel promittit de rato cum clauſula alias de proprio &c.

Quod obtinet quamvis filius ſit patris hæres ea ratione, quia pater contrahens nomine filii abſentis, nec filium obligat.

Non ſe, quia gerens ſimpliciter alienum negocium in nihil obligatur; non filium, quia non adfuit, nec conſenſum præbuit, & ideo prohibet eum, licet hæredem, reſilire a contractu ob defectum proprii conſenſus (5).

Quod procederet etiam ſi eſſemus in contractu, qui saperet locationem, quia non implicat eam poſſe pationatam eſſe, nec egredi perſonas expreſſas, ita ut ab indole ſtipulationis, vel alia lege conventionum alias ſub locatione non cadente qualificatur (6), nec ab emphyteuſi diſtinguatur.

Quamvis emphyteuſis laicalis de ſui natura ſit hæreditaria (7), ſi acciderit eam conceſſam fuiſſe pro ſe, & deſcendentibus maſculis reputatur ex pacto, & providentia, ſeu familiaris (8).

(1) *Bartol. in Leg. ſi tibi decem §. Pactus num. 7. ff. de pact.* (2) *Corn. conſ.* 301. *n.* 2. *lib.* 1. *Andreol. contr.* 379. *n.* 7. *Altogr. conſ.* 38. *num.* 26. (3) *Amat. reſol. var.* 30. *num.* 1. *et ſeqq. Rot. dec.* 230. *n.* 21. *et* 22. *par.* 6. *rec.* (4) *Corn. dict. conſ.* 301. *n.* 2. *Grat. dec. March.* 88. *num.* 4. (5) *Pinell. in Leg.* 1. *Cod. de bon. matern. num.* 23. *Phanucc. de inventar. par.* 7. *a num.* 162. *ad* 167. *vidend. vot. Rot. Sen. impreſſ. poſt Baniell. per tot. in ordin. conſ.* 97. *et Senen. emphyt.* 15. *Maii* 1683. *impreſſ. apud eumdem in ordin. conſ.* 98. *et conſ.* 95. *ſuper artic.* 3. *pag. mihi* 544. (6) De *Luc. de emphyt. diſc.* 13. *n.* 9. (7) *Palm Nep. alleg.* 79. *n.* 2. *et* 3. *alleg* 80. *num.* 4. (8) *Rot. deciſ.* 214. *num.* 10. *et ſeqq. par.* 16. *recent. deciſ. Rot. Senen. penes. Beniell. ſub conſ.* 97. *num.* 10. 11. *et* 12.

Mo-

Monita pro Neotericis Tabellionibus ad ornat. formul. et pro addit. ad præced.

ANimadvertant Notarii non apponere in inſtrumentis emphyteuticis, quæ fiunt cum Eccleſia clauſulam pro ſe, & ſuis hæredibus, quia de ſui natura non eſt tranſitoria ad hæredes, vel qualitas hæreditaria non requiritur ad ſuccedendum in emphyteuſi pactionata, & hoc dicitur pro generali regula, nam aliquando inter partes poteſt diverſimode paciſci, quia contractus a voluntate contrahentium legem accipiunt, niſi Lex obſtet,

Advertat notarius ſimilia inſtrumenta conficiens de utili dominio, quod quando fit venditio hujusmodi emphyteuſis ponat in principio inſtrumenti (reſervato tamen aſſenſu domini directi) hoc tamen in Etruria locum habere non videtur, ſi agatur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, ut ex *Leg. diei* 2. *Martii* 1769. §. 18. de qua inferius.

Notarius in ſimilibus venditionibus non dicat in inſtrumento (Titius vendidit Caio, talem petium terræ livellariæ) ſed = vendidit melioramenta, ſeu utile dominium, prout in inveſtituris, quæ fiunt a domino directo dici debet (inveſtivit Sempronium de melioramentis, ſeu de utili dominio) = eo quia Livellarius habet tantum utile dominium.

Notandum inſuper, quod ſi verba inveſtituræ ſint concepta (pro ſe, & ſuis hæredibus) emphyteuſis intelligitur tantum de deſcendentibus, nam pronomen illud (ſuis) prælatum verbo hæredibus, facit contrahentes intellexiſſe de deſcendentibus, *Altograd. conſ.* 25. *num.* 2. *vol.* 1.

Item Emphyteuſis, ſub nomine perpetui, non tranſit ad extraneos, quia illud verbum ordinem ſucceſſivum importat inter vocatos, & non poteſt verificari in extraneos, *Leg ſi fuerit ff. de legat.* 3 *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 343. *num.* 2.

Si emphyteuſis acquiſita fuerit, pro ſe, filiis maſculis, & fœminis, tranſit ad fœminas, niſi adſit Statutum excluſivum fœminarum, *Papienſ. in prax. forma libell. affict. præſtat. Gloſſa recuſavit, in verbo maſculis, et fœminis.*

Si emphyteuſis conceſſa fuerit = Titio, & ſuis deſcendentibus per lineam maſculinam = Filia Titii non comprehenditur in diſpoſitione, niſi ex equitate deficientibus maſculis, ad *Theor. Caſtrenſ. in Leg. Maritus num.* 5. *Cod. de Procurator. de qua Giovagnon. reſp.* 7. *num.* 19. *lib.* 1. *Politi de renunc. diſſ.* 9. *n.* 10. *et ſeqq.*

ſeqq. quod tamen diverſimode ſtatuunt idem *Giovagnon. dict. reſp. num.* 17. *Caſtald. conſult.* 61. *Peregr. de fideic. art.* 26. *num.* 23.

Caveat Notarius in inveſtitura ad quam ſolum maſculi vocati intelliguntur non dicere. Inveſtivit Caium pro ſe, & liberis, quia in liberorum appellatione, non ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ continentur, ſed dicat pro ſe, & filiis maſculis = & optimum erit dicere ad tollenda iurgia = excluſis omnibus filiis maſculis deſcendentibus ex filia deſcendenti fœmina.

Poſtremo caveat bene explicare mentem contrahentium, ex quo linea incipere debeat, an a ſtipulante, vel ab eo vocatis. Pro regula tamen ſtatuendum eſt, quod prima generatio incipiat a filiis, & ideo ſic dicendum eſt in inſtrumento = præfato &c. præſenti, & recipienti pro ſe, ſuiſque deſcendentibus, uſque ad tertiam generationem ipſius recipientis incluſive, quia ſi diceretur accipi emphyteuſim puta ad tertiam generationem, & non poneretur illud verbum ipſius recipientis, tunc oriretur dubium an recipiens dicatur prima generatio, *vid. form. Senenſ. in notis §. ſolet pag. mihi* 215.

Quæ uſque adhuc monita, & adnotata fuere maiori ex parte ſublata remanent in Etruria, ex *dict. Leg. anni* 1769. ædita ſuper explicatione, ſeu augumento Legis reſpicientis manus mortuas, cum ibidem §. 18. hæc habeantur = Tutti i Beni ſtabili di ſuolo di diretto dominio delle Mani Morte, veruno eccettuato, de quali il dominio utile, ed il poſſeſſo con il titolo di enfiteuſi, livello, precario, o affitto perpetuo ſia attualmente nelle mani dei Laici, ancorchè riſolubile per i patti, e condizioni apposte nei contratti ſi conſiderino come appodiati, e quaſi allodiali dei poſſeſſori all' effetto, che abbino il pieno arbitrio di diſporre come beni propri per atti tra i vivi, e di ultima volontà, ſalvo ſempre l' intereſſe, e tutti i diritti, e prerogative, che per diſpoſizione del Gius comune ſi competono al Padrone diretto, ed al enfiteuta, o livellario per natura del contratto di enfiteuſi, o di livello perpetuo per la recaducità per la rinnovazione neceſſaria a favore di quegli, che hanno il diritto di domandarla, per la ricognizione nei tempi convenuti per l' inveſtitura, per il canone, o laudemio; fermo ſtante però, che debba ſtarſi al canone, o laudemio attuale convenuto nell' ultimo contratto, per cui il dominio utile è paſſato nei Laici, che non poſſa accreſcerſi nè direttamente, nè indirettamente, e che i miglioramenti ed accreſcimenti di qualunque genere, i quali veniſſero fatti nei beni livellari ec. dal giorno della publicazione della preſente Legge in avvenire ſiano ſempre nel patrimonio libero dell' enfiteuta.

Explicatio nonnullarum Clauſularum ad ornat. Formular. & Addit.

PRO ſe, & deſcendentibus = in dubio ſi non eſſet dictum, an intelligatur pro ſe, & deſcendentibus, *§. emphyt. qu 42. n. 2.* tradit = aut eſt conceſſa a privato, & non finitur. = aut ab Eccleſia, & tunc finitur, finita eius generatione.

Cadant, & redeant una cum omnibus melioramentis = ſi non eſſet dictum an ſuperficiarius detrahere poſſit melioramenta, *Io. de Graſſis de expenſ. et meliorament. cap. 14. num. 26. et cap. 15. per tot.*

An vero emphyteuta detrahat melioramenta in defectu lineæ, *Alexandr. conſ. 83. n. 9. v. 3. Dec. conſ. 518. n. 2. Clar. in §. emphyteut. qu. 45.* = firmat, quod ſi emphyteuta cadat culpa ſua non poſſit repetere melioramenta, ſi vero ob lineam finitam eadem petere poſſit.

De 29. annis, in 29. = mutatis ſucceſſoribus an debeat peti nova inveſtitura, *Pariſ. conſ. 86. n. 9. et 10. vol. 4. Bald. in auth. ſi quas ruinas n. 6. 7. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

De hac renovatione facienda de 29. annis *vid. Ananiam conſ. 90.*, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alienand. qu. 24.*

Dictorum bonorum, vel partem eorum = Emphyteuta alienans pro parte, an quando non eſt conventum cadat a toto, *Redoan. loc. cit. Clar. §. emphyt. qu. 13.*

Nec in alium transferre = hæc ſunt formalia verba *Leg. 3. in princ. Cod. de iur. emphyt.* = & dum dicitur in alium, intellige de extraneo = *Clar. in §. emphyteuſis qu. 14.*

Et non deteriorare = quia propter deteriorationem res caducatur una cum melioramentis, *Clar. ubi ſupra qu. 26. Roland. conſ. 49. num. 14 vol. 2.*

Cadant, & redeant = hæc verba an importent ipſo iure caducitatem, vel miniſterium Iudicis requirant, *dec. conſ. 138. n12.*

Et poſſit, dictus &c. propria auctoritate = ſtante inobſervantia, an dominus poſſit propria auctoritate occupare, quando non adeſt pactum = *Clar. in §. emphyteuſis qu. 11.*

Ad habendum, & quidquid ſibi, ac ſuis hæredibus placuerit faciendum = æquipollet clauſulæ, & quibus dederit, & ideo facit emphyteuſim etiam Eccleſiaſticam tranſire ad hæredes extraneos, quando eſt poſita in diſpoſitivis, ſecus in executivis, quod non procedit, ſi fuiſſet additum, natura emphyteuſis non muta-

mutata = at ſi dictum fuerit tantummodo = Quidquid Titio placuerit abſque mentione hæredum, hoc caſu eſt perſonalis, & non egreditur perſonam Titii = At ſi fuerit prohibita alienatio dicta clauſula non operatur *vid. Marta de clauſulis par. 1. clauſ. 5, pag. mihi* 2. = & hæc dicta ſint ſatis, cum aliæ clauſulæ explicatæ remaneant, cum agitur de contractibus locationis, ſeu &c. vel explicationem non requirant, dum communiter innoteſcant ec. & uſus poſſit plura docere.

Cum ſepe laudata Lex anni 1769. in Etruria normam præbeat in ſucceſſionibus aliiſque circumſtantiis reſpicientibus bona quamplurima Eccleſiaſtica, ideo imprimendam operæ pretium duximus magiſtralem *Deciſionem diei 17. Maii 1775. coram Illuſtriſſimis DD. Auditoribus Morelli, Brogiani, ac Bernardino Baratti Rotæ Florentinæ Auditorib.* quæ etiam inſervire poterit ad intelligentiam cuiuſdam inſtructionis, diei 2. Martii 1769. Typis impreſſæ, & præciſe exaratæ pro Tabellionibus, ut in principio eiuſdem legitur = Deciſio enim hæc eſt videlicet.

Montis Sancti Savini Reintegrationis.

QUantunque Bernardo, e Gio Batiſta Menchetti dopo la morte di Paolo Menchetti aveſſero permeſſo, che dei di lui Beni ne continuaſſero il poſſeſſo Lucia, e Anna Menchetti ſue Sorelle, nondimeno indotti ſucceſſivamente dalla credenza, che per la qualità di Maſchi agnati a loro prelativamente ſi deferiſſe l' Eredità ſi fecero lecito di occupare di arbitrio proprio il poſſeſſo dei beni, e farne la voltura all' Eſtimo in perſona loro. Queſto atto arbitrario, e ſpogliativo induſſe Maddalena Duranti Madre, e Tutrice delle dette Lucia, ed Anna a ricorrere giudicialmente al Magiſtrato dei Pupilli. Ma benchè non poteſſe cader dubbio, che l' occupazione arbitraria foſſe illegittima, tuttavia i Giudici avendo creduto, che nei Beni livellari poſti nel Comune di Alberoro di diretto dominio del Reverendiſſimo Capitolo della Chieſa Cattedrale di Arezzo foſſe dovuta intieramente la ſucceſſione a Bernardo, e Gio. Batiſta Menchetti per egual porzione, come agnati maſchi, compreſi nei Contratti di Inveſtitura ad eſcluſione delle femmine, confermarono per detti Beni il poſſeſſo già preſo, riſervando ad un diverſo Giudizio il decidere degli altri Beni. Queſta Sentenza è venuta avanti di noi nuovamente ad eſame per la commiſſione di reſtituzione in integrum, ed abbiamo oggi riferito, doverſi revocare, e reintegrare le Pupille Menchetti al poſſeſſo nei detti Beni di Alberoro.

S 2 Im-

Imperocchè eſſendo ridotti per l' Editto dell' anno 1769. i Beni enfiteutici di diretto dominio delle Mani Morte in tutto, e per tutto a ſomiglianza dei Beni allodiali, e liberi, eſtraneo era il ricercare, chi aveſſe la vocazione nel Contratto d' Inveſtitura per provvidenza del Padrone diretto, e del primo Acquirente, ma doveva regolarſi la ſucceſſione di queſti Beni con i gradi di proſſimità a forma dei Beni liberi: Concorrendo pertanto alla ſucceſſione di Paolo Menchetti Anna, e Lucia ſorelle germane del defonto, ad eſſe erano dovuti i Beni ad eſcluſione di Bernardo, e Gio. Batiſta agnati congiunti in ſeſto grado, *Authent. ceſſant. §. & quidem Cod. de legitimis hæredibus §. cæterum inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ. novell.* 118. *§. ſi igitur defunctus neque de hæred. ab inteſtat. venient.*

E in vano i Difenſori di Gio Batiſta, e Bernardo pretendevano di ſoſtenere, che l' Editto dell' anno 1769. rendeſſe liberi i Beni enfiteutici ſolamente per l' effetto della diſpoſizione dell' uomo, perchè poteſſero venderſi, permutarſi, o laſciarſi a chiunque per ultima volontà, e che la medeſima libertà dei Beni non aveſſe luogo per rapporto alle ſucceſſioni inteſtate, che ſi deferiſcano per ſola diſpoſizione della Legge, pretendendo, che in queſti caſi doveſſero attenderſi i patti dell' Inveſtitura; poichè queſt' aſſunto venuto già più volte ad eſame nei noſtri Tribunali, è ſtato ſempre riconoſciuto per inſuſſiſtente, e contrario allo ſpirito del Legislatore, ed alla diſpoſizione dell' Editto, e coſtantemente è ſtato giudicato, che i Beni enfiteutici di diretto dominio delle Mani Morte, anche all' effetto delle ſucceſſioni legali, ſi devino reputare per liberi, ed allodiali, come appariſce dalle Deciſioni *Florentina Emphyteuſis* 18. *Ianuarii* 1771. *cor. bo. me. Aud. Meoli, in Florentina Emphyteuſis* 14. *Maii* 1773. *cor. Dom. Aud. Buratti, confirmata die* 14. *Ianuarii* 1774. *coram Domino Auditore Ulivelli . In Piſana Emphyteuſis* 24. *Ianuarii* 1774. *cor. eodem*, *e nella Piſana prætenſæ Succeſſionis* 20. *Auguſti* 1774. *av. di Noi*.

Nè è neceſſario quì repetere i motivi, per cui ad ogni effetto anche della ſucceſſione legale, i Beni enfiteutici a tenore dell' Editto ſi ſono giudicati come liberi, ed allodiali, eſſendo già queſti motivi pienamente eſaminati nelle Deciſioni allegate e ſpecialmente nella *Piſana prætenſæ ſucceſſionis avanti di Noi*, ove bene ſi avverte, che l' Editto dirigendo le parole ai Beni, e non alle perſone dei Livellari, diſpone generalmente, che i Beni *ſi conſiderino come appodiati, e quaſi allodiali dei Poſſeſſori*: Che premeſſa queſta generale, e indefinita libertà dei Beni le

ſeguen-

ſeguenti parole *all' effetto, che abbiano il pieno arbitrio*, devono dirſi appoſte dimoſtrativamente per eſprimere uno dei principali effetti della libertà, non per riſtringere la libertà ad un ſolo effetto: E che tale, e non altra è ſtata la volontà, e l' intenzione del Legislatore, come ſi rileva dal §. 35. del medeſimo Editto „ ivi „ Dichiariamo per modo di regola, che tutte le parole = diſpoſitive tanto della Legge del 1751., che della preſente ci = è piaciuto di fare in augumento, e dichiarazione dell' altra, = debbano ſempre prenderſi nel ſignificato più naturale, più = conveniente allo ſpirito della Legge, e più uniforme all' oggetto politico, che ci ſiamo prefiſſi, che è ſtato, ed è quello = di aſſicurare il libero commercio dei Fondi, che attualmente = ſono in mano dei Laici, e di reſtituire alla libera contrattazione ancora quelli, che ſono già paſsati nelle Mani Morte „

Nè in confronto della coſtante interpetrazione data all' Editto, e dalla Rota, e dagl' altri Tribunali, era di alcuna rilevanza la ſpiegazione del medeſimo Editto, fatta nell' iſtruzione dei Notari per l' adempimento della medeſima Legge, nella quale all' Articolo quinto §. 7. così ſi legge = che ſe il Poſſeſsore, = o ſimili, ſenza aver diſpoſto dei predetti Beni nè per atto = inter vivos, nè per ultima volontà muoia ab inteſtato, i Be= ni ſopra accennati paſseranno a quelli ſucceſſivamente com= preſi nell' ultimo Contratto = mentre eſsendo tale interpetrazione contraria al ſentimento del Legislatore, e alle parole dell' Editto di ſopra eſaminate non merita di eſsere atteſa, tantopiù ſicuramente, perchè l' Editto medeſimo al §. 41. parlando dell' iſtruzione da darſi ai Notari per l' eſecuzione, ordina eſpreſsamente, che l' iſtruzione non deva averſi per parte di Legge, ſe non in quanto conviene colla diſpoſizione dell' Editto.

Non convenendo pertanto all' Editto la predetta interpetrazione, deve reputarſi erronea, e di neſſuna autorità. In fatti l' inſtruzione medeſima premette, che = lo ſpirito della Legge = è quello di aſſicurare il libero Commercio di tutto il Gius ſu= perficiario preſente, e futuro preſo in tutta l' eſtenſione, di = cui è capace = Che i Beni ſtabili di ſuolo di diretto dominio delle Mani Morte, ſi debbano conſiderare per appodiati, e quaſi allodiali dei Poſſeſſori: Che la facoltà di alienare, e di diſporre dei detti Beni *è un effetto dell' eſſer conſiderati tali Beni come appodiati, e quaſi allodiali dei Poſſeſſori, e dell' aver eſſi il pieno arbitrio di diſporne, come dei Beni propri* ...

Ma ſe i Beni per l' Editto acquiſtano la libertà, e la qualità di allodiali; ſe la facoltà di diſporre è uno, ma non il ſolo ef-

effetto della libertà, e dell' allodialità, ne viene in conſeguenza, che gl' altri effetti ancora ſiano conſiderati nell' Editto, e ſpecialmente quello della ſucceſſione legittima ab inteſtato, eſſendo ancor queſto una conſeguenza dell' allodialità dei Beni, come oſſervano la *Gloſſ. nella Leg. 1. §. permittitur ff. de aqua quotidiana, & aeſtiva, Pariſ. conſ. 22. num. 56. Rot. dec. 336. num. 6. par. 11. & dec. 92. num. 10. par. 18. tom. 1. & dec. 621. n. 16. par. 19. tom. 2. & cor. Buratt. dec. 87. num. 10.*

Conoſcendoſi dai Difenſori di Bernardo, e Gio. Batiſta poco ſicuro queſto primo fondamento, ne proponevano un altro dedotto dalla diſpoſizione ſtatutaria, per la quale pretendevano di eſſer preferiti alle Sorelle del defonto nella ſucceſſione inteſtata, ma queſto fondamento ancora fu riconoſciuto totalmente inſuſſiſtente. Secondo lo Statuto di Alberoro, nel qual Territorio ſono ſituati i Beni alla *Rubr.* 16. era anticamente ſtabilito, che le Sorelle, *non vi eſſendo Nipoti, o Figliuoli di eſſi poſſino venire all' Eredità del Fratello, e Sorella, ſiccome ſi diſpone per le Leggi comuni*. Succeſſivamente queſto Statuto venne corretto, e fu dichiarato, *che quanto alle Succeſſioni ab inteſtato ſi oſſervi lo Statuto ſotto la Rubr. 16. caſo che ſia conforme a quelli del Monte San Savino, caſo che vi ſiano ſopra tal materia, e non vi eſſendo, ſi attenda lo Statuto Fiorentino*. Finalmente lo Statuto del Monte San Savino *Rubr.* 62. *delle ſucceſſioni ab inteſtato* diſpone, che *le Sorelle, o deſcendenti da eſſe non venghino, nè ſiano ammeſſe alla ſucceſſione del Fratello, o Sorella loro, che ab inteſtato moriſſero; eſſendo ſuperſtite fratello, o fratelli del morto, o morta tanto per linea Paterna, e Materna inſieme, quanto Paterna ſolamente, o loro figliuoli maſchi*.

Atteſa dunque la riforma del Comune di Alberoro, eſſendovi nella Terra del Monte San Savino lo Statuto diſponente delle ſucceſſioni inteſtate, e confrontando queſto Statuto con gli antichi Statuti di Alberoro di ſopra riportati, deve la ſucceſſione regolarſi con i detti Statuti del Monte San Savino, nè è luogo a ricorrere allo Statuto Fiorentino, che a tenore della nota Legge *Urbem Noſtram* non ſi eſtende agli altri luoghi del dominio in quelle materie, che ſono ſtabilite con Statuto particolare del Luogo. E ſiccome lo Statuto del Monte San Savino eſpreſſamente preferiſce alle Sorelle i ſoli Fratelli, o loro figli maſchi, così eſſendo morto Paolo Menchetti ſenza fratelli, o figli di fratelli, la ſucceſſione era dovuta a Lucia, ed Anna Sorelle nè potevano in quella avere alcuna ragione Gio. Batiſta, e Bernardo Menchetti agnati congiunti in ſeſto grado, mentre la prelazione

lazione dallo Statuto data al fratello, e figli del fratello non vi è dubbio, che ſi deva intendere taſſativamente ad eſcluſione di ogni altro agnato più remoto, *Rot. in rec. dec.* 373. *n.* 3. *par.* 3. *dec.* 375 *num.* 14. *par.* 4. *& dec.* 133. *num.* 17. *par.* 9. *& cor. Merlin. deciſ.* 22. *num.* 10. *e la Rot. Noſtr. cor. Accariſ. dec.* 78. *num.* 2. *& apud de Comitib. dec.* 60. *num:* 49.

Finalmente non meritava alcuna conſiderazione l' altra pretenſione promoſſa da Bernardo, e Gio. Batiſta Menchetti, che l' eſcluſione delle femmine, e loro diſcendenti dalla ſucceſſione dei Beni livellari, foſse non un patto d' Inveſtitura fatto per providenza dei Padroni diretti, ma una diſpoſizione particolare, con la quale il primo inveſtito aveſse voluto per modo di Fidecommiſso diſporre dei Beni tra i ſuoi ſucceſsori. Imperocchè primieramente conſiderandoſi la detta diſpoſizione, come Fidecommiſso, non poteva a tenore della Legge del 1747: difenderſi dalla nullità manifeſta, non eſsendo i Menchetti di quell' ordine di perſone, alle quali è permeſso fare i Fidecommiſſi; Ma in oltre era troppo evidente, che il patto eſclùſivo delle femmine, era ſtato voluto, e ordinato dal Reverendiſſimo Capitolo Padrone diretto; poichè il Cancelliere di detto Capitolo atteſta, eſser conſuetudine invariabile del medeſimo di concedere i Livelli ſempre a linea maſcolina, eſcluſe le femmine, e i deſcendenti delle medeſime: Riſcontratiſi poi i Reſcritti coi quali il Reverendiſſimo Capitolo permeſse la traslazione dei Beni controverſi da altri Livellari in Bartolommeo Menchetti, o in Santi di lui Figlio, tutti ſi riconobbero o eſpreſsamente riſtretti ai diſcendenti maſchi per linea maſcolina eſcluſe le femmine, e diſcendenti loro, o con la relazione ai patti, e modi uſati nell' antica Inveſtitura, che per coſtante conſuetudine del Capitolo deve crederſi ſempre eſclùſiva delle femmine, e loro diſcendenti, dimanierachè coſtando, che l' eſcluſione delle femmine proveniva per la providenza del Capitolo Padrone diretto, non poteva il medeſimo patto eſimerſi dalla cenſura dell' Editto del 1769.

Coſtando da tutto quello, che ſi è oſservato, che la ſucceſſione nei Beni di Alberoro, non poteva con ragione alcuna pretenderſi da Bernardo, e Gio. Batiſta Menchetti ad eſcluſione di Lucia, ed Anna ſorelle del defonto, manca conſeguentemente l' unico Titolo, col quale pretendeva ſoſtenerſi l' illegittima occupazione dei Beni, e richiedeva la Giuſtizia, che foſsero le dette Sorelle reintegrate al poſseſso, di cui erano ſtate ſpogliate, e che ripeteſsero dagli occupatori i frutti ingiuſtamente percetti.

E così l' una, e l' altra Parte informando fu riſoluto &c.

De:

De Feudis.

SEquitur nunc aliquid dicendum de Feudis, de quibus nullam habemus notionem in Iuſtinianeis inſtitutionibus & cum hæc materia habeat connexionem quamdam cum contractibus emphytheuticis, & circa plurima, ut aiunt, fraternizent, ideo non abs re duximus, ſaltem primordia innuere, ex quibus cupidi adoleſcentes facilius poſſint cœtera (volentes) perluſtrare. Feudum igitur a fidelitate nomen ſortitur, & recte deſcribi poteſt = Benevola rei immobilis conceſſio, cum translatione utilis dominii, ſub obligatione fidelitatis, & ſervitiorum oneſtorum = Is qui feudum concedit dicitur dominus, qui vero accipit Vaſsallus. Dicitur = benevola conceſſio = quia ordinarie gratis conceditur; cum tamen non ſit de ſubſtantia quod gratuito fiat; nam etiam emi poſse, conſtat ex *cap. unic. de natura feudi*, quando vero pro minori precio, quam valet emitur, ſpeciem tamen in ſe beneficii retinet.

Dicitur ceſſio = rei immobilis = quo nomine veniunt tam res corporales, & ſolo cohærentes, ut caſtra, prædia, ſed etiam incorporalia, ut Ius piſcandi, iuriſditionem exercendi, vectigalia &c.

Dicitur transferri = dominium utile = nam directum penes dominum remanet.

Dicitur Vaſsallum obligari, ut domino ſit fidelis, ideſt quod contra dominum nil machinari queat, ſed cum conſilio, & auxilio iuvare debeat.

Dicitur = in re honeſta = quia ſi ageretur de auxilio dando contra bonos mores, non teneretur Vaſsallus, & circa ſervitia inſpicienda ſunt pacta inveſtituræ, & natura contractus.

Feudum dividitur in proprium, & improprium. Proprium dicitur quod veram naturam feudi retinet.

Improprium vero, a quo per pacta ſpecialia a vera natura feudi receditur, veluti ſunt feuda in quibus fœminæ ſuccedunt; Feuda franca in quibus nullum ſervitium præſtatur. Feuda ad vitam, ut quando aliquid præſtatur alicui perſonæ de Ærario Principis pro ſervitiis præſtitis, & præſtandis, quaſi merces ad vitam.

Secunda feudorum diviſio eſt, quod aliud ſit novum, aliud antiquum, ſed ſuper hoc diutius non immorabimur, quia quoad effectum iuris, vix aliqua differentia inter eos ſit.

Ter-

Tertia feudorum diviſio eſt, quod aliqua ſint perſonalia, aliqua familiæ ſive ex pacto, & providentia; Perſonalia dicuntur, quæ perſonam primi Vaſsalli non egrediuntur; ex pacto vero, & providentia dicuntur, quæ conceſsa ſunt in favorem & conſervationem alicuius familiæ, ac in quibus agnati tantum maſculi a primo Vaſsallo deſcendentes ſuccedunt; Feudum tandem hæreditarium, dicitur, in quo non ſolum agnati primi Vaſſalli, ſive acquirentis, ſed etiam quicumque hæredes extranei ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedant.

Quarta diviſio eſt in Eccleſiaſticum, & Seculare: Eccleſiaſticum quod ab Eccleſiarum Prælatis ex bonis ad Eccleſiam ſpectantibus conſtituitur: Seculare vero quod a Principibus, vel Dominis Secularibus, & etiam ab Eccleſiaſticis de bonis patrimonialibus.

Quinta diviſio eſt quod feudum aliud ſit regale, aliud nobile, aliud ignobile. Regale dicitur, quod ab Imperatore &c. cum Iure regalium conceditur, veluti Ducatus, Marchionatus, Principatus. Feudum nobile non regale dicitur, quod perſonam accipientis nobilitat ſine iure regalium, dummodo concedatur a Principibus ius nobilitandi habentibus; Ignobile denique dicitur, quod nullam nobilitatem annexam habet, ut ſi alicui pagus, domus, prædium in feudum concedatur.

Sexta demum, & ultima diviſio eſt, quod feudum aliud eſt Ligium, aliud non Ligium; Ligium dicitur illud, in quo Vaſſallus ſpecialiter uni domino obligatur, ut ei militare, & ſervire teneatur contra quemcumque alium nullo prorſus excepto, & iuſiurandum huius fidelitatis Homagium appellatur; prout in *Clem. Paſtoralis* 2. *de Sent. & re iudic.*, quæ feuda nonniſi a ſummis Principibus concedi poſsunt; Non Ligium vocatur, ex quo Vaſsallus ita debet fidelitatem domino, ut tamen alteri ex eadem, vel alia cauſa ſimilem fidelitatem præſtare valeat; *Clar. in §. feudum qu.* 11. *& ibi Harpreſt. in additionibus*.

Feudum tribus modis acquiritur ſcilicet pacto, cum inveſtitura, præſcriptione, & ſucceſſione.

Pacto intelligitur mediante contractu. Inveſtitura alia eſt propria, alia impropria, ſeu abuſiva.

Propria dicitur quando Vaſsallus actualiter in poſseſſione rei feudalis introducitur.

Impropria quando Vexillum, Haſta, Sceptrum, aut aliud ſimile Vaſsallo tradit cum expreſſione, quod hoc fiat intentione concedendi feudum.

Præſcriptione feudum acquiritur, ſi quis rem domini, tamquam feudalem triginta annos poſſederit, & ſe pro Vaſſallo geſſerit.

Regulariter in feudis nulla ſucceſſio ex Teſtamento locum habet, niſi contrarium ſuadeant pacta inveſtituræ. Illud tamen precipuum eſt in feudo, quod filius non poteſt hæreditatem patris repudiare, & feudum agnoſcere, rationem vide apud *Vulteium lib. 1. cap. 9. num. 237.* ſecus eſt quoad agnatos.

Deſcendentibus primo debetur ſucceſſio feudalis; differt tamen Ius feudale a communi, quia de iure communi filii, & filiæ equaliter concurrunt; de iure vero feudali regulariter fœminæ, & ex linea fœminina deſcendentes excluduntur, niſi feudum ſit fœmininum, vel ſaltem mixtum, ſuper hanc materiam vide fuſius *Facbin. lib. 7. cap. 5. Zaſium de feudis p. 8. num. 53. Vultei. cap. 9. num. 19. Clar. in §. feudum. qu. 73. num. 7. & 8.*

Notandum quod filii, qui vocantur ad ſucceſſionem debent eſſe naturales, & legitimi ſimul, ideſt ex iuſtis nuptiis procreati. Ex communiori tamen DD. Sententia non excluduntur legitimati per ſubſequens matrimonium, vid. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 82.*

Regulariter aſcendentes ſcilicet Pater, & Avus non ſuccedunt, vid. *Scarder de feud. par. 74. cap. 6. num. 3. & ſeqq.*

Circa ſucceſſionem collateralium diſtinguendum eſt inter feudum novum, & antiquum, nam in feudo novo regulariter ſoli deſcendentes ſuccedunt non vero collaterales; In feudo antiquo etiam collaterales agnati, non cognati (excluſo caſu in quo fœminæ admittantur) ſuccedunt, atque proximior remotiorem excludit, & hæc pro ſimplici notione dixiſſe ſufficiat.

Ad hoc ut nonnulla verba, ſeu notiones explicantes naturam emphytheuſis, ſeu feudorum intelligantur, ad rem viſum fuit hic adiicere earumdem explicationem, ac vim.

Quid ſibi velit verbum allodialia, ſeu verbum allodium = Allodialia bona id eſt ab omni præſtatione libera. apud *Ludewig. reliqu. MS. tom. 6. p. 226. vide Alodiſ.*

Alodialis idem quod Alodarius, ſeu tenens. Charta: Willelmi Ducis Normann. anno 1042. in *Monaſtico Anglic. tom. 2. pag. 959.* = dedi etiam Eccleſiam Radulphi Villæ, & unum alodialem in ipſa Villa, infra dedi quoque unum alodialem in Amundavilla, quietum ab omni conſuetudine =

Iam vero de horum vocabulorum Etymo, variæ ſunt auctorum ſententiæ. Cuiacius Alodium dictum vult, quaſi ſine lode, quod eius poſſeſſor ſit ſine lode, & nemini ſit Leodes, id eſt Vaſſallus. Bulaus a laudatione auctoris effictum vocabulum fingit, quo,

quo qui predia eo iure habent, laudare, hoc eſt nominare auctorem ſuum nemini tenentur. Rhenanus, & Vadianus a voce Germanica an lodt deducunt, quod ea bona familiis velut coagmentata, & coniuncta eſſent, ex aen, & lodt, adfortium, ſors quæ ad aliquem pervenit familiæ herciſcundæ iudicio. Alii ab ald, voce quæ vetus antiquumque ſignificat, apud *Aventinum in Gloſſ.* quæ notatio, inquit Bignonius ad hæreditatem, & paternam proxime accedit. Dominicus de prærog. allodior. Alodem dictam opinatur quaſi obn leiden, id eſt ſine ſubiectione: a voce Leiden, quæ Germanis pati, ſubire ſignificat, ſicut ex ſubiectionem, & ſervitium. Non deſunt præterea qui Alodem a voce Theutonica Los deducunt, quæ ſortem ſonat, quaſi alodium ſit prædium, quod ſine ſorte obvenit. Spelmannus a Leod, populare Saxonico: ita ut Aleod ſit idem, quod prædium populare, oppoſitum feudo, quod eſt prædium Dominicale. Quidam hanc vocem eiuſdem originis eſſe volunt, cuius Alauda, quæ vox eſt Gallica, ut mox innuimus: nam & Alaudum, pro Alodum datum etiam conſtat. Vide Raguellum. Wendelinus ab alder Etymon accerſit, quod Alodis ſit Legitima hæreditas, quæ ab Alders, id eſt maioribus noſtris defertur, vel ab ael, quod ſonat legitimum, ingenuum, & Lod, Onus, vel Laden, tollere, auferre &c. Denique plerique e doctioribus exiſtimant, vocem eſſe primigeniam Gallicam, vel Francicam, quæ prædium ac rem proprietario iure poſſeſſam denotat: quos inter eſt Gallandus.

HicKeſius ad calcem Gram. Theotiſcæ pag. 91. Alodium oriri putat ab adiectivo Theotiſco All, quod in compoſitione præfectionem, & præſtantiam denotat: & a Scando-Gotico Lod, vel Lood, quod fundi proventum, & fructum Territorii annuum cum uſufructu ſignificat. Atque poſt allatos Islandicos, & Gothicos contextus colligit Lood eſſe vocem forenſem Gothicam, quæ fundi fructum, vel uſumfructum ſignificat; & cum adiectivo all denotari prædium magis, vel minus liberum, cuius poſſeſſor dominium directum cum utili habet, abſque ulla ſervitute; & proprie dicitur Allodium, vel non tenet perfecto, & pleno dominio, ſolvitque ſuperiori domino cenſum aliquem, & aliquod preſtat ſervitium, quod eſt pars Allodii, & proprie conſtituit feodum, ſeu beneficium cenſui, aut ſervitio obnoxium, ſi tot coniecturis unam addere liceat, dicam vocem Alodii Gallicam videri, ſeu Britanicam, compoſitam ſcilicet, ex al articulo, & vocabulo Laud, vel Lod, quod eſt idem ac portio, pars, hæreditas. Quomodo, & quando bona emphyteutica reducantur allodialia, *De Luc. de emphyt. diſc. 3. ſub n. 24. §. idque diſc. 19. n. 4. et 5.*

 Quod

Quid ſit Appodium, & quid ſibi velit verbum appodiare = Italice = appoggiare, o raccomandare, o commettere un negozio = latine admovere, vel alicui negocium demandare, ſed quæ ſint bona appodiata ex dicendis patebit.

Appodiationum origo repetenda videtur a quibuſdam locis, & temporibus miſerrimis, in quibus Tyranni, pravique homines per Italiam graſſabantur, qua de re prædiorum domini quodammodo cogebantur penes Eccleſias deponere res ſuas, ita ut defenderentur a rapinis, furtis, commeatibus, incurſibuſque quibus atrociter, atque inhumaniter involvebantur, ut diſerte probat *Muratorius antiquit. Italic. med. Ævi diſſert.* 36. *tom.* 3. *edit. Mediol. anni* 1740. ubi adnumerantur quamplurima inſtrumenta ſeculi noni, ac undecimi, *Boemer. exercit.* 38. *de Feud. Eccleſ cap.* 1. *n.* 13. 14. *&* 15. *& inter noſtros De Luc. de emphyt. diſc.* 7. *verſ. alia etiam Palm. dec.* 189. *num.* 18. *Rot. in nuperrim. dec.* 163. *num.* 40. *tom.* 5. *et in dec.* 3. *Conſtant. vot. dec.* 265. *n.* 25.

Baronìa.

Adeſt & alia ſpecies feudi, quæ dicitur Baronìa a verbo = Baro = quæ quidem habuit quandoque turpem potius ſignificationem, quam honorificentiæ, ut videre eſt apud Chambr.

Menagius tamen hanc vocem deducit ex latino, quaſi quod ſignificet = uomo = & iuxta ea quæ traduntur indicat homines qui Regem ſequuntur in bello; Principes enim anteactis temporibus in præmium ſtrenuæ virtutis Feuda conceſſerunt, quæ Baronìæ dicebantur. Baronìa enim ſignificat Dominationem obtentam quando Milites, vel Aulici viri aliquod munus obierint reſpiciens Regis Perſonam.

In praxi Baro dicitur, qui iure dominii bona iuriſdictionalia poſſidet, *Rot. dec.* 314. *num.* 1. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.* Baronìa enim ſine titulo, & privilegio, conceſſione Principis haberi non poteſt.

Ad *mater. qualit. Baronal. vid. De Luc. de feud. diſc.* 85. *n.* 3. *Capoblanc de Baron. tom.* 1. *rubr.* 3. *n.* 2. *Freccia de ſubfeud. tit. de orig. Baron. num.* 2. *et ſeqq.*

Traduntur hic ad Tyronum notionem obſervationes quædam cum formula reſpicientia, vitam, et vitæ naturalis probationem, et alia.

Accidit quandoque in rebus humanis, vitam, ſeu mortem alicuius probandam eſſe; & diſſerere an illæ præſumantur, & cuinam incumbat onus probandi.

Præ-

Præmittimus hic, quod mors alia civilis, alia naturalis eſt: *§. Cum autem ubi Gloſſ. in verb. mortuo inſtit. tit. quibus mod. iuſ patr. pot. ſolvatur*, & quod de morte naturali tantummodo, & reſpective de vita agere intelligimus, prout in dubio ſemper intelligendum eſt, *Barboſ. de appellat. verb. ſignific. appellat.* 157. *per tot. Viv. commun. opinion.* 525. *Franc. dec.* 689. *per tot.* & quando mors civilis naturali æquiparetur, *Altograd. conſ.* 98. *n.* 92. *et conſ.* 45. *n.* 37. *lib.* 1. *Bichio dec.* 345. *num.* 8. *Merlin. dec.* 206. *num.* 1.

Omiſſa quæſtione an quis præſumatur vivere uſque ad centum annos, *ad Text. in Leg. final §. nobis Cod. de Sacroſ. Eccleſ. et in Leg. an uſusfructus in fin. ff. de uſufructu*, quod quidem communiter non recipitur, cum videamus paucos ad iſtam centum annorum ætatem pervenire, quare certum eſt qui ſe fundat in morte debet eam probare, pariterque qui ſe fundat in vita, & ita notatur in *Leg.* 2. *§. ſed ſi dubitetur ff. quemadmodum teſt. aperiant. et in Leg. ſi de ſua ff. de acquir. hæredit. Maſcard. de prob. vol.* 2. *concl.* 1073. *Genua de ſcript. privat. lib.* 1. *concl.* 1. *n.* 96. & quomodo probetur *Ludoviſ. dec.* 228. *per tot.*

Et iſta concluſio declaratur, quod fundans ſe in vita debet eam probare, locum habet in agente, ſecus autem in excipiente, quia excipiens quantumcumque ſe fundet in vita illam probare non tenetur, *Soccin. in Leg. ſi inter virum col. final verſ.* 4. *infertur ff. de reb. dub.* intelligit *Gloſſ. in dict. Leg.* 2. *§. ſed ſi dubitetur ff. quemadmod. teſtam. aperiant.* ulterius obſervandum, quod ubi iuris præſumptione, quis præſumitur vivere, tunc clarior probatio in contrarium requiritur, ut ex *Curt. conſ.* 52. *col.* 3. demum, quod poſt ſpatium centum annorum quis non tenetur mortem alicuius probare, cum poſt illud tempus unuſquiſque præſumatur mortuus: *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 49. *Rot. par.* 12. *rec. dec.* 41. *n.* 21. *& ſeqq. Magon. dec. Luceuſ.* 44 *num.* 12. *Rot. par.* 17. *rec. dec.* 169. *n.* 9. ubi quod quis vivere præſumatur uſque ad centum annos, non habet locum ſi ſupravviventia ſit probanda tamquam intentionis fundamentum.

Formula ſupravviventiæ, ſeu atteſtatio de vita.

In mei Notarii infraſcripti, & Teſtium ſupradictorum conſtituti perſonaliter

Dominus NN. quondam NN. & Dominus NN. quondam NN. Cives Florentini, mihi optime cogniti, ſponte &c. & omni meliori modo fidem indubiam fecerunt, & faciunt omnibus, & ſin-

ſingulis ad quos præſens &c. pervenerit de vita, & bona valetudine Domini NN. quondam Domini NN. de Florentia ætatis annorum triginta circiter, dictiſque fidem facientibus uti familiaribus, & amicis dicti NN &c. optime noti &c. & ideo medio eorum iuramento illis præſtito tactis ſcripturis per me Not. infraſcript. aſſeruerunt, & depoſuerunt ſupradictum NN. qu. NN. Florentinum illis bene notum, ut ſupra &c. ſanum vivere, atque incolumem eſſe, vitalique aura veſci, & in humanis agere, & perſonaliter coram me Notario infraſcripto, dictorumque fidem facientium præſentia comparuiſſe in actu celebrationis præſentis Inſtrumenti incolumem, deambulantem, ac bene valentem, optimaque valetudine fruentem, prout ego Notarius infraſcriptus de his omnibus atteſtor, & cum prædicta in publicam formam redigere rogatus fuerim, hunc publicum confeci Inſtrumentum, in quorum fidem.

Depoſitio mortis alicuius ad perpetuam rei memoriam.

In Dei Nomine Amen &c.

Conſtit. perſonaliter coram me Not. infraſcripto, & Teſtibus ſupraſcriptis.

NN., & NN. de Florentia, mihi optime cogniti, qui medio eorum iuramento accepto formiter ad delationem mei &c. depoſuerunt pro veritate, & ad perpetuam rei memoriam, quorumcumque ad quos ſpectare poſſit, quomodo uſque ſub die ...anni.....ex hac vita migravit dominus NN. quondam domini NN. Florentinus, abſque filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, cum numquam uxorem duxerit cuius hæreditas ab inteſtato delata fuit in Dominum NN. fratrem ſuum, qui eam adivit, ideoque ab eo die uſque ad obitum pacifice, & abſque controverſia omnia bona dictæ hæreditatis detinuit, atque poſſedit: In cauſa ſcientiæ dixerunt hoc ſcire, quia dict. DD. NN. optime cognoverunt, et cum eis paſſim, et aſſidue verſati ſunt dum in humanis degebant, atque oculariter vidiſſe, quod ſupra depoſuerunt, ſuper generalibus ec. de quibus omnibus rogarunt me Not. ec. prædictum, ut præſens conficerem Inſtrumentum ec., prout feci, in quorum ec.

N O T Æ.

Animadverti volumus, quod in Inſtrumento depoſitionis de vita, et valetudine alicuius, illi qui deponunt non debent eſſe Teſtes inſtrumentales, ſed in actu adhibendi ſunt alii duo Teſtes prout

Digitized by Google

prout moris eſt in omnibus Inſtrumentis, qui debent audire depoſitionem, ſeu atteſtationem aliorum, prout in formula ec.

De quorumdam Contractuum qualitate, & differentia.

EXpleta Contractuum pertractatione, remanet videndum de quibuſdam aliis, qui licet inter ſpecies recenſitas dinumerari queant, attamen optimum videtur de iis ſpecialem quamdam præbere notionem, ne Tyrones ignorent quomodo ab aliis quandoque differant, vel ſaltem ut ſciant nomina, ac voces uſu receptas.

Sex ſunt Contractus in quibus utile dominium transfertur, qui diverſa ſortiuntur nomina, et in aliqua parte ab aliis differunt, licet eodem nomine nuncupentur, quos hic breviter enumeramus, ut cognita eorum ſubſtantia dignoſcatur, quæ regulæ, quæque præcepta cuique aptanda ſint, et qui exinde oriantur effectus.

Primus eſt Contractus ſuperficiarius; ſecundus Locationis ad longum tempus; tertius Contractus emphyteuticus (de quo ſupra); quartus Contractus libellarius; quintus Contractus præcariæ in fœminino genere; poſtremus Contractus feudalis.

Superficiarius Contractus dicitur ille, per quem in aliquem ſuperficies transfertur, veluti Molendinum, vel aliud Ædificium in fundo Titii poſitum, ut pro dicta ſuperficie aliquid ſolvatur, vel ſi fundus concedatur a Titio, ut ibi ſuperficies ædificetur, & poſt certum tempus in Titium perveniat, utroque enim caſu utile tantum dominium transfertur, directo retento (1), atque emphyteutico in hoc comparatur, nam alienando ſuperficiem, directo irrequiſito Domino, cadit a iure ſuperficiei, ſicut Emphyteuta ab emphyteuſi (2), eiuſque natura eſt, quod ſuperficie funditus, & fortuito everſa, puta incendio &c. Contractus penitus extinguitur ad inſtar emphyteuſis (3), huiuſmodi enim Contractus, ſecundum vulgarem loquendi modum emphyteuticarius nuncupatur.

(1) *Leg. 1. §. penult. & Leg. fin. ff. de ſuperfic. Leg. in provinciali §. ergo ff. de oper. nov. nunciat.* (2) *Bartol. in Leg. 1. §. penult. ff. de ſuperfic. Imol. in Capit. potuit in 6. col. de iudic. Hoſtienſ. in ſumma tit. de immunit. Eccleſ. §. in quantum, verb. ſed nec illa* (3) *Bald. in rubr. Cod. de iur. emphyt.*

Contractus ſuperficiarius differt ab emphyteuticario; Primo, quia deſtructa ex. gr. domo, ſuperficiarius non poteſt illam reedificare, manente ſolo, ſecus in emphyteuta: ſecundo, quia regulariter emphyteuta melioramenta perdit ſecus ſuperficiarius: *Fulgin. de emphyteuſi in prælud. quæſt.* 12. & introductum fuit a Iure Canonico, quia in Iure Civili habetur præcarium: *ut ex tit. ff. & Cod. de precar.*

Ad longum tempus Locatio.

Locatio ad longum tempus dicitur, ubi fit ad annos decem, vel ultra (1), ideoque ſolet dari conſilium, ut res ad novem annos locetur, ne ad inſtar locationis ad longum tempus, utile dominium transferatur, pariterque, & naturalis poſſeſſio, ſicut in uſufructuario dicimus, qui minus ius habet, & ne tali locationi emptor fundi locati parere teneatur, ita quod durante locatione conductorem expellere nequeat.

(1) *Leg.* 1. *§. qui in perpetuum ff. de agr. vectigal. Clement. pr. & ibi gloſſ. de reb. Eccleſ. non alienandis.*

N O T Æ.

Obſervandum, quod in locatione ad longum tempus tranſit in conductorem utile dominium: *Seraphin. deciſ.* 272. *n.* 8. *Mantic. de tacit. & ambiguis lib.* 22. *tit.* 2. *num.* 6. *ad mater. Fulgin. dict. tractat. cap.* 14. *per tot.*

Emphyteuſis.

Emphyteuticus Contractus eſt quando alicui in perpetuum, vel ad longum tempus (ex iam notatis) res aliqua utenda, fruenda, ac poſſidenda datur, ea lege, ut quandiu penſio ſolvatur, non poſſit auferri (1). Libellarius autem Contractus ſecundum veriorem opinionem dicitur, quando Emphyteota, vel Vaſſallus dat rem emphyteuticam, vel feudum alteri in emphyteuſim (2).

(1) *Leg.* 1. *§. ſi ager. vectigal. leg.* 1. *&* 11. *Cod. de iur. emphyt.* (2) *Bartol. in Leg. finita in §. ſi de vectigal. in* 3. *quæſt. ff. de damn. infect. Bald. & Iaſon. in Leg.* 1. *Cod. de iur. emphyt. Iaſon. in authent. ingreſſi Cod. de ſacroſant. Eccleſ.*

No-

Contractus emphyteuticus, quidquid alii in contrarium ſentiant, eſt Contractus nominatus, cum habeat a Iure proprium nomen, *Text. in §. adeo inſtit. de locat. Clar. in §. empt. quaeſt.* 2. atque ex eo oriri conditionem ex lege, *Fulgin. in prælud. qu.* 13.

Precariæ.

Precariæ dicuntur Contractus a Iure Canonico introductus, quibus alicui ad preces, & plerumque cauſa remunerationis, fundus, vel res Eccleſiæ ad dies vitæ, vel aliud tempus conceduntur, ea lege, ut ſingulis quinquenniis renovatio petatur, *Capit.* 1. *& ibi DD. de precar.* & differt ab Emphyteuſi, quia datur ad preces alterius, & poteſt revocari ad libitum concedentis; hæc non conceduntur indeterminate, ſed ad dies vitæ, vel ad longum tempus: *ad mater. vidend. Engel. in ius Canonic. tit.* 14. *num.* 7.

De Feudis ad rem, & oportunitatem noſtræ Regionis, ſatis ſupra.

De ſimulatione.

IN Contractibus, ſimulationem quandoque accidere poſſe certum eſt, propterea de ea aliquid prænotare viſum fuit; poſſunt enim Tyrones ex notionibus, quas de more breviter hic explanamus multa præcavere, & dignoſcere, præcipue quando actus nullus ſit, necne, vel quando falſitatis vitio laboret, ea intercedente, ideo ad rem dicendum, quod

Simulatio apud Grammaticos aliquando pro fictione, interdum pro ſimilitudine, ſeu imitatione, ut ex *Plin. lib.* 11. *cap.* 44. = Simiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris = apud Iuriſtas Simulatio eſt, quando aliquid fingitur fieri, ſed revera illud non fit, ideo veri imago dicitur, quæ ſi appareat nihil operatur, ſed perinde eſt ac ſi actus ſimulatus, factus non eſſet, ut ex *Bald. conſ.* 65. *lib.* 1. *Barthol. Soccin. conſ.* 164. *num.* 4. „ ibi „ Et eſt proprie ſimulatio, quando fingitur aliquid agi, & in veritate nihil agitur = quod differat inter ſe ſimulatio a diſſimulatione tradit *Alvarez de Valaſco de Iudic. perfect. rubr.* 14. *annotat.* 4.

num. 32. ubi tradit, quod etſi res eadem inter ſe videantur, differunt tamen quodammodo quia diſſimulatio, quod eſt celat; ſimulatio autem quod non eſt demonſtrat. Hæc triplex eſt.

Primo quando vere agitur inter Partes, ut aliquod actus celebretur, & alius fingatur quam ſimulationis ſpeciem exhibet *Textus in Leg. empti fides* 19. *Cod. de contrah. empt. & tot. tit. plus valere, quod agitur*.

Secundo modo dicitur ſimulatus Contractus, quando inter Partes celebratur in veritate, ſed modico tempore duraturus, ut puta quia inter eos actum ſit, ut cito fiat revenditio, de qua exemplum habemus *in Leg.* 4. *is qui* §. *ſi ab ignoto ff. de manumiſſion.*

Tertio modo dicitur Contractus ſimulatus quando Partes conveniunt in mente, & extra contractum, quod dictus contractus vere celebratus nihil ſit, ſed factus ad aliquid reprobandum, ſcilicet ad effugienda onera, aut quid ſimile veluti dum quis fecerit alienationem omnium ſuorum bonorum cum in veritate inter Contrahentes ageretur, ut non eſſet alienatio, & hoc modo proprie ſimulatio committitur, quæ actum reddit inefficacem *Leg. nuda ff. de contrah. empt. & in Leg. imaginaria ff. de reg. iur.* & de his tribus ſimulationibus agit *Altograd. conſ.* 21. *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *Bald. conſ.* 65. *n.* 3. *par.* 1. *Pariſ. conſ.* 54. *n.* 23. *lib. pr. Caſtill. controv. iur. cap.* 25. *n.* 14. *& ſeqq.* & committitur de re ad rem, de contractu ad contractum, de perſona ad perſonam.

Simulatio de re ad rem eſt quando una res transfunditur in aliam, unus contractus in alium, & iſta ſimulatio permiſſa dicitur, ſi Partes ita voluerunt, *Alex. conſ.* 198. *n.* 10. *lib.* 7. = ibi = Secundo quia licet oppoſitum fuerit, quod confeſſio re- = ceptionis dictorum centum ducatorum, fuerat ſimulata, quia = vere eos non recepit a Comite Hugone, ſed dict. Alexan- = der, tanquam debitor Antonii de Valentinis fuit delegatus = dicto Comiti Hugoni; tamen talis ſimulatio non infringit, nec = impugnat contractum, quia potuit fieri licite, quia pecunia, = quæ debebatur ex una cauſa dicto Comitii Gerardo, transfer- = retur in aliam, & talis ſimulatio eſt licita nam attenditur = illud, quod Partes voluerunt, *ut ex Leg. ſi ex pretio Cod. ſi certum petatur Leg. Lucius, & Leg. & ibi Bartol. ff. depoſiti Dec. conſil.* 543. *num.* 19.

De Contractu ad Contractum eſt quando fingitur venditio, & eſt v. g. Mutuum: *viden. Ciarlin. controv. cap.* 9. *per tot. lib.* 1.

De Perſona ad Perſonam eſt quando unus interponitur ad contractum, qui de nudo nomine ſervit, ſemper tamen vera

Per-

Perſona attenditur, & verus contractus, *Pariſ. conſ.* 55. *num.* 15. *& ſeqq.* qui ſint huius ſimulationis effectus, *Florentina Prætenſæ nullitatis obligationis, & pecuniaria diei* 14. *Septembris* 1745. *cor. Soldani*. & hæc in Iure non eſt damnata, quando debitum eſt verum, *De Luc. de ſimulat. diſc.* 77. *num.* 7. Quod ſit licita ſimulatio de Perſona ad Perſonam (dummodo abſit alterius præiudicium) nec iſta requirat cauſam, ut quando unus habet nudum nomen in contractu, & ſubſtantia ad alium ſpectet, firmant *Gratian. diſcep. for. cap.* 950. *num.* 46. *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 198. *n.* 1. *& dec.* 54. *par.* 17. *ad mater. Magon. dec. Flor.* 49. *per tot. & dec.* 77. *Ludoviſ. dec.* 157. *viden. Rot. par.* 10. *rec. dec.* 80. *n.* 23. ubi agitur de emptione facta pro perſona nominanda, & an poſt nominationem poſſit alteri obligari, *ad Mater. Alex. conſ.* 132. *lib.* 3. *Salgad. in Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 26. *Surd. dec.* 157. *num.* 25 *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 494. *num.* 3. *Ludoviſ. dec.* 227. *& dec.* 265. & intra quantum tempus fieri debeat nominatio, *Surd. dec.* 226. *&* 325. *Rot. par.* 17. *rec. dec.* 380. *num.* 3. ubi decidit quod ſit facienda intra annum = quod quidem non eſſe practicabile Florentiæ ubi dum agitur de Contractu gabellabili ſolvenda eſt Gabella intra tempora alibi deſcripta, cum ſparſim, de Iure Gabellarum actum fuit.

NOTÆ.

Ex coniecturis ſimulationem argui poſſe compertum eſt, ratio enim, quæ probat, veritatem pendere, aut actuum ſimulationem a definiendo, qualis fuerit mens contrahentium relate ad eos, oſtendit etiam quod cum cadere non poſſit ſub Iudicis notione, niſi per ſigna eſterna *Grot. de iur. bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 4. *§.* 3. *& cap.* 16. *§.* 1. ideo neceſſe eſſe ad indicia convolare, quæ apta ſint ad arguendas mentis umanæ abditas cogitationes, *Gloſſ. in Leg. qui verbo ex ſermonibus, ff. de Tutor. & Curat. Rot. dec.* 24. *num.* 1. *tit.* 16. *cor. Falconer. & Rot. noſtr. in Florentina prætenſæ primogenituræ* 5. *Aprilis* 1740. *§. ſed præcipue cor. Mari*. Præeſiſtit enim in omni actu cauſa quædam, cuius vi ad effectum deducitur, *Puffendorf. de iur. natur. & gent. lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 1. *& ſeqq.* hinc oritur quod inter præſumptiones, quæ ad eius declarationem requiruntur, potentior hæc ſit, *Puffendorf d. tract. lib* 5. *cap.* 12. *§.* 10. *& de offic. homin. lib.* 1. *cap.* 17. ergo quoties, huiuſmodi cauſa nobis innoteſcit, ex ea conſequitur ſignum evidens, de paciſcentium voluntate circa veritatem, aut ſimulationem actus, & hoc eſt ex quo dicitur,

tur, quod data ſimulandi cauſa remaneat probata ſimulatio, quæ non excluditur, niſi manifeſto in contrarium probetur, *Bartol. in Leg. poſt contractum num.* 2. *ff. de donat. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 17. *Altograd. conſ.* 21. *num.* 42. *verſ. prout Rot. dec.* 283 *num.* 13. *par.* 5. *rec.*

Ex obſervatis planum eſt ſimulationem probari ex conieƈturis, ſicut dolus, & fraus conieƈturis probantur, prout ſcripſerunt, *Bald. conſ.* 21. *col.* 5. *verſ. item iſtud inſtrumentum lib.* 4. *Cepoll. de ſimulat. contract. num.* 85. *in fin. verſ. item poterit probari, & num.* 86. *Pariſ. conſ.* 54. *num.* 21. *lib.* 1. ſed diſtinguendum eſt; nam ſi allegatur ſimulatio a Tertio, tunc conieƈturæ ſufficiunt, ſi a Contrahente, debet probari concludenter.

Conieƈturæ hæc ſunt

Prima conieƈtura eſt quæ deducitur ex clauſula apponi inſolita in contraƈtibus, *Gloſſ. Bald. Angel. & Paul. Caſtr. in Leg. ſi quis ſub conditione ff. de cond. inſt. Pariſ. conſ.* 54. *n.* 39. *lib.* 1.

Secunda eſt quando in Inſtrumento dicitur donationem non ſimulatam, ſed veram, nam ſimili modo, ſi notarius ſcripſerit Titium vere non autem ſimulate vendidiſſe, venditio præſumitur ſimulata, *Iaſon. in Leg. Teſtamentum in fin. Cod. de Teſtamentis.*

Tertia eſt quæ deducitur ex titulo clandeſtino per interpoſitam perſonam quæſito, *Leg. non exiſtimo ff. de adminiſtr. Tutor.* „ ibi „ & multum refert; palam aperteque ſe debitorem, ut ex-= traneum, & quemlibet ſiceret Pupillo: an ſub adminiſtratio-= ne Tutelæ, pupillive utilitate, latenter ſua commoda pupilli = pecunia iuvaret „ *Bald. per illum Teſt. in Leg. ſi is qui verſ. ſecunda ex titulo clandeſtino de acquir. hæred.*

Quarta eſt quæ oritur ex coniunƈtione ſanguinis, *Leg. data circa princip. Cod. de donat. Pariſ. conſ.* 53. *n.* 18. *lib.* 1. *& conſ.* 143. *num.* 22. *lib.* 4.

Quinta eſt ſi alter ex Contrahentibus abſoluto contraƈtu dixerit ex intervallo donationem, ad vitandam aliquam moleſtiam fuiſſe ſimulatam, nam iſta confeſſio faƈta abſente, etiam diverſa parte, ſaltem ſemiplene probat *Aretin. conſ.* 65. *n.* 2.

Sexta ſi donator in poſſeſſione rei donatæ permanſerit quæ quidem frequentiſſima eſt, *Leg. licet §. ſupervacuum*, & ibi *Bart. Bald. et Ang. in Leg. poſt contractum num.* 4. *ff. de donat. et ad tit. quib. modis pignus, vel hypotec. ſolvat. Caſtrenſ. conſ.* 74.

Exceptio ſimulationis quando opponi poſſit *Piſan. Simulationis diei* 23. *Decembr.* 1665. *cor. Argento.*

Stat

Stat in arbitrio Iudicis ſimulationem coniicere ex conjecturis qualitate, & circumſtantiis contractus, & contrahentium, *Florentina Cambiorum diei* 30. *Auguſti* 1667. *pag.* 16. *et* 23. *cor. Flavio Guglielmi, Ioann. Argento, et Petro Mattheo Tyramni.*

Ex quo reſultet cauſa ſimulandi *Florentina prætenſæ inventionis Theſauri, ſeu ſimulationis diei* 23. *Iulii* 1771. *art.* 3. *et* 4. *cor. Ulivelli, Marchi, et Ganucci.*

Simulatio poteſt allegari etiam ab eo qui illam commiſit, & multo magis ab eius hærede, *Florentina ſimulationis diei* 21. *Iulii* 1770. *cor. Pellegrini pag.* 11. 12. *et* 22.

Simulatio quando probetur *Biturgien. pacti reverſivi diei* 3. *Februarii* 1750. *cor. Ulivelli, Florentina repetitionis indebiti diei* 15. *Iunii* 1762.

Continuatio poſſeſſionis poſt alienationem arguit ſimulationem, etiam ad mentem Statuti de ceſſantibus, *Liburnen. prætenſæ prælationis diei* 23. *Septembris* 1729. *coram Diotiſalvi Mercati, Ioann. Galeatio Gerini, et Antonio Graffioni.*

Quando adeſt cauſa ſimulandi receptum eſt, ut adminiculativa probatio, ac imperfecta ſufficiat, cum concludentis probationis neceſſitas exigatur, quando cauſa ſimulandi deficiat, ut ita diſtinguendo habetur per *addit. ad Buratt. dec.* 99. *et addit. ad Gregor. dec* 157. atque hodie diſtinctio eſt frequens, ac recepta ita ut teſtibus non indigeat.

Quando adeſt partium confeſſio, opus non eſt ad probandam ſimulationem uti teſtibus *Rot. cor. Molines dec.* 877. *num.* 2. *tom.* 3. *par.* 2. *cor. Falconer. tit. de falſit. et ſimulat. dec.* 5. *n.* 6. *tom.* 1. *et Rot. Florent. penes Bonſin. Senior. dec.* 26. *num.* 5. *et Florentin. ſimulationis, et præſumptæ ſolutionis diei* 20. *Iulii* 1770. *cor. Antonio Franciſco Pellegrini.*

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

Simulationi affinis eſt colluſio, cui quandoque conſequitur falſitas, imo ſi cum dolo, & damno alterius ſint, falſitatis nomen ſortiuntur = eſt enim falſitas = Mutatio veritatis, *Text. in cap.* 1. *de Crimine falſi*; Ad eam inducendam tria requiruntur, nempe = mutatio veritatis = dolus = & quod alteri noceat = actu, vel potentia, *Clar. in §. Falſum verſ. excuſatur Rot. par.* 2. *diverſor. dec.* 111. *n.* 3. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 306. *n.* 33. *Genua de ſcriptur. privata lib.* 1. *qu.* 4. *n.* 4.

Falſitas quatuor plerumque modis committitur ſcilicet = ſcripto, ut in Notario, vel ſimilibus, falſum inſtrumentum, vel aliam ſcri-

ſcripturam falſam conficientibus = dicto = ut in falſo Teſte = facto = ut in cudentibus falſam monetam, & = uſu = ut in eo qui falſis probationibus utitur = *Azzo in ſumma*, *Cod. ad Leg. Cornel. de falſis*. Verum ne extra Provinciam vagari videamur, ad opus noſtrum redeundo, monendum Notarios oportunum ducimus, quod omni conatu ſtudeant, ea facere quæ vera ſunt, vel ſaltem ea de quibus falſitas, ſeu ſimulatio, vel colluſio non innoteſcit, quia quando ſcirent machinationes falſas, vel colluſivas, vel ſimulatas (agendo de ſpecie prohibitæ ſimulationis) contrahentium, vel eos docerent quomodo ſe gerere deberent ad doloſe, & illicite aliquid perpetrandum, de falſo teneri poſſent, in hac tamen materia conſulendi ſunt rerum criminalium ſcriptores &c.

Notæ ad Verbum Colluſio.

Colludere dicuntur, quod in ſpecie ex animo facere videntur, id ſimulate, & ficte agunt inter ſe, aliorum ſenſibus illudentes exemplum præbet *Leg.* 7. *§.* 9. *ff. de dol. mal.* Colluſio ſecundum *Gloſſam in cap. audivimus de colluſione detegenda, et cap. cum Clerici de cenſib.* = eſt inter actorem, & reum = latens & fraudolenta conventio per quam aliter in iudicio ſuperari ſe permittit = vel in fraudem eſecutionis, ac iudicialis auctoritatis ut docet *Rot. Rom. in dec.* 268. *num.* 13. & quomodo probetur *num.* 17. *rec. num.* 11. *et ſeqq.*

DE SOCIETATE.

T I T. XXVI.

TErtia ſpecies contractuum conſenſualium *eſt ſocietas, qua inter aliquos res, aut opera communicantur lucri in communem faciendi gratia*. Si in ea ſecus conventum non fuerit, lucrum, & damnum inter ſocios debet eſſe æquale, ſi vero adſit conventio, illa attendenda eſt, veluti ſi fuerit conventum, ut ad unum duæ ex tribus partibus damni, vel lucri, ad alterum vero una portio dumtaxat pertineat.

At quoniam quandoque alterius operæ prætioſiores ſunt operis alterius, poteſt contrahi ſocietas ut unus maiorem lucri partem ſentiat, aut maiorem damni, quam alter, quemadmodum

ut

ut unus de lucro participet non vero de damno, aut unus pecuniam conferat alter, non, ſub conditione tamen ut unus ſentiat totum lucrum, alter damnum non valet.

Verum ſi in contrahenda ſocietate ſolum ſuper lucro conventum ſit, non ſuper damnum, idem determinatum intelligitur de damno quod de lucro, quia quota eſpreſſa in una cauſa cenſetur repetita in altera *Leg. ſi plures ff. de vulgar. et pupillar.*

Solvitur autem ſocietas renunciatione, & quidem non ſolum mutuo ſociorum conſenſu, ſed etiam unius, quia ſocietas eſt individua nec fas eſt aliquem ex ſociis invitum retinere, ne inter diſſentientes diſcordiæ excitentur, & renunciatione ſecuta lucrum quod renuntians acquiſivit debet in communionem conferre; ſi forte renuntiatio callide facta ſit, veluti ſi renuncians certus de aliquo lucro ſibi adventitio renuntiavit; hoc eſſet non obſtante communicandum.

Solvitur morte naturali, vel civili unius ex ſociis, adeo ut non valeat pactum, ut hæres in ſocietate perſiſtat: quod ſi ſocii plures ſint quam duo, unius morte etiam ſuperſtitum ſocietas diſſolvitur, niſi aliter fuerit conventum.

Diſſolvitur etiam publicatione bonorum unius ex ſociis; diſſolvitur denique tranſacto negocio, vel exacto tempore ad quod ſecerat, vel ſi unus ex ſociis gravatus ære alieno ceſſerit bonis.

NOTÆ.

Socius iure communi tenetur ſocio, non tam de dolo, quam de culpa lata, levi, non de leviſſima, cum ſocietas utriuſque gratia inita ſit. Societate contracta, alter alteri ad damnum reficiendum dolo, aut lata culpa illatum, lucrumque diſtribuendum pro ſocio actione tenebitur. Socius regulariter non remanet obligatus ex contractu conſocii abſque verſione pecuniæ in communem utilitatem aut intereſſe, iuxta *Theor. in Leg. iure ſocietatis* 83. *ff. pro ſocio.*

Communio.

Sciendum inſuper, quod ſocietas inſpectis circumſtantiis, idem eſt, quam communio, quæ alia eſt univerſalis omnium bonorum, omniumque rerum quovis titulo per ſocios acquiſitorum & dupliciter conſtituitur, expreſſe nempe, vel tacite; expreſſa ex conventione, tacita coniecturis probatur, veluti quando inter

fratres

fratres eſt communis cohabitatio, nec non lucrorum omnium communicatio, nec expenſarum reddita umquam ratio &c. Super dictis requiſitis (1), alia eſt particularis, quæ talis in dubio ſemper præſumitur, & quæ circa quædam ſpecialia verſatur, eſtque & hæc duplex, tacita, & expreſſa, quæ plerumque datur inter fratres, qui aliquas res hæreditarias communiter poſſident, vel communiter vivunt quoad menſam, plene de hac materia agit (2), ubi quod diviſio perpetuo per Teſtatorem, vel per pactum prohiberi non poteſt, ſecus ad certum tempus. Societas particularis alia eſt *ſimplex*, quæ contrahitur abſque peculiari rerum deſtinatione, ut in commune conferantur omnes acquiſitiones, & lucra ex labore, & induſtria ſociorum obventura, eaque in dubio præſumitur, alia eſt de certa re, aut negotio, & dicitur *ſocietas ſingularis*, celebraturque ut in commune conferantur eæ ſolæ acquiſitiones quæ ex certis rebus, aut negotiis provenient,

(1) *Vid Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 21. *art.* 1. *num.* 28.
(2) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 21. *art. pr. præcipue n.* 49.

Appendix ad ſocietatem inter fratres.

Quamquam ſocietas inter fratres præſumatur *Ciarlin. controv.* 61. *num.* 3. *et ſeqq.* haud tamen præſumuntur contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum poſt patris obitum, *De Luc de credit. diſc.* 88. *num.* 3. *Calvin de æquit. cap.* 170. *num.* 7. *lib.* 2. Etenim maxima differentia eſt inter fratres, quoad ſocietatem, ſeu communionem, cum diverſa ſit communio, ſeu ſocietas bonorum, a communione univerſali, ſeu omnium bonorum, nam ſocietas bonorum eſt dum fratres univerſam parentum, ſeu maiorum hæreditatem, aut bona pro communi poſſident, ac etiam communionem habent menſæ, & victus, ſeu vitæ, & habitationis, quæ alio nomine appellari ſolet indiviſio, ſeu ſocietas menſæ: Verum ſocietas univerſalis, ſeu omnium bonorum, quæ dicitur communio univerſalis, eſt dum inter eos nil datur ita privatum, ſeu particulare, ut aliis non ſit commune, ſicque ceſſat meum, & tuum *Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 4. *num* 7. *Felic. de ſociet. cap.* 11. *n.* 6. *De Luc. diſc.* 161. *n.* 5. *de credit.*

Societas tamen, ſeu communio omnium bonorum in dubio non eſt præſumenda, ſed plene, & concludenter probanda ab allegante per actus inivocos, & qui eam per neceſſe inducant, non autem per æquivocos, & ad ſimplicem participationem, ſeu communionem menſæ referibiles, *De Luc. diſc.* 88. *num.* 6. *de credit.*

credit. Rot. dec. 129. *num.* 14. *par.* 10. *rec. dec.* 169. *n* 6. *par.* 2. *diverſor.* & eſt obſervandum, quod ex communione bonorum paternorum, maternorum, & avitorum non poteſt inferri ad illam bonorum omnium, *Leg. ſi fratres ff. pro ſocio Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 9 *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 993. *De Luc. diſc.* 161. *num.* 5. *de credit. et Rot dict. dec.* 129. *n.* 16. *par.* 10. Hinc eſt quod omnium bonorum ſocietas non cenſetur inducta, per communicationem fructuum eorumdem, licet ex ea inducatur ſocietas omnium bonorum, ita *Alexandr. conſ.* 24. *num.* 5. *lib. pr.* ubi loquitur etiam in caſu, quo unus omnia gubernaverit, *et conſ.* 48. *n.* 6. *verſ. pro hoc* ulterius neque ex ſola habitatione univerſalis ſocietas inducitur, in hoc enim Articulo vidend. *Bald. in Leg. ſi patronus* 4. *n.* 13. *cum ſeqq. Cod. comm. utr. iud. plures caſus diſtinguit, Caſtrenſ. in Leg. ſi patruus n* 4. *verſ. tertium, addit. ad Bartol. in tract. de duobus fratribus* §. *primo quæro num.* 17. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 56. *Mantic. de tacit. dict. tit.* 10. *Rot. dec.* 169. *n.* 3. & 5. *par.* 2. *diverſ. Alexandr. dict. conſ.* 24. *num.* 5.

Ad materiam vid. *Decius conſ.* 22. *n.* 3. *Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 127. *in fin. Trombet. de ſociet. cap.* 2. *n.* 21. 50. & 51. *Cephal. conſ.* 247. *num.* 13. & *ſeqq. Michalor. de Fratr. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *Rot. dec.* 68 *num.* 11. *part.* 18. *rec.*

Præſuppoſita tamen ſocietate univerſali expenſæ factæ extra cauſam ſocietatis, ſocietati imputantur, *adden. ad Butrig. conſ.* 7. *litt. D. verb. damnum cap.* 170. *num.* 4. exceptis expenſis, quæ veniunt ex delicto, vel culpa ſocii, quæ ſocietati imputandæ non ſunt.

Diviſio.

SOcietas inter fratres, alioſque coniunctos ſolet diviſione finiri, ſed multæ diſputationes ſolent inſurgere circa bonorum imputationem, ſeu collationem: *Collatio itaque eſt hæreditatis per filium a parente lucrativo titulo inter vivos acquiſitæ in partitione deinde hæreditatis ipſiuſmet parentis inter fratres dividentes communicatio*. Hæc autem inter æqualiter ſuccedentes locum habet: verum dubitari ſolet an donatio facta a patre uni ex filiis contemplatione certi matrimonii conferri debeat, & in axe patrimoniali reduci, ad hoc ut axis æqualis portio cuique adſignetur, & reſpondetur adfirmative, id eſt debere conferri, la-

te (1) ubi quod primogenitura non confertur, nec imputatur.

(1) *Rot. par. 12. rec. dec. 389. per tot. & par. 13. dec. 137. num. 11. par. 14. dec. 3. per tot. dec. 457. per tot.*

N O T Æ.

Hipotheca contracta ab uno ex fratribus poſſidente bona pro indiviſo cum altero fratre afficit ſolum bona, quæ in diviſione ex poſt legitime facta ipſi obliganti tetigerunt (1), ubi habetur quod id procedit quando fratres non ſunt in communione univerſali (2).

(1) *Fontanella de pact. nuptial. clauſul. 4. par. 2. gloſſ 9. n. 50. dec. 320. num. 19. par. 16. dec. 58. n. par. 17. per tot.* (2) *Palma tom. 3. dec. 252. n. 4. &c. dict. dec. 320. præciſe.*

Imputatio.

IMputatio vero = *eſt bonorum titulo lucrativo ex paterna ſubſtantia a filio acquiſitorum in legitimam calculatio*. Hæc autem ad inſtar collationis ex voluntate Teſtatoris pendet = ut ex. gr. quando pater donat filio ſub Patria Poteſtate exiſtenti, quæ donatio morte confirmatur; quo caſu donationem ſupradictam non conferri tradit (1), quapropter D. D. differunt an in diviſione habenda ſit ratio expenſarum factarum per patrem pro Studio Doctoratus, emendis libris &c. & pro non imputatione concludunt quoties ex coniecturis non conſtet quod pater voluerit imputari (2). Illud tamen animadvertendum eſt, quod cum minoribus ſocietas contrahi nequit, nec contracta præſumitur, niſi facti maiores illam approbaverint (3); penes quem materia omnibus numeris abſoluta videri poterit in dicto titulo ab articulo primo & ſeq., tamen ſummatim, ſeu in compendio tantummodo nobis tranſcribere libuit, quæ ruſticalem diviſionem reſpiciunt, ut illa in promptu haberi poſſit ab iis, qui libris aliquando carent.

Ratio dividendi inter Ruſticos, & Artifices.

Certum ſiquidem eſt quod diviſio mobilium, & ſupellectilium provenientium a communi ſtipite inter Ruſticos, & Artifices fit in ſtirpes, & non in capita, quod ſi bona fuerint acquiſita communi labore dividentium, diviſio fit in capita illorum qui laboraverunt

raverunt in illis acquirendis. Et quoad veſtes inter dictas perſonas veſtes quotidianæ unicuique remanent, feſtivæ vero, & pretioſæ æſtimantur, & pretium ponitur in communi maſſa dividendum, ut ſupra.

Si agatur de diviſione frumenti, & fructuum collectorum ex bonis communis ſtipitis, & non acquiſitis ex ſola induſtria laborantium, & tunc dimidia pars dividitur in ſtirpes, altera dimidia in capita laborantium; verum cum agatur de fructibus perceptis ſuper bonis per ipſos dividentes acquiſitis, vel conductis, ſeu cultis, tunc debent dividi in capita, & pro rata illorum, qui laborarunt, quare ſi unus ex fratribus habeat plures filios, qui laborarunt, alter non, in diviſione ratione maiorum operarum pater maiorem partem conſequetur, & notandum eſt, quod habenda eſt ratio maiorum expenſarum factarum in alimentis dictorum filiorum ſi illæ ſint conſiderabilis valoris (4).

Quæ ratio dividendi obſervatur, ſive illi qui laborarunt ſint maſculi, ſive fœminæ, ſive adoleſcentes, habita tamen ratione dandi aliquid plus illis, qui plus, & fortius laborarunt arbitrio boni viri, qua de re pro regula tenendum eſt quod adoleſcentes uſque ad duodecimum annum nihil lucrantur ultra expenſas alimentorum, ab anno vero duodecimo uſque ad decimum octavum computantur pro dimidia unius viri, vel pro duabus partibus ex tribus; animadvertendum tamen ſi agatur de ruſticis habentibus parvulos filios, qui cuſtodierunt animalia, deberet aliquid illis tribui ultra alimentum, tamquam mercedula; quod dicitur de fructibus intelligendum eſt de animalibus ex induſtria acquiſitis.

His conſtabilitis, prius ex re dividenda deducitur ſemen, & expenſæ neceſſariæ factæ in cultura, & fructuum perceptione extra operam operantium, ita ut ſemen, ac expenſas prædictas conſequatur ille, qui de ſuo proprio fecit, at ſi de communi fuerunt factæ in commune redire debent.

Verum enim vero ſi inter prædictas perſonas agatur de diviſione ſtabilium, ſeu immobilium provenientium iure hæreditario a communi ſtipite, dividuntur in ſtirpes, & non in capita; eodemque modo dividuntur ea, quæ fuerunt acquiſita ex fructibus bonorum hæreditariorum, alia vero acquiſita opera laborantium dividuntur in capita, ut dictum fuit ſuperius de mobilibus.

Si inter fratres, & ſocios dividentes adſit Clericus beneficiatus, hic fructus perceptos in communi durante communione repetere nequit a conſociis, & ſolum extantes, ac pendentes.

Digitized by Google

Quo vero ad fructus dotales mulieris unius ex ſociis, dicendum ſi fratres ſuſtinuerunt communiter onera matrimonii non reſtituuntur, & non diviſi dividuntur, cum ſpectent ad maritum conſtante matrimonio, qui communiter vivebat cum aliis.

Item in diviſione bonorum ante omnia deducuntur debita, & ſic dotes, tamquam æs alienum.

Notandum inſuper, quod debitum contractum ab uno ex ſociis, ſi illud fuerit contractum, vel perſolutum ratione maleficii patrati ab illo, in illius partem imputatur eiuſque damno illud cedit, ut ſupra fuit obſervatum.

Ulterius dos data filiæ, vel filiabus unius ex ſociis debet poni ad damnum ſocietatis, & hæc eſt receptior ſententia, quamvis nonnulli DD. eam impugnent, fallit tamen concluſio ſi agatur de ſocietate particulari; & hæc dixiſſe in hac materia ſit ſatis.

(1) *Michalor. de fratrib. par. pr. cap.* 24. *num.* 3. *Marta vot. Piſan.* 220. *num.* 18 (2) *Conſtant. dict. annot.* 21. *num.* 179. 120. 182. (3) *Conſtant. dict. art.* 21. *de rer. commun. diviſ. art.* 1. *num.* 35. *& ſeqq.* (4) *Rot. dec.* 408. *&* 503. *cor. Burat.*

Monita pro Tabellionibus ad Tit. de diviſ. & ad ornat Formulæ diviſionis, ſeu familiæ hercifcundæ.

Opportune hic nonnulla notanda putavimus, quæ quamvis diverſam materiam reſpicere videantur, attamen obſervanda ſunt a Tabellionibus, ut recte tam contractus, quam teſtamenta explere poſſint.

Primo igitur animadvertendum eſt, quod teſtator non poteſt perpetuo diviſiones inter hæredes prohibere, ſed bene ad tempus (1). Quod ſi prohibuerit diviſionem inter ſuos hæredes, vel iuſſerit communionem, ſub pœna privationis hæreditatis, videatur induxiſſe fideicommiſſum (2).

Pater poteſt in teſtamento facere diviſiones, adeoque illis a filiis ſtandum eſt, quamvis eſſent inæquales, niſi legitima fraudarentur (3).

Et ſi feciſſet teſtamentum inſtituendo æqualiter filios, poſteaque inæqualiter diviſionem feciſſet, eidem ſtandum eſſet.

Tenent aliqui, fratres non teneri invicem de evictione quando pater diviſit eos in teſtamento (4). Sed hic aliqui diſtinguunt, quod aut Pater ſcivit onus, vel non, & credebat portionem cuique adſignatam eſſe liberam, & tunc agi poſſe de

evi-

evictione, ſi vero onus ſcivit, præſumitur bona aſſignaſse cum ſuis oneribus, & non datur evictio. Notandum, quod aſſignatio per patrem facta filiis eo vivente valet, non autem diviſio (5).

Diviſiones inter fratres maiores ſuſtinentur, ſi non ſint læſi ultra dimidiam (6), concludit quod diviſio reformatur ſi læſio ſit ſolum in ſexta parte, & maxime quando fuit per arbitros, quia in re ſociali ſervari debet æqualitas. Periti diviſores poſsunt ex cauſa iuſta dare unam rem uni fratri, & alteri alteram rem communem totam, ne totum patrimonium corrumpatur, ſeu devaſtetur (7), ubi quod in caſu ſeparandæ legitimæ filii, iudex poteſt ſi res commodam diviſionem non patiatur, aſſignare magis unam, quam alteram rem, & maxime ob incommoditatem diviſionis.

Si fratres dividant fundum, & nil dicant de ſervitute eundi fratris, vel ſocii, unus non poterit habere tranſitum per fundum alterius, etiam ſi aliunde non poſſit habere tranſitum (8), ideoque cauti ſint Notarii, & ſocii dividentes reſervare ſibi ius tranſitus (9).

Caſu quo in hæreditate repertæ fuerint ſcripturæ, inſtrumenta &c. hæc deponi debent penes magis idoneum, ſeu ſeniorem (10).

Frater minor provocatus a maiore ad diviſionem rei immobilis poteſt ſine decreto Iudicis in maiorem transferre ſuam portionem (11); Diviſio tamen a minore peti non poteſt (12).

Quando minor provocatur ad diviſionem multi DD. tenent maiorem dividere debere, minorem eligere, alii vero tradunt ſortis iudicio rem eſse dirimendam, ſed verius eſt hoc reſidere in Iudicis arbitrio (13). Quomodo diviſio, & partium adſignatio fieri debeat, & quis dividere, aut eligere (14): Diviſio erronea, quod poſſit reſcindi (15).

Diviſio quantumvis ampla, & iurata cum clauſula = de non contraveniendo = intelligitur rebus ſic ſtantibus (16), adeoque dividentes tenentur ſibi invicem de evictione (17).

Clauſulæ, ſeu explicatio Clauſularum, quæ in hac ſpecie plerumque adhiberi ſolent.

Clauſ. = quas dixerunt habere communes = explicat, quod diviſio non ſit niſi de re communi (18).

Clauſ. = in una, & prima parte poſuerunt = importat quod in diviſione ſingulæ partes ſingulis ſunt aſſignandæ (19).

Clauſ. = eſt maioris valoris &c. = denotat, quod in diviſione debet fieri æſtimatio, ut partes ſint æquales (20).

Clauſ.

Clauſ. = pro coæquatione = eo quia partes ut diximus debent eſse æquales, niſi agatur de diviſione facta a patre inter filios, quæ poteſt eſse inæqualis (21).

Et hic notandum eſt, quod ſi res commode dividi non poſſit, diviſio non fit, ſed res adiudicatur arbitrio Iudicis (22), & ſi ageretur de porta, ſeu ſcala per quam plures habent aditum non fit diviſio (23), ad rem (24).

(1) *Michalor. de fratr. p. 2. cap. 43. per tot. Grat diſcep. for. cap. 905. per tot. Montan. de tutel. cap. 32. num. 192.* (2) *Bich. dec. 46. per tot.* (3) *Oinot. fol. 437. num. 12.* (4) *Oinot. lib. 4. inſtit. tit. de action. §. de famil. herciſc. ſub num. 17. fol. 438.* (5) *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 485. num. 60. vol. 2* (6) *Ciarlin. controverſ. cap. 118. num. 33. & num 34.* (7) *Gratian. diſcept. 4. cap. 698. num. 17.* (8) *Sabell. reſol. cap. 14. per tot. num. 41. Ciarlin. controv. 76. lib. 1. Cepoll. de ſervit. cap. 38. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 1 num. 9. lib. 4. tit. 16. n. 20.* (9) *Ciarlin. ubi ſupra* (10) *Leg. fin. & ibi DD. de fid. inſtrument. Tiraquell. de iur. primogenior. in præfat num. 126. Miſinger. obſerv. 37. num. 14. cent. 4. Koppen. dec. qu. 8. num. 1.* (11) *lib. 1. §. ſi communis ff. de reb. eor. qui ſub tut. Leg. inter omnes cod. de prædiis minor. 4. Oinot. inſtit. tit. 21. de auctorit. tutor. lib. 1. §. fin. ſub num. 30.* (12) *Cala tract. de reſtit. in integrum denegand. qu. 45.* (13) *Menoch. de arbitr. caſ. 125. per tot. Michalor. de fratrib. par. 3. cap 38. per. tot. Felic. de ſociet. cap. 39. n 26.* (14) *Ger. Spin. conſ. 88. per tot.* (15) *Vid. Caſtr. in Leg. ult. §. item quæſitum 2. ff. de cond. indeb. Magon. dec. Flor. 64. num. 84. Rot. dec. 156. n. 15. rec. par. 14. & poſt Oleam de ceſs. iur. deciſ. 42. per tot. & par. 11. rec. dec. 148.* (16) *Grat. diſcept. for. 863. n. 17. &c.* (17) *Tuſch. litt. D. concl. 534. Paul. Chriſtin. dec. Belgic. 179. n. 12. &c. vol. 2.* (18) *Leg. pr. in fin. Leg. 3, in princip ff comm. divid* (19) *§. ſi fam. & §. ead. interveniunt inſtit. de offic. Iudic.* (20) *Leg ſi quis putans §. ſi fundus ff. comm. divid. Leg. Mævius §. fin. ff. famil. herciſc.* (21) *L. inter filios, & L. inter omnes ubi DD. cod. fam. herciſc.* (22) *Magon. dec. Flor. 46. n. 1.* Menoch. *de arbitr. caſ. 123.* (23) *Vid. Capyc. dec. 63. per. tot.* (24) *Vidend. Petr. de Ubald. tract de ſocietat. par. 11. verſ. duodecimo quæro, Rot. par. 13. rec. dec. 278. & 310. per tot.*

De

De Accomandita.

ACcomandita, ſive ſocietas inita per viam accomanditæ, quæ multum ſolet practicari Florentiæ teſte Cattaneo conſil. 7. nihil proprie aliud eſt, quam communis negociatio inter accomandantes, & accomandatarium pro capitalibus reſpective ab eis, in negotio expoſitis in quo non expenditur nomen accomandantium, ſed accomandatarii dumtaxat, & ſic ius formale ipſius negotii reſidet penes accomandatarium, qui habet totale exercitium, & adminiſtrationem, & proprio nomine contrahit, & diſtrahit, & accomandans habet tantum intereſſe per participationem pro rata capitalis immiſſi, non vero per proprietatem in iure formali ipſius negotii, ita ut dici nequeat quod vel ex mandato expreſſo, vel tacito accomandantium contrahentes cum negotio ſequantur fidem, & perſonam dictorum accomandantium, *Cattanea dict. conſ. 7. ſub num. 1. Card. De Luc. diſc. 27. num. 4. & ſeqq. De Loc. Rot. dec. 640. & 544. n. 8. in fin. par. 1. rec. D. Anſald. de commerc. diſc. 98. num. 58. & ſeqq. & melius ac latius præ ceteris Rot. Rom. dec. 125. num. 3. & ſeqq. poſt Urceoli de tranſact. nuperrimæ impreſſionis Genuæ* 1701. *& Romana Cambii* 20. *Martii* 1684. *coram R. P. D. Urſino penes Turr. variar. quæſt. tom. 2. tit. 11. de Mercatura dec. 3. num. 6. & 7.* in quibus etiam mentio fit de Statuto Florentino de accomanditis diſponente.

Huiuſmodi enim accomandantes, ſeu participes in accomandita non obligantur erga creditores accomanditæ ultra capitalia per eos reſpective in negotio expoſita; Accomandatarius vero in ſolidum obligatur erga omnes ſecum contrahentes, *Rot. dec.* 708. *par. 3. rec. Anſald. de commerc. diſc. 98. num. 59. Urceol. d. dec. 47. num. 7. & Rot. poſt Urceol. d. dec. 125. n. 4. & 5. & Torr. var. quæſt. tom. 2. tit. 11. de Mercatura qu. 1. n. 8. 9. 10.*

Limita tamen ſi aliquis ex accomandantibus paſſus fuerit, vel permiſerit, aut expreſſe voluerit nomen ſuum ab accomandatario etiam expendi, quia tunc ſine dubio in ſolidum ultra capitalia, cum eodem accomandatario teneretur, *Rot. cor. Merlin. dec. 606. num. 15. & ſeqq. Anſald. dict. dec. 98. num. 60. Torr. variar. quæſt. tom. 2. tit. 11. de Mercatura qu. 1. num. 7.*

Limita ſecundo ſi accomandatarius eſſet tantum præpoſitus ab accomandantibus pro adminiſtratore, ſeu complimentario alicuius negotii, ita ut ille appareret nudus miniſter, ſive inſtitor dicti

dicti negotii, nullam habens in eo proprietatem, quia tali caſu accomandita non poſſet ſubſtineri niſi pro vera, ac propria ſocietate inita inter preponentes, & accomandatarius diceretur merus inſtitor eiuſdem negotii; Licet nomen proprium, & non accomandantium in eo expenderet per ea, quæ tradit *Rot. dict. dec.* 125. *num.* 3. *&* *num.* 8. *verſ. quartum, quod poſt Urceol. de tranſact. Torr. loc. cit. num.* 13. *&* 14.

Si in aliqua caſus contingentia dubium oriretur an per contrahentes inita fuerit propria accomandita, aut ſocietas, in dubio ſemper pro accomandita iudicandum eſſe firmat, & optime *Rot. dict. dec.* 125. *num.* 12. *&* 13. præſertim ſi conſtaret ex verbis accomanditæ, quod capitalia accomandantium ſtare deberent in eorum creditum, & accomandantes nominati ſemper fuerint participes, & de eorum participatione ſemper mentio facta fuerit & eo magis ſi appareret, quod accomandantes facultatem habuerint ſuas participationes cedendi alteri, ut late expendendo has omnes circumſtantias, firmat *Rot. Rom. in Romana Cambii* 20. *Martii* 1684. *cor. R. P. D. Urſino quam ſequitur dict. dec.* 125. *poſt Urceol num.* 5.

Neque ad alterandam naturam propriæ accomanditæ ſufficit, quod contrahentes in aliqua parte apocæ, ſeu ſcripturæ accomanditæ nominaverint eorum contractum ſocietatem, per viam accomanditæ, quia ſocietas eſt nomen genericum, & adæquatum cuicumque communioni, quare largo modo convenire etiam poteſt accomanditæ abſque eo, quod eius natura alteretur, *Rot. dec.* 208. *ſub num.* 8. *par.* 4. *rec. &* *dict. dec.* 125. *n.* 6. *poſt Urceol. de tranſact.*

Et ſimiliter non immutatur natura accomanditæ ex eo quod per pactum fuerit prohibitum accomandatario negotiari in proprio ſive particulari negotio pro ſe, & non in communi facere, nam hoc pactum bene adaptatur etiam accomanditæ, in qua omnino rationabile videtur, ut omnia negotia fiant beneficio communi, ſicuti capitalia ſunt communiter expoſita ad omne periculum, prout advertit eadem *dec.* 125. *num.* 8. *poſt Urceol. de tranſact.* minuſque ex reſervatione facultatis in accomandantibus reaſſumendi complementum, & petendi redditionem rationis, quia id eſt pœnitus æquivocum, cum poſſit referri etiam ad intereſſe participationis *dict. dec.* 125. *n.* 9.

Denique advertendum venit in hac materia accomanditæ, quod accomandantes poſſunt admitti, & recipi tam ad negotium iam cœptum, quam ad negotia in futurum inſtituenda, & contrahenda; nam ſicuti ipſi non ſunt ſocii, neque in iure formali

mali negotii conſiderantur condomini, ſed ſolum ſunt participes, ut ſupra diximus, ideo ad conſtituendam hanc participationem non attenditur an negotium ſit cœptum, vel incipiendum; an unum, vel multiplex, ſed tantum apud quem ſubſtantia, & ius formale negotii reſideat *Cattaneo dict. conſ.* 7. *Rot. Genuenſ. deciſ.* 39. *n.* 8. *& ſeqq. & Rot. Rom. dict. deciſ.* 554. *n.* 5. *& ſeqq. & dec.* 640. *n.* 7. *par.* 1. *rec. & dict. dec.* 208. *n.* 3. *par.* 4. & optime *Rot. dict. dec.* 125. *poſt Urceol. de tranſact. num.* 7.

Sequuntur Leges reſpicientes materiam Accomanditæ.

Antiquior Lex, quæ ſuper ſociorum obligationibus adhuc viſa ſit, Statutum Civitatis eſt *lib.* 4. *in tractatu Conſulum Artium, & Mercatorum Rubr.* 16. quæ ſic diſponit = Statutum; & ordinatum eſt, quod ſi quis de aliqua arte ex Artibus Civitatis Florentiæ contraxerit, vel ſe obligaverit, aſſerendo in tali contractu, vel obligatione ſe facere per ſe, & ſuis ſociis, & talis contractus, vel obligatio eſſet, vel fuiſſet de aliqua, vel ſuper aliqua re ſpectante, & pertinente ad ſocietatem, ſeu traficum huiuſmodi ſociorum, omnes ſocii talis contrahentis, vel obligantis, & quilibet eorum poſſint, & debeant ex illo contractu, vel obligatione conveniri, & cogi, ſicut ille qui contraxerit, & obligationem fecerit, etiam non obſtante quod de dicto contractu, vel obligatione nil reperirietur ſcriptum in libro, ſeu libris rationum fundaci, ſeu apothecæ, vel trafiici talium ſociorum. Si vero aliquis ex ſociis in aliqua, vel de aliqua dictar. artium aliquod debitum contraxerit, vel promiſſionem, vel obligationem fecerit, etiam ignorante, vel ignorantibus ſocio, vel ſociis ipſius ex quacumque, ſeu de quacumque, vel ſuper quacumque re, & ratio talis debiti obligationis, vel promiſſionis reperirietur deſcripta in aliquo libro idoneo talium ſociorum, ſeu eorum fundaci, vel apothecæ, eo caſu quilibet talium ſociorum ſit, & eſſe intelligatur in ſolidum obligatus, & teneatur, & cogi poſſit ad ſolvendum, & ſatisfaciendum debitum in tali contractu, promiſſione, vel obligatione comprehenſum =

Poſtea ſucceſſit Lex diei 30. Novembris 1408. quæ poſtea renovata fuit in compilatione Statuti Mercantiæ diei 21. Maii 1495. Rubr. 26. in qua ſic diſponitur = Ancora avendo riguardo alla preſervazione dei Mercanti, ed Artefici, approvando quegli ottimi, e laudabili provvedimenti, che lungo tempo ſono ſtati, ed ancora oggi ſono *in iuridica obſervantia*, provveddero, ſtatuirono, ed ordinarono, che qualunque perſona trafficaſſe in

ſuo nome proprio, o con altri, o faceſſe, o eſercitaſſe alcuna, o d' alcuna mercanzia, ovvero traffico nella Città, Contado, o diſtretto di Firenze, o in qualunque altra parte del mondo, ed aveſſe alcuna quantità di denari di alcuna perſona, che gliene metteſſe nelle mani in accomandigia per trafficare, o mercanzia fare, della quale il nome, ovvero ſegno, o alcun mandato fuori di detta accomandigia non aveſſe in alcun modo tacita, o eſpreſsa per poterli trafficare = ſiano tenuti, e debbano con quella tal perſona che trafficaſſe, o alcuna mercanzia faceſſe, come colui, che gli metteſſe i detti denari nelle mani, far ſcrivere per mano del Cancelliere della preſente Univerſità, o ſuo Coadiutore, in ſu un libro, il quale ſia negl' Atti della Camera della preſente Univerſità, il nome, ovvero i nomi di quello o quelli, che riceveſſe in accomandigia tal quantità di denari, ponendo il dì, ed anno, e in effetto, come tal perſona gli ha meſſo nelle mani tanta quantità di denaro, o di mercanzie, per poterle trafficare in accomandigia, e ſua dependenza, ſe non per detta tale quantità, e per tanto tempo, e come detto tale non vole eſſer tenuto, nè obbligato per cagione del detto traffico, ovvero eſercizio, o accomandigia, o ſua dependenza, ſe non per detta tal quantità che ſarà meſſa nelle mani a quella tal perſona per trafficare, ed eſercitare, ed utili, e guadagno di tale accomandigia, acciocchè a ciaſcuno, che credeſſe al detto trafficatore, o con lui contraeſſe, ſia noto per quanta ſomma quel tale, che aveſſe meſſo nelle mani al detto trafficatore alcuna quantità di pecunia, ſia, e poſſa eſſer tenuto, ed obbligato a creditori del detto traffico, ovvero eſercizio, o che a quello voleſſero credere. =

= E ſcritto nel detto libro di mano del detto Cancelliere, o ſuo Coadiutore, di volontà di chi metterà nelle mani, e di chi riceverà le ſopradette coſe per il detto effetto, non ſia tenuto, nè obbligato quel tale, che aveſſe meſſo nelle mani al detto trafficatore, ovvero eſercitante mercanzia, ad alcuna, o per alcun' altra quantità, mercatanzia, o coſa che da tale accomandigia, o eſercizio dependeſſe, ſe non ſolamente, ed al più in tutto, ed inſino a quella quantità di pecunia, che aveſſe meſſa nelle mani a tal trafficatore, e guadagni, ed utili di tale accomandigia, nè per più, ed altre ſomme, o coſe ſia obbligato, e poſſa eſſer convenuto, o moleſtato in alcun modo, non oſtante alcuno Statuto, Ordine, o Riformagione del Popolo, e Comune di Firenze, o della preſente Univerſità, o Conſuetudine, o qualunque altro Ordine, Diſpoſizione, e Capitoli, che altri-

menti

menti, o in altro modo diſponeſſino, o contrattaſſino in alcuna parte alle coſe dette, alle quali tutte s' intende per i preſenti Capitoli eſpreſſamente derogato, etiam ſe quì ſe ne foſſe dovuto fare individua, particolare, ed eſpreſſa menzione. =

= Ma quanto a tal ſomma, ed inſino a tal ſomma che aveſſe meſſa nelle mani a tal trafficatore, e gli utili, e guadagni di tale accomandigia, reſti in tutto, e per tutto realmente, e perſonalmente obbligato a quelli, che aveſſero creduto a tal trafficatore, e con lui contrattato, come ſe per il preſente ordine fatto non foſſe. =

Sequitur poſtea Statutum Mercantiæ compilatum ann. 1577. Rubr. 10. libr. 2. cuius titulum *dei Compagni*, quod eſt in plena obſervantia = E non oſtante quanto di ſopra ſi è detto, e qualunque altra coſa, che in contrario, o altrimenti diſponeſſe, poſſa ciaſcuno così in ſuo nome, come di qualunque compagnia, o traffico, ove aveſſe intereſſe dare in accomandita, o per via di accomandita qualunque ſomma, o coſa a qualunque perſona, facendo ciò deſcrivere al libro dell' accomandite di detta Corte nella forma ſolita, ove a principio ſi metta il nome di chi da in accomandita, dipoi a chi la da, quanto debba durare, e qualunque altri patti, di che ſaranno inſieme convenuti, potendoſi per brevità di tali patti riferire alla Scritta, o Iſtrumento pubblico, o privato, che averanno perciò fatto, purchè ſe vi ſarà patto di continuazione non ſi diſdicendo, o di poterla finire, o troncare avanti il tempo appoſto nella deſcrizione, dì che di ſopra intervengano chi da, e chi riceve, o loro reſpettivi Procuratori, o ſi poſſono ancora fare in voce, e nome, quando il mandato non vi ſarà, o non ſarà ſufficiente, purchè ſegua di poi la ratificazione, o altrimenti appariſca, o apparirà che così ſia ſtata la volontà di tali contraenti, e di tutto ſi debba far noto al detto libro nel modo ſolito. =

= E ſe tali accomandite ſaranno così deſcritte, e non ſaranno amminiſtrate, o governate da chi le dà, ma da chi le riceve, non ſia tenuto chi le averà date, o darà, ſe non a quella ſomma, o coſa che vi averà meſſo, ed utili, e guadagni, ed altro non poſſa eſſere aſtretto, e convenuto, reſtando nondimeno ſempre obbligato in ſolidum a debiti contratti quegli uno, o più, che l' averanno amminiſtrata, e ne averanno avuto il governo. =

= E quanto ſia per riſtretto dei Terzi, che negozieranno con chi ſarà deputato al miniſtero, e governo di tali accomandite, baſti che in tale deſcrizione al libro delle accomandite ſiano i

 nomi

nomi di chi darà, di chi riceverà, il nome, o nomi in chi la canterà, il tempo della durazione, i patti concernenti tal durazione, e che la ſia deſcritta a detto libro, e ſe le altre coſe non ſaranno così ſolenni quanto a detti Terzi, non operi, che tale accomandita non abbia il privilegio di che ſopra.

DE MANDATO.

TIT. XXVII.

MAndatum, quarta ſpecies dictorum contractuum, eſt = *contractus quod aliquid gratuito gerendum committitur, & ſuſcipitur* = quinque modis contrahitur, ſcilicet, vel ſolius mandantis gratia, vel mandantis, & mandatarii, vel aliena tantum, vel mandantis, & aliena, vel mandatarii, & aliena, ut exemplificatur in textu. Solius mandatarii gratia conſtitutum nullum eſt, nec aliud quam conſilium, nullam obligationem inducens, niſi ſit fraudulentum. Dividitur præterea in expreſſum, & tacitum; in generale, & ſpeciale, prout videre eſt apud interpretes. Quod ſi tibi mandem, ut pecuniam tuam Seio credas, non eſt conſilium, ſed mandatum, quia fidem meam pro Seio videor interpoſuiſſe, prout in textu.

Mandatarius fines mandati nequit excedere, ita ut in exceſſu contrariam actionem non habeat, unde ſi cum mandatum eſt, ut centum emat aliquis, ſi plures emerit, exceſſum haud poteſt repetere, minoris emere poteſt.

Mandatum pluribus modis finitur, primo revocatione mandantis, ſi res adhuc ſit integra, vel renunciatione mandatarii, ſecundo morte mandantis, ſeu mandatarii *decoctione*.

Mandatum natura ſua eſt gratuitum *Leg. pr. in fin. ff. mand. Leg. litem Cod. de Procurat.* ita ut interveniente mercede tranſit in contractum locationis operum *L. pr. §. mandatum ff. mand.* verum honorarium non reſpicit, ſicut mercedem, honorarium enim non vitiat ſubſtantiam mandati, *Leg. ſi remunerandi in principio ff. mandati*.

Differt autem merces ab honorario, quia merces correſpondet æſtimationi operarum, honorarium vero eſt voluntaria remuneratio operæ voluntarie præſtitæ.

Verum ſi in inſtrumento procuræ certum ſalarium promiſſum fuerit, adverſus eum minime opponi poterit quod non ſit procurator &c. quia hæc differentia ſolum reſpicit, quæ proponi contingat inter mandantem, & mandatarium, locationis ſcilicet præſcriptis verbis (1).

Mandatum, ut ſuperius diximus, aliud eſt expreſſum, videlicet, quod verbis, vel literis, vel per nuncium expreſſum ſit (2), aliud vero expreſſum ex parte mandantis, & tacitum ex parte ſuſcipientis.

Aliud eſt enim mandatum tacitum quod a lege fingitur, ut eſt ratihabitio, quæ mandato æquiparatur (3), & eſt quod tacite præſumitur; verum pro regula generali tenendum eſt, mandatum non præſumi (4), attamen dicta regula aliquam patitur limitationem, nempe quod tenenda ſit quando ex circumſtantiis diverſimode non appareat; quales ſint circumſtantiæ, ex quibus præſumi poſſit mandatum (5).

Illud præcipue obſervandum, quod quamvis mandatum enumeretur inter contractus bonæ fidei, id intelligendum eſt quoad comprehenſionem, non quoad extenſionem. Nam in eo extenſio non fit de caſu ad caſum, nec de negocio ad negocium, qua de re DD. agentes de extenſione habent illud pro contractu ſtricti Iuris (6), quomodo fieri poſſit extenſio conſtat (7), quam extenſionem dari adfirmant ad ea quæ ſunt de natura actus, vel ad ea quæ neceſſaria ſint ad actum perficiendum.

Mandatum denique aliud generale eſt, aliud ſpeciale; Generale, cum quis generaliter ad omnium bonorum adminiſtrationem conſtituitur (8); Speciale vero quando aliquid committitur faciendum in ſpecie (9). Notandum quod quamvis mandatum dicatur generale cum clauſula cum libera, non extenditur ad ea quæ non ſunt expreſſa, niſi agatur de iis, de quibus ſuperius egimus, ſed ad omnia quæ ſunt expreſsa, & non ultra (10), præcipue ſi agatur de illis actibus, qui ſpeciale mandatum requirant, qui ſub generali clauſula comprehendi nequeunt.

Mandatum ſi ad aliquem actum, ſeu factum conceſsum fuerit, de primo actu erit intelligendum, non de ſecundo, & ſic in primo actu cenſetur conſumptum, *ad Text. in Leg. Boves §. hoc ſermone ff. de verbor. ſignificat.*

Mandatum primum per ſecundum expirat, quid autem dicendum ſtante bona fide contrahentis, exiſtentiam ſecundi ignorantis, *Rot. Rom. in general. indic. verb. mandatum in genere &c.*

(1) *Leg.*

(1) *L. naturalis §. ſed ſi facio ff. mandati &c.* (2) *L. 1. L. ſi vero non remunerandi ff. mandati* (3) *Leg. ult. Cod. ad Macedonian.* (4) *Cepoll. conſ. 56. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Cæphal. conſ. 65. num. 16.* (5) *vid. Sabell. in ſum. §. mandatum num. 3 in fin.* (6) *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 14. ſub n. pr.* (7) *Conſtantin ad Statut. Urb. annot. 19. num. 62. ibid. Rot. Rom. ab eo cit.* (8) *Leg. procurat. ff. de procur.* (9) *dict. Leg. procurat.* (10) *Grat. diſcept. for. 737. num. 10. Rot. Rom. par. 17. rec. dec. 64. num. 16.*

Monita pro Tabellionibus cum explicatione Clauſularum ad ornatum formulæ Inſtrumentorum mandati &c.

Caveant Notarii, quod ſi contigerit conficere inſtrumentum mandati procuræ, puta ad vendendum, ad fideiubendum &c. apponant = quod mandans dat facultatem procuratori mandatario obligandi favore ementis &c. Perſonam ipſius conſtituentis, eiuſque bona, & perſonas, & bona hæredum ſuorum præſentium, & futurorum = quoniam abſque dicta expreſſione poſſet inutilis evadere obligatio = & hæc moneo quia ſæpe erratum vidi, & inde diverſa iurgia exorta.

Caveant ulterius quod in mandato faciendo per minores, vel mulieres adhibendæ ſunt ſolemnitates ſtatutariæ, ſcilicet Decretum Iudicis: imo quæritur in hac ſpecie an Procurator conſtitutus cum ſolemnitatibus ab huiuſmodi perſonis, debeat iterum cum iiſdem ſolemnitatibus inſtrumentum conficere = & diſtinguendo reſpondetur = ſi fuit conſtitutus ad vendendum tale agrum &c. pro tali prætio, poteſt tuto fieri contractum a Procuratore. Si vero Procurator fuerit conſtitutus in genere ad vendendum &c. non deſignato ſpeciali negocio cum ſuis qualitatibus, requiruntur ipſæ ſolemnitates, quæ ſervatæ fuerunt in mandato, *Ciarlin. controv. par. 2. cap. 118. num. 18. Urceol. de tranſact. qu. 14. n. 15. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 2. n. 10. Gratian. diſcept. for. 409. n. 35. Iovio de ſolemnit. in contract. minor. Gloſſ. 16. §. 10. num. 72.*

Quando plures conſtituuntur Procuratores in eodem facto debet apponi iſta clauſula (in ſolidum, & quod unus inceperit alter mediare, vel finire valeat) quia ſi hæc clauſula omitteretur, Procuratores non valerent mandatum exequi niſi unitim, *Azo in ſumm. Cod. de Procurat. num. 5. Pariſ. conſ. 13. num. 16. vol. 1. cap. ſi duo de Procurator. Bald. in Leg. fin. §. ipſum n. 2. Marta de clauſulis clauſ. 210.*

Item

Item non prætermittant apponere clauſulam generalem = & generaliter in præmiſſis, & circa præmiſſa, & hanc = etiam cum libera =, quia per hanc ſubſtinentur multa mandata, in quibus requireretur aliqua expreſſa ſpecialitas. *Oinot. titul. de action. fol.* 578. *num.* 20.

Procurator conſtitutus generaliter cum clauſula = quod mandatum poſſit extendi a quocumque Notario, cum aliis facultatibus etiam Procuratori bene videndis = tunc mandatum intelligitur generaliſſimum, & perinde eſt ac ſi appoſita fuiſſet clauſula, quod habeantur pro expreſſis omnia neceſſaria, *Gratian. diſcept. for. cap.* 274. *num.* 18. *tom.* 2.

Clauſula = & in omnibus, & per omnia pro ut dicto Procuratori videbitur, quæ ipſe conſtituens facere poſſet = parit effectus quod Procurator habet ampliſſimam facultatem, & poteſt facere ea omnia, quæ poſſet facere conſtituens ſi præſens eſſet, & conſtituens non poteſt impugnare niſi ea, quæ de iure impugnare poſſet, ſi intervenieſſet, ita ut Procurator ex vi dictæ clauſulæ habeat facultatem ſpecialis mandati in omnibus, quæ gerit *Manſ conſ.* 187. *num.* 25. *tom.* 2. *vid. Gratian. diſcept. for. cap.* 738. *num.* 24. *tom.* 12. ubi firmat, quod mandatum cum facultate gerendi omnia, quæ principalis facere poteſt, idem eſt ac ſi adeſſet clauſula = cum libera.

Illud tamen obſervandum eſt, quod dicta clauſula apponenda eſt in partibus diſpoſitivis, & in ventre inſtrumenti non autem, in fine, vel ubi ex conſuetudine apponitur clauſula = & generaliter in præmiſſis etiam ſi talia forent, quæ ſpeciale mandatum requirerent &c. = quia tunc non cenſetur data univerſalis poteſtas etiam circa non expreſſa, ſed ſolum generalis intra limites narratorum &c. *Manſ. dict. conſ.* 187.

Nec poſſe ulla cauſa revocari = conſtituens procuratorem ſi promiſerit etiam cum iuramento mandatum non revocare; poteſt tamen illud revocari, quia cum actus ſit de ſui natura revocabilis, non valet promiſſio, & iuramentum non operatur, quamvis contraveniens periurius ſit, *Grat diſcept. for. cap.* 738. *num.* 35. *tom.* 4. *Vant. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mand. num.* 158. *Rot. Rom. dec.* 154. *n* 7. *par.* 4. *rec. tit.* 1. quæ tamen revocatio eſt parti intimanda legitime, alias acta cum tali procuratore adhuc valerent in præiudicium revocantis, *Marta vot. Piſan.* 11. *num.* 2. *&c. Petr. de Onat. de contract. tom* 2. *tractat.* 13. *diſp.* 44. *ſect.* 6. *per tot.*

Verum limitatur concluſio quod non poſſit revocari mandatum factum cum clauſula de non revocando, quando res

non

non eſt amplius integra, *Rota Rom. dec.* 24. *n.* 14. *par.* 6. *rec.*
Limitatur quando mandatum fuit factum in contractu ultrocitroque obligatorio, *Rot. dec.* 354. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.*

Poſtremo ſtatuendum eſt mandatum procuræ vallatum cum clauſula de non revocando morte non expirare, nec poſſe revocari quando eſt in rem propriam, & cum clauſula conſtituti, ceſſione &c. *Rot. Rom. par.* 2. *diverſ. dec.* 174. *n.* 3. *&* 4. *&c. & rec. dec.* 46. *num.* 10. *par.* 12.

De mandato duraturo poſt mortem, *vidend. Soccin. conſ.* 87. *& conſ.* 61. *num.* 10. *&* 11. *et conſ.* 112 *num.* 11. *vol.* 1. *Stracc. de mercatur. par.* 4. *verſ. mand. num.* 49.

Et quamvis per mortem expiret mandatum, fallit tamen in multis caſibus, *Gabriell. concluſ. in tit. de procurat. concluſ.* 2. *per tot.* & præcipue favore dotis, quo caſu nec ab hærede revocari poteſt, *Bald novell. de dot. par.* 6. *priv.* 52. *num.* 1.

Mandatum cum clauſula ad omnia alia faciendum, quæ utilia, & opportuna, cum promiſſione de habendo gratum quidquid legitime factum fuerit &c. tamquam captioſum poteſt revocari, & non acceptari, cum conſtituens teneatur ſimpliciter ſtare facto ſui procuratoris, & non conditionaliter = ſi utilia fecerit, vel legitime peregerit; alias poſſet de facili iudicium reddi eluſorium allegando non utiliter, vel legitime factum, & ideo advertendum eſt circa formam mandati, *Vant. de nullitat. tit. ex defect. in habilitat. ſeu mandati num.* 112. *&c. Roman. conſ.* 60. *Tuſch. litt. N. concl.* 68.

Et obſervandum eſt, quod multoties mandatum generale = cum libera non ſufficit ad omnia, ſed ſpeciale requiritur in multis caſibus enumeratis per *Barboſ. de clauſ. clauſ.* 35. *n.* 16. *& ſeqq.* pro ut infra =. Lubet igitur hic recenſere caſus in quibus ſpeciale mandatum requiritur, qui ſub generica explicatione comprehendi non poſſunt = ad exigendum = ad remittendum debitum = ad alienandum = ad iurandum = & ſecundum aliquos = ad iurandum ſic: & ſic in individuo, *Grat. diſcept. for. cap.* 97. *n.* 10 = ad accuſandum = ad impetrandum reſcriptum = ad faciendam exemplationem inſtrumenti = ad contrahendum matrimonium, ad recuſandum Iudicem, ad ſubſtituendum, ad tranſigendum, vel paciſcendum, ad compromittendum, ad capiendam poſſeſſionem, ad iurandum de calumnia, ad reſpondendum poſitionibus, ad petendam reſtitutionem in integrum, ad faciendam pacem, ad donandum, ad renunciandum inſtantiæ litis, ad renunciandum exceptionibus peremptoriis, ad renunciandum appellationi, vel nullitati, ad faciendum ea, quæ ſunt magni præiudicii, ad reſignan-
dum

dum, vel conferendum beneficium, ad preſentandum Clericum ad beneficium, ad acceptandum beneficium Eccleſiaſticum, ad faciendum ea per quæ mandans cadat in commiſſum, vel pœnam ad remittendam, & declarandam caducitatem, ad impetrandum beneficium, ad fideiubendum, ad exigendum laudemium, niſi ſponte ſolvatur, ad intentandum ius retractus, ad locandum, ad iurandum debitorem de fuga ſuſpectum, ad locandum, ad conducendum, ad emendum, ad vendendum. Poſtremo, qui plura cupit dignoſcere, videat *Pax Iordan. lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num* 165. *&c. Tuſch. litt. M. concl.* 52. *per tot. Ricc. collect.* 312. *&* 1597 = Quod denique mandatum procuræ poſſit fieri abſenti certum eſt, & continetur in illa clauſula = quamvis abſens, ſed tamquam præſens = *Leg. procurator, prima in fin.* „ ibi „ dari = procurator etiam abſenti poterit, *& Leg.* 2. *Cod. de procurat.* = qui tamen debet certificari, & ratum habere = *Leg.* 2. *ubi Gloſs. in verbo dummodo ff. eod.*

Formula Mandati Procuræ duraturæ poſt mortem.

NN. fecit, conſtituit, & creavit ſuum verum, & legitimum Procuratorem, Actorem, & Geſtorem irrevocabilem, & firmiter duraturum poſt mortem dicti conſtituentis, quem ex aliqua, vel per aliam procurationem, vel actum, quem, ſeu quam per dictum conſtituentem fieri contigerit, vel per aliquem, finem ſpecialem, vel generalem, ſeu ſpecialem, tacitam, vel expreſſam revocationem, vel ſuſpenſionem, noluit revocari, vel ſuſpendi NN. præſentem, & dictum mandatum in ſe ſponte ſuſcipientem: Quod mandatum dictus conſtituens durare voluit poſt mortem ſuam, ſuaque hæreditate adita, vel non adita, iacente, ſeu repudiata, nec poſſe ulla de cauſa revocari, ſuſpendi, vel impediri„ in omnibus, & ſingulis &c. ad agendum &c. dans, & concedens dictus conſtituens dicto procuratori, plenum, liberum, & generale mandatum, cum plena, libera, generali, & ſpeciali adminiſtratione ec. & inſuper dict. NN. ex certa ſcientia, & non per errorem ex nunc, fecit dict. NN. præſenti, & pro ſuis hæredibus recipienti, & ſtipulanti, finem, quietantiam liberamque abſolutionem, & pactum perpetuum de ulterius non petendo de omnibus ſuppradictis, & de omni, & toto quod dictus Procurator teneretur, vel teneri poſset, & hoc mandatum irrevocabile eſse iuſsit, quod irrevocabiliter durare voluit, dict. NN. conſtituens (ut ſupra) ſua hæreditate adita, vel non, & quomodolibet repudiata: Et inſuper dictus conſtituens iuſsit, voluit & mandavit hoc manda-

 tum

tum toties haberi, & cenſeri confirmatum, de novo factum, quoties appareret aliqualiter revocatum, dictumque Procuratorem eo caſu ex nunc, prout ex tunc, ex tunc, prout ex nunc de novo conſtituit, & pro noviter tunc conſtituto haberi voluit, & mandavit ad omnia, & ſingula ſupraſcripta, promittens eidem præſenti, & pro ſe, & ſuis hæredibus recipienti, & ſtipulanti, pro omnibus, & ſingulis quorum intereſt, & intererit, aut intereſse poterit quomodolibet in futurum ſe prædictum mandatum non revocare, nec ſuſpendere quoquomodo, atque omnia prædicta, & quidquid per d. procuratorem, factum, geſtum, & procuratum perpetuo firmum, & ratum habere, & tenere, nec contra facere per ſe, vel per alium quoquomodo, in iudicio, vel extra de iure, & de facto ſub pœna dupli eius, quod pro tempore exigi poſſit, & valeat cum effectu, quoties contra prædicta aliquid factum fuerit; qua pœna commiſsa, vel non ſoluta, vel non, ſeu etiam remiſsa, rata, & firma maneant nihilominus omnia, & ſingula ſupraſcripta, ſub hipotheca, & obligatione ſui, ſuorumque, & bonorum omnium, præſentium, & futurorum rogans, &c.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX QUASI CONTRACTU NASCUNTUR.

TIT. XXVIII

PErtractato primo cauſarum genere, unde oritur obligatio, ſupereſt agendum de altero ex quaſi contractu.

Quaſi contractus eſt tacita conventio, per quam obligatio præſumptione Iuris inter ignorantes contrahitur, adeoque differt a contractu, qui expreſsa voluntate inter ſcientes, & volentes perficitur.

Obligatio etenim ex quaſi contractu naſcitur, cum citra conventionem, quia obligatur ex facto non turpi, & huius generis quinque hic recenſent, videlicet.

Negociorum geſtio = Adminiſtratio Tutelæ = communio rerum citra cauſam ſocietatis = aditio hæreditatis = indebiti ſolutio =

Geſtio negociorum eſt cum quis ſine mandato negocia abſentis, & ignorantis gerit, ex quo ultro, citroque naſcitur actio negociorum geſtorum.

Directa competens domino contra negociorum geſtorem, ut geſti rationem reddat, contraria competens negociorum geſtori adver-

adverſus dominum, ad repetendum quod ex re propria in huiuſmodi geſtione impenderit.

Negociorum geſtor tenetur domino non ſolum de dolo, culpa lata, & levi, ſed etiam de leviſſima, & ratio eſt, quia qui ultro aliena negocia gerenda ſuſcipit, videtur ſummam diligentiam polliceri, & ſibi imputet ſi alienis negociis ſeſe obtulerit.

De adminiſtratione Tutorum ſatis alibi actum eſt, quare hic notandum dumtaxat quod eſt quaſi contractus, cum proprie inter Tutorem, & Pupillum contractus non initur, ſed quaſi.

Si communio rerum citra cauſam ſocietatis eſt, cum eadem res pluribus forte legata, aut donata fuerit, vel cum pluribus hæreditas fuit relicta; ex qua communione obligatio oritur ex quaſi contractu, & ſingulis coniunctis competit actio adverſus alterum, quæ extra cauſam hæreditatis, dicitur actio communi dividundo, quæ datur pro rei communis diviſione, ad conſequendam partem expenſarum, quæ factæ ſunt ab aliquo in re communi, nec non ad conſequendam partem fructuum dictæ rei communis; in cauſa vero hæreditatis dicitur actio familiæ herciſcundæ, & ad dividendam hæreditatem.

Quarta ſpecies quaſi contractus eſt hæreditatis aditio; hæres enim adeundo obligatur ex quaſi contractu legatariis, & fideicommiſsariis, ad præſtanda legata &c. quorum nomine competit actio, quæ dicitur ex teſtamento in perſonam hæredis.

Quinta ſpecies eſt indebiti ſolutio, de quo ſupra actum fuit.

Unum hic notandum; quod illud ſemper non poteſt repeti, & id contingit, cum Lis per inficiationem creſcit; ut in actione *Leg. Aquiliæ*, ex. gr. damnum tibi datum fuit a Caio, id ego emendavi, cum non eſsem obligatus ignoranter indebitum ſolvi, non competit mihi repetitio indebiti, quia ſolvere videor ex cauſa tranſactionis = & ratio rationis eſt quia actio adverſus confitentem datur in ſimplum, adverſus negantem in duplum, *Leg. contra negantem ff. ad Leg. acquir.* Secundo caſu non competit repetitio in actione depoſiti facti in cauſa ruinæ, tumultus, incendii, tertio in actione legatorum Religionis, vel pietatis cauſa ſolutorum.

Notæ ad Negoc. Geſtor.

Nota quod aliquando Nogociorum Geſtor tenetur tantummodo de dolo, & lata culpa, quando ſcilicet acceſſit negocio deſerto.

Nota ulterius caſus in quibus etiam utiliter gerens actione deſtituit verb. grat. quando quis cauſa pietatis, & ex paterna

 dile-

Digitized by Google

dilectione actione negocium geſſit, veluti quando vitricus alimenta dedit ſuo privigno, niſi fuerit proteſtatus ſe velle ea repetere, vel confecerit librum rationum, ex quo declaretur eius animus ſe velle expenſas repetere = *vid. Oinot. ſuper inſtit. lib. 3. tit. 28. in §. igitur*, ex quo plura exempla colligi poſſunt, quæ in praxi quotidie occurrunt = & de quibus ſparſim agunt practici, præcipue *Surd. de aliment. Mantic. de tacit. & ambig.* & paſſim alii.

Ad mater. condit. Indebiti.

Datur actio quæ dicitur conditio indebiti illi qui indebitum ſolvit, modo 1. Ne per naturalem quidem obligationem debitum ſit 2. Solutum non ſit errore iuris a perſona cui ius ignorare non liceat, nam error facti excuſatur 3. Factum non ſit malitioſe, & ex certa ſcientia.

Qui dubitans nominatim paciſcitur quod ſibi reſtituatur ſolutio ſi debita non ſit, obligat ex vero contractu recipientem.

Qui dubitans ſimpliciter ſolvit, æquiparetur erranti.

Qui ex certa ſcientia acceptat ſolutionem ſibi non debitam, ſi creditorem ſe eſſe ſimulans, alium ad ſolvendum inducit, etiam furti tenetur.

Qui ſolvit ex cauſa futura honeſta, ſed non verificata repetere poteſt ſolutionem actione quæ dicitur *Conditio cauſa data, cauſa non ſequuta*.

Qui ſolvit ex cauſa futura, quæ ex parte tantum acceptantis turpis erat intentare poteſt actionem quæ nuncupatur *Conditio ob turpem cauſam*.

Qui abſque cauſa ſolvit, vel ille cuius res ad alium pervenit uti poteſt actione, quæ dicitur *Conditio ſine cauſa, vel condiditione incerti* licet actionem civilem non habeat, cum inter illum, & poſſeſſorem nulla inita fuerit conventio. *Leg. ſi me & Titium ff. de reb. credit.*

EX ORDIN. INSTIT. SECUNDUM NOS TIT. PER QUAS PERSONAS NOBIS ORITUR OBLIGATIO.

T I T. XXIX.

Ex dictis ſupra §. in ſecundo libro; tit. nono per quas perſonas &c. remanet explicatus hic titulus.

Qui-

QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.
TIT. XXX.

OBligatio dupliciter tollitur ipſo iure, & vi exceptionis. Tollendæ obligationis modi ipſo iure quatuor hic recenſentur vid. ſolutio, acceptilatio, novatio, contrarius conſenſus. De exceptionibus agetur lib. ſeq.

Primo igitur ipſo iure tollitur obligatio ſolutione debiti, & ſi aliud pro alio præſtetur, conſentiente tamen creditore, eo enim invito, aliud pro alio ſolvi non poteſt.

Qui reddit pecuniam in alia forma non videtur aliud pro alio ſolvere, niſi creditor ex hoc damnum ſentiat. *vid. Theor. ad Text in L. 2. §. Mutui datio ff ſi cert. petat. & in auth. Hoc niſi Cod. de ſolut.* ubi quod debitor quantitatis ſi pecuniam non habet poteſt rem aliquam in ſolutum dare creditori. Eſt in arbitrio creditoris hipothecarii eligere inter bona debitoris ea quæ mavult pro ſua ſatisfactione. *Leg. Creditoris arbitrio ff. de diſtract. pign.* Regulariter creditor cogi nequit ut quod ſibi debetur recipiat in loco diverſo ab eo quo conventum eſt ſolutionem eſſe faciendam. *Leg. his qui certo loco ff. de eo quod certo loco.*

Secundo tollitur per acceptilationem: eſt enim acceptilatio liberatio per mutuam interrogationem, & reſponſionem, creditor enim rogatus a debitore, an id quod debet acceptum ferat, & creditor reſpondet ſe acceptum ferre; per hanc tamen tolluntur ſolæ obligationes ex ſtipulatu; Quare ſi quis ex alia cauſa debeat, quam ex ſtipulatu per acceptilationem huiuſmodi obligatio tolli nequit, niſi prius debitum deducatur in ſtipulationem. Hinc pro dilatando acceptilationis uſu a Gallo Aquilio introducta fuit formula, qua debita ex quacumque cauſa in ſtipulationem Aquilianam, ab auctore ita dictam, deduci, & ita acceptilatione valeant extingui. Acceptilatio inutilis regulariter ſubſtinetur ſaltem in vim pacti, niſi aliud impediat quam ſtipulationis defectus.

Tollitur præterea novatione, quæ eſt prioris obligationis in aliam transfuſio, *Leg. pr. ff de novation.* & clarius eſt prioris debiti, ſeu obligationis in aliam obligationem, vel naturalem, vel civilem, transfuſio, & translatio, ut prior obligatio perimatur, & nova conſtituatur: ad hanc inducendam primo requiritur quod vetus adſit obligatio. Secundo quod inducatur nova obligatio per ſtipulationem. Tertio, ut animus novandi appareat.

Du-

Digitized by Google

Dupliciter novatio fieri poteſt, vel manente eodem debitore, quod fit cum aliquid novi veteri obligationi adiicitur, vel detrahitur, puta dies, conditio, fideiuſſor, vel mutata perſona debitoris, cum alterius locum ſubit.

Quarto demum contraria tollitur voluntate ſive diſſenſu; id tamen procedit in ſolis obligationibus conſenſualibus; quia nil tam naturale eſt, & hoc quidem re integra, id eſt nondum pretio ſoluto, aut re tradita &c.

Quinto compenſitione, quæ eſt debiti, & crediti inter ſe contributio, *Leg. 1. ff. de compenſationibus*. Sexto confuſione. Septimo oblatione. Octavo rerum extinctione. Nono conſignatione ec.

NOTÆ.

Solutione tollitur obligatio, ita ut iura crediti, quamvis ceſſent ſi cedenti poſtmodum fuerit ſolutum, adhuc extincta remanent ſi legis, vel hominis inhibitio non obſtet, Legis videlicet, quia creditori decocto, vel decoctioni proximo, vel Iudicio creditorum univerſali pendente ſolvere interdictum eſt, pariterque ſi pupillo, aut prodigo abſque tutoris ſui auctoritate ſolutio facta ſit, *Leg. ait prætor. §. permittitur ff. de minor. Grat. diſcept. for. cap. 227. num. 32.*

Hominis ſi per intereſſe habentem debitori ne ſolvat ſit inhibitio intimata, vel ſi a ceſſionario ceſſio ſit notificata, vel a debitore ſolutio, ceſſionario inchoata iuxta *L. 3. C. de Novationibus*.

Quando vero creditum fuit extinctum eius ceſſio fieri non poteſt.

Limita tamen favore fideiuſſoris, vel ſi ſolventis proteſtatio, ſive declaratio de ſubintrando in iuribus creditoris præcedat. *Gloſſ. in Leg. Ariſto. ff. quæ res pignori obligari poſſint*.

Debitore, nec creditore eligente in quam cauſam fiat ſolutio quando plures vigeant cauſæ debendi, eadem cedit in cauſam duriorem *Sanfelic. dec. 123. Marta vot. Piſan. 51. Maur. de ſolut. cap. 10. Gratian. diſcept. for. cap. 224. num. 30. e num. 43. Rot. dec. 229. num. 2. par. 9. rec.* fructiferam aut fideiuſſoribus vallatam alias in antiquiorem ſolutio facta cenſebitur, *Marzimedic. exam. 15. per tot. deciſ. 25. 26. 27. Merlin deciſ. 507. & 741.*

Pariter notandum aliud pro alio invito creditore ſolvi non poſſe ad *Text. in L. 2. §. mutui datio ff. ſi certum petatur Maur. de ſolut. cap. 6. per tot. Barboſ. axiom. iur. axiom. 210. Ricc. collect. 4097.* limitanda tamen hæc concluſio ſi debitor non habet unde ſolvere, nec inveniatur emptor bonorum eiuſdem, etiam

facta

facta ſubhaſtatione, quo caſu cogi poterit creditor ad accipiendum dicta bona in ſolutum per *authent. hoc niſi Cod. de ſolution.*

Item animadvertendum pecuniam ſolutam a debitore creditori avocari non poſſe, limitanda tamen videtur concluſio favore dotis, itemque ſi pecunia adhuc exiſteret pœnes creditores non conſumpta; vel ſi debitor ſolvens erat decoctus, *Leg. ait pret. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. Conſtant. ad Statut. Urb. annot.* 26. *art.* 3. *n.* 103. 104. 105. *&* *n.* 109. limitatur, caſu, quo ſolutio facta fuerit per duos menſes ante decoctionem = decoctus vere dicitur, qui nullimode ſolvendo eſt *vid. Caball. reſol. criminal. caſ.* 106. *per tot.* qui plene examinat *diſpoſit. a Stat. Florent. & Curiæ Mercat.* vel decoctioni proximus.

Solutio totius debiti probatur per quietantiam, & ſolutionem factam de reſiduo, nam reſiduum denotat, nil aliud deberi; *Maur. de ſolut. cap.* 4. *num.* 51. *Merlin. dec.* 74. *num.* 14. *Rot. par.* 9. *rec. dec.* 285. limita tamen concluſionem, quando dictio = per reſto = poteſt referri ad partitas particulares *Rot. par.* 19 *dec.* 415. *num.* 12. *&c. vidend. Barboſ. de clauſul. clauſ.* 108. *& Rota part.* 17. *dec.* 253. *num.* 8. *&* 9.

Ubi adſunt diverſa computa, & diſtincta inter eaſdem partes, eo caſu confeſſio = per reſto, e ſaldo = non dicitur generalis, ſed refertur ad unum tantum computum, niſi aliter appareat *Rot. par.* 9. *rec. dec.* 54.

Notæ ad novationem = Appendix.

Duplex novatio eſſe dicitur, alia ſcilicet additiva, ſeu cumulativa, extinctiva alia; primæ ſpeciei eam eſſe conſtat, ex qua prior obligatio non extinguitur, ſed potius maius robur accipit, præcipue quando alia ſequens obligatio ad cautelam fit. (1) Illudque præcipuum eſt, in dubio novationem potius additivam, ſeu cumulativam dicendam eſſe, quam extinctivam, ideoque pro generali regula ſtatuendum, quod ſola poſſibilitas compatibilitatis ſecundæ obligationis cum priori, ſufficiat pro novatione extinctiva excludenda (2).

Extinctivam novationem adeſſe dicendum eſt, quando præexiſtens prima obligatio transfunditur in ſecundam, ideſt cum ex præcedenti cauſa, ita nova conſtituitur, ut prima perimatur, alias ſi prima non perimatur, ſecunda dicitur cumulativa, quæ primam non tollit (3), & tunc regulariter dicitur inducta per ſupervenientiam novæ cauſæ relative ad primam, quando illa relatio fit circa idem, alias ſecus (4). Novatio

tamen

tamen tacite etiam inducitur (5), non ſolum per mutationem unius contractus in alium, verum etiam per delegationem, de qua inferius, non vero per accollum, ſeu, ut aiunt, accollationem, de qua pariter inferius.

(1) *Sabell. ſumm. verb. novatio tit.* 3. §. 9. *num.* 3. *&* 7. (2) *De Luc. de regal. diſc.* 33. *num.* 15. *diſc.* 125. *num.* 12. *&* 15. *Rot. Rom. dec.* 114. *num.* 2. *par.* 14. *rec. Amat. reſol.* 50. *Capyc. Latr. conſ.* 120. *num.* 1. (3) *Roman. conſ.* 441. *num.* 8. *Rot. deciſ.* 150. *num.* 21. *par.* 1. *rec.* (4) *Leg. qui bis ff. de verb. oblig.* (5) *Caſareg. de commerc. diſc.* 138. *num.* 2. *&* 3.

Monita pro Neoter. Tabellion.

Utilis cautela erit dicere in primordio contractus ubi novatio, vel incidenter poſſet induci = quod contrahentes per ea quæ faciunt, & dicunt non intelligunt novationem facere, nec recedere ab hypothecis, anterioritatibus, & potioritatibus ipſis quomodocumque competentibus, ſed ea velle intacta, & integra remanere, quæ tamen regulanda ſunt iuxta caſuum contingentiam.

De Delegatione, & Accollo.

Delegatio proprie eſt quando debitor delegat ſuo creditori aliquem debitorem, qui dictum debitum perſolvat, & ipſe debitor ſe ſoluturum permittat creditori delegantis, & quamvis parum hæc differre videatur a ceſſione, attamen realis intercedit differentia, quia in ceſſione non requiritur interventus, & aſſenſus perſonæ ceſſæ, ſed in delegatione iſtius aſſenſus neceſſarius eſt, quo mediante in eodem inſtrumento delegationis promittat ſolvere debitum delegatum creditori delegatario.

Ad conſtituendam veram delegationem, tria neceſſaria ſunt, ſcilicet ut delegans ſit debitor illius, cuius favore delegat; ut delegatus ſit debitor delegantis, & quod creditori delegatario ſoluturum ſe per ſtipulationem promittat (1), omiſſis iis deficit delegatio; verum tamen eſt, quod nil refert ſi debitor delegatus ſit præſens, vel abſens delegationi, & eius obligatio non ſit contemporanea delegationi, dummodo ex intervallo recognoſcat debitum, & promittat ſolvere delegatario, non nudo pacto, ſed ſtipulatione (2). Attamen inter mercatores valet delegatio abſque ſtipulatione, nam ea ſit nudo pacto, ſi alia requiſita concurrant (3).

Quo

Quo vero ſpectat ad delegationem, non ſemper eadem liberat debitorem delegantem; & hoc accidit, quando non fuit quæſita obligatio ei cui facta fuit, vel ſi interceſſerit proteſtatio, quod delegans non cenſeatur liberatus ante ſolutionem, quo tamen caſu delegatarius non debet eſſe in mora exigendi, alias illi imputatur decoctio debitoris ſibi delegati, vel ſi promiſſio fuerit in diem, vel ſi fiat reſervatio priorum iurium, vel ſi delegans ſciebat debitorem delegatum proxime decocturum (4). Delegatio tamen non inducitur per acceptationem literarum cambii (5), nec per accollationem inducta cenſetur (6).

Accollatio, ſeu accollum, cum delegatione fraternizzare videtur, & eſt = alienæ obligationis in ſe ipſum translatio = ut quando emptor pro rata pretii, tot venditoris creditores de eius conſenſu dimittere aſſumit.

Etenim ſi creditorum ſtipulatio defecerit, nec debitor ſive venditor remanet liberatus (7). Attamen ſi accollatarius defecerit in ſolutione tenetur ad damna, & intereſſe (8).

(1) *Genua de ſcript. priv. in addit. qu.* 8. *Marzimedic. deciſ.* 66. *num.* 8. *Ludoviſ. dec.* 217. *num.* 3. (2) *Leg. pr. Cod. de novat.* (3) *Altogr. conſ.* 6. *num.* 28. *Marzimed. dict. dec.* (4) *Rot. dec.* 47. *dec.* 91. *dec.* 260. *par.* 10. *rec.* (5) *Rot. par.* 10. *rec. dict. dec.* 47. *per tot.* (6) *Marzimedic. loc. cit.* (7) *Merlin. de pignor. dec.* 106. *num.* 14. (8) *Rot. poſt Merlin dec.* 116. *num.* 8.

De Iurium Ceſſione.

QUamvis ſub titulo de donationibus actum fuerit de renunciationibus, nil dicendum videretur de Iurium Ceſſione, quæ in abſtracto eadem eſſe videtur, at quoniam relative ad varios iuris effectus, & ſubſtantialiter diverſimode iurium ceſſio ſit conſideranda, ideo de ea præcipue hic agendum aggredimur.

Ceſſio ſiquidem de qua in præſens agimus, nil aliud eſt quam = Translatio ſui iuris in alium = & hæc late ſumpto vocabulo idem eſt quam mandare actionem (1), interdum idem ac præſtare (2), ſæpe pro exhibere uſurpatur (3), non raro idem eſt ac concedere (4), multoties vendere ſignificat (5), hinc oritur quod ceſſio prædicta induit naturam contractus, cui magis accedit, nam ſi fiat titulo donationis, donatio eſt ſi venditionis venditio, & ſic de cœteris (6), denique fraternizat cum renunciatione translativa, atque una eademque res eſt, quia per re-

(15), vel ſi dato, & facto cedentis, debitor fiat non ſolvendo, *Magon dec. Flor.* 39. & ſi fuerit præciſe promiſſa evictio. Illud tamen certum eſt, quod veritas nominis ceſſi ſemper præſtanda, etiam ſi iuria talia qualia ſint ceſſa, adeoque cedens creditum tenetur conſignare inſtrumentum, & ſcripturas pro illo exigendo.

In hac materia multum ſcire intereſt diſpoſitionem *Textu s in L. per diverſas* 22. *L. ab Anaſtaſio*, *& L. ſequenti Cod. mandati*, prohibentes quaſdam ceſſiones, quæ plerumque fiunt a maligno, ſordido, & doloſo litium redemptore, qui avaritia ductus ceſſionem acquirit iuris incerti, & de ſui natura controvertibilis viliori pretio quam par eſt; is etenim non niſi pro rata pecuniæ cedenti ſolutæ valet experiri dicta iura, reliquum vero cedit lucro debitoris. Sed ſi creditum quod ceditur, ſoluta tamen longe minori ſumma quam illud contineat, ſit certum, & liquidum, tunc ceſſio in totum valet.

Pro coronide addendum, quod ſubingreſſio, ſeu ut aiunt, ſubintratio æquipollet ceſſioni; hæc ſiquidem præcipue procedit quando conſtat de verſione pecuniæ in cauſam extinctionis crediti, ſatiſque explicata remanet ſecundum ea, quæ tradit *De Luc. de cred diſc.* 4. *n.* 16. ibi = pactum de ſubintrando initum inter debitorem, & credentem pecuniam ad effectum dimittendi priorem creditorem æquipollet ceſſioni iurium pro iſtorum ſubintratione, quatenus ipſe anterior creditor dimiſſus id ſciat, & patiatur: ſiquidem aut agitur pro ſolo effectu ſubintractionis, tam excipiendo, quam agendo adverſus intermedios, vel etiam alios dimiſſos æquales, & recipienda venit opinio, ut talis ſcientia non requiratur. =

(1) *Rot. dec.* 148. *num.* 8. (2) *Olea de ceſſion. iur. tit.* 5. *qu.* 4. *per tot.* (3) *Olea loc. cit.* (4) *Marzimed. exam.* 27. *dec.* 44. *per tot.* (5) *Olea loc. cit.* (6) *Franc. dec.* 160. (7) *Urceol. conſ. for. cap.* 2. (8) *Rot. par.* 11. *rec. dec.* 287. (9) *Urceol. dict. conſult.* (10) *Rot. dec.* 47. *num.* 18. *par.* 10. *rec.* (11) *Urceol. loc. cit.* (12) *Urceol. ubi ſupra* (13) *Salgad. in labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 13. (14) *Urceol. conſult. for. cap.* 51. *per tot.* (15) *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 44.

Gabella.

Ex Statuto Gabellarum Rubric. 7. conſtat:

= Della ceſſione delle ragioni ſi paga la Gabella, eccettuate però quelle Ceſſioni, che foſſero fatte per difeſa, o ſicurtà dei Beni comprati, o reſi, o dati in pagamento; e ancora ſono ec-

cettuati dal pagamento della Gabella delle Ceſſioni in denari contanti, e coſe mobili, tutti quelli, che tali Ceſſioni riceveſſero, in denari, crediti, e coſe mobili, come mallevadori, ed obbligati per altri, pur che appariſca per pubblico Inſtrumento il principal debito.

E ſimilmente non ſia tenuto, a tal pagamento di tali ceſſioni, qualunque perſona, che come mallevadore aveſſe pagato alcuna dote, o donazione per le nozze ad alcuna donna, e da quella riportaſſe ragioni, o regreſſo = nè ſi deve pagar Gabella delle Ceſſioni delle ragioni comuni, che ſi faceſſero intra i compagni, al tempo della diviſione della compagnia. =

N O T Æ.

Gabella de Inſtrumento ceſſionis non debetur ab emptore, ſi fuerit productum ad probandam eviſtionem damna, & expenſas, ſecus ſi fuerit productum ad probanda potiora iura reportata a cedente. *Rota poſt Girond. de Gabell. dec.* 13.

Gabella non debetur de acceſſoriis, & conſecutivis contractus principalis, pro quo fuit ſoluta. *dict. Rot poſt Girond. deciſ* 33. *num.* 10.

Gabella una non duplex debetur de contractu, cum facultate nominandi. *dict. Rot. dec* 35. *n.* 9.

Gabella debetur de omni acquiſitione dominii rei immobilis. *dict. Rot. dec.* 36. *n.* 5.

Gabella non debetur de alimentis debitis in ſubſidium vitæ. *Rota ut ſupra dec.* 40.

Notæ ad Verbum Compenſatio.

Inventa fuit compenſatio, quia intereſt potius rem non tradere, quam traditam repetere, & hæc duplex eſt, voluntaria, & neceſſaria: Voluntaria fit partibus volentibus, neceſſaria fit a lege, ideſt ipſo iure, quando tamen ſumus in debito compenſabili, *Leotard. de uſur. qu.* 84. *num.* 10. *& ſeqq.* vel cogente Iudice ut quando duo ſunt ad invicem creditores, & debitores, & debitum ex una parte eſt fructiferum, ex altera vero non, tunc enim ad ſiſtendum curſum uſurarum, miniſterio legis fit compenſatio, etiam ſi inter partes non fuerit conventa, *Leg. conſtat ubi Gloſs. Cod. de compenſat.* iniquum enim eſſet ſolvi uſuras ei qui tantundem debet, *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 30. *Magon. dec. Florent.* 5 *per tot. Montan. de tutor. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 10. quod ſecus eſt in uſuris ratione moræ, ſed ex alia cauſa debitis, ut in

in recompenſativis, *Altogr. conſ.* 89. *num.* 11. *lib.* 1. *Rot. par.* 9. *recent. dec.* 409. *num.* 20. & quando æquitas ſuadeat, Iudex cogere poteſt partes ad faciendam compenſationem.

Effectus compenſationis duo ſunt; primus, quod propoſitâ compenſatione liberatur debitor, habet enim hæc vim ſolutionis; ſecundus, quod excuſat a mora, & impedit curſum uſurarum.

Quamplurimi tamen caſus excipiuntur in quibus compenſatio non habet locum, & ſunt: Primo de liquido ad illiquidum, id eſt de credito claro ad turbidum, vel altiorem indaginem requirentem. *Menoch. de arbitr. caſ.* 14. *Rot. p.* 3 *rec. deciſ.* 253. *n.* 3. *&* 4. *& par.* 9. *dec.* 380. *num.* 4. *& par.* 14. *dec.* 144. *per tot.* quod non procedit ubi illiquidum eſt de proximo liquidandum, vel poteſt incontinenti liquidari, *Menoch. de arbitr. caſ.* 14. *per tot. Rot. par.* 2. *diverſ. dec.* 131. *Marzimed. dec.* 100. *per tot. cum addit.* Secundo de ſpecie ad ſpeciem, *Marzimedic. dec.* 100. *per tot. cum addit* = ubi agitur etiam de ſpecie ad quantitatem, ut de ove ad ſuem; Tertio de ſpecie, ad quantitatem, ut de ſupellectili ad pecuniam, *Cabal. conſ. dec.* 115. *per tot. l.* 2. *Rot. par.* 16. *rec. dec.* 32. *num.* 11. Quarto de debito puro ad debitum in diem, vel ſub conditione; Quinto in depoſito, *Leg. fin. Cod. de depoſit.* quod verum eſt in ſpecie depoſitata, vel in quantitate, ut in ſpecie depoſitata, ut puta in depoſito regulari, ſecus in quantitate numerata, *Maur. de ſolut. cap.* 5. *n.* 19. = *ſed vid. Cratian. diſcept. for. cap.* 321. *num.* 10. *et cap.* 273. *num.* 13. *&* 25. Sexto in alternativis obligationibus, in quibus electio eſſet debitoris, *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de ſolut. canon. qu.* 1. *n.* 313. Septimo, nec contra fiſcum, octavo nec contra Eccleſiaſticos petentes decimas, & fructus Beneficii: Octavo nec in ſpolio, quia ſpoliatus ſua poſſeſſione, primum in ea reſtituendus eſt, *Lancellot. de attent. p.* 3. *cap.* 24. *qu.* 28. *per. tot. Puteo dec.* 2. *de except.* Nono nec in caſibus qui dilationem non patiuntur ut in cauſa alimentorum, vel victuali niſi agatur de alimentis præteritis, *Surd. de alim. tit.* 7. *qu.* 10. *n.* 8. *tit.* 8. *privileg.* 83 *Mareſcot var. reſol. cap.* 83. *n.* 4. *lib.* 2. Decimo nec in iudicio Salviani. *Seraphin. dec.* 327. *n.* 2. *Scapucc. de Salvian. lib.* 2. *qu.* 4. *ad mater. vidend. Oinot. in §. bonæ fidei inſtit. de action. num.* 1. *& ſeqq. Petr. de Onatte de contract. tom.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 8. *ſect.* 7. *&* 8. *per tot. Gibalin. de univerſ. negoc. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *art* 8. *&* 9. *fol.* 397.

Compenſatio dotis, an, & quando poſſit opponi, & dari cum rebus amotis. *Rot. par.* 18. *rec. dec.* 194. 245. 378. *per tot.*

Not.

Confuſio eſt quando debitor efficitur hæres creditoris, vel creditor hæredis debitoris, nam ſicuti confunduntur bona propter aditionem hæreditatis, ita quoque obligationes, *Leg debitori* 7. *Cod. de pact.*

Not. ad Verbum Oblat.

Per oblationem exinguitur obligatio, nempe quando debitor offert, vel deponit rem debitam, quo caſu periculum eſt creditoris, *Leg. obſignatione* 9. *Cod. de ſolutionibus*. Oblatio alia realis eſt, & ſit mediante ſolutione pecuniæ, vel rei traditione. *Leg. acceptam* 20. *Cod. de uſuris*,

Quæ, ut perfecta dicatur, plura requiruntur, primo ut ſit realis; ſecundo loco, & tempore congruo fiat, & quod non ſit conditionalis; tertio quod ſit pura, & non conditonalis; quarto quod ſit ſpecialis; quinto quod ſit integralis; ſexto quod ſit in pecunia currenti, ſeptimo quod fiat citato creditore, apud Iudicem, vel aliam legalem perſonam, ſeu ab eodem Iudice deputandam, *Merlin. de Pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *qu.* 83. *per tot. Tuſch. litt. O. concl.* 20. *et* 21.

Alia eſt verbalis, & eſt ſimplex promiſſio de ſolvendo, vel dando, quæ obligationem non adimit nec fructus ceſſare facit, quia ubi requiritur factum, non ſufficiunt verba, niſi oblatio verſetur circa rem immobilem, ut ſuper prædio, in quo traditio non cadit, ideoque verbalis oblatio ſufficit. *Leg. priuſquam Cod. de diſtract. pignor. Magon. dec. Florent.* 132. *n.* 17. *Merlin. de pignor. lib* 4. *tit.* 2. *qu.* 83. *num.* 2.

Tandem obligatio extinguitur rei interitu, ſi tamen adſit culpa, vel mora debitoris.

Reſtitutio quoque, vel laceratio Chirographi, tollit obligationem, quia important remiſſionem debiti *Leg.* 2. *ff. de pactis:* non autem reſtitutio pignoris, quia debitor reſtituendo pignus, debitum non videtur remittere.

De Extimationibus, & Extimatoribus, ſeu de Peritis, & de Peritiis.

Verba hæc per ſe patent, nec indigent definitione, illud in praxi ſatis notum putamus, quod verbum Extimator, ſeu Peritus, extimatio, & peritia plerumque pro ſynonimis uſurpantur:

tur: his præmiſſis ad faciliorem huius materiæ intelligentiam tradere ſtatuimus nonnulla relationes reſpicientia, quæ a peritis fieri ſolent, ac de eorum qualitate &c.

Sed ad rem accedendo, primum obſervandum eſt, quod periti, vel adhibentur uti teſtes, vel eliguntur ad definiendum prætium, ſeu qualitatem rei alicuius, circa quam inter partes non conveniat; de primis hic agere noſtrum non eſt, de poſtremis aliqua dicemus, qua de re tranſeundo ad ea, quæ ſpectant ad eorum electionem, illud certum eſt, quod vel illi eliguntur de conſenſu partium, vel Iudicis iuſſu, aut in iudicio, aut extra; Si in iudicio, tunc Iudex intervenire debet in electione tamquam compulſor, non tamquam elector, niſi partes diſcordent in electione (1), quo caſu electionem ab eodem Iudice fieri poſſe teſtantur (2), nam parte exiſtente contumace in eligendo ſuum peritum Iudex eligit illum ex officio (3), id tamen ſemper intelligitur præcedentibus neceſſariis actibus.

Ideo animadvertendum eſt, quod electio fieri debet præcedente legitima citatione, nam ea deficiente nulla eſt illorum electio, & per conſequens eodem nullitatis vitio laborat peritia (4), quod tamen non procedit ſi conſtet partes de conſenſu elegiſse peritos *Rota ubi ſupra*.

Tranſeundo ad relationes, ſeu peritias ſciendum, quod aut in eis periti ſunt concordes, vel non. Si concordes ſint eorum relationi ſtandum eſt, & iuxta illorum votum Iudex debet ſententiam proferre (5), imo partes, quæ peritos elegerunt, non poſſunt eorum relationem impugnare (6), quo caſu etiam unico perito ſtandum eſt ſi electus fuit de conſenſu partium (7). Nulla tamen eſſe poteſt relatio prædicta, ſi facta ſit extra acta, & ſine iuramento (8). Peritus enim tenetur cum iuramento referre ſive fuerit electus a partibus de mandato Iudicis, ſive etiam de mandato Principis (9).

Limitantur ſupra dicta ſi Iudici clare conſtet, quod relatio peritorum eſſet erronea, nam tunc illam ſequi non debet, & eſt retractanda per electionem aliorum peritorum (10), vel quando partes non fuerunt citatæ in examinatione negocii (11). Periti enim ſunt loco arbitrorum, & ideo debent partes monere, & requirere, & ab eis informationem capere (12), qua de re neceſsaria eſt citatio partium ad intereſsendum pro certa die, & hora præcipue quando agitur de menſuratione &c. terrarum &c. (13), ex ea ratione quod præſentia partium poteſt trahere peritos in contrariam ſententiam (14), & hoc procedit etiam ſi electio arbitrorum ſit ad meram inſtructionem, & extraiudicialiter emanaverit (15).

Ac-

Accedendo ad examen alterius partis huius inſpectionis ſcilicet quid decernendum ſit, quando periti ſint diſcordes, eo caſu dicendum eſt, quod proceditur ad electionem tertii, ſervatis ſervandis ut ſupra dictum fuit (16).

Difficultas tamen emergere poteſt ſi dictus tertius diſcrepet a duobus præcedentibus, an eiuſdem relationi ſtandum ſit, & adfirmative decernendum videtur (17).

His tamen non obſtantibus contrarium tenent alii, ſi iſte tertius diſcordet ab utroque ex aliis duobus, nempe quod nulli ſtandum ſit (18).

Hanc tamen opinionem conciliare ſtudent (19), verum dicendum videtur, quod ſi tertius diſcordet ab aliis, cum maxima exorbitantia eiuſdem relationi ſtandum non eſſe, & hoc potius arbitrio Iudicis remittendum iuxta monitum (20), qui in conflictu dictarum opinionum aſſerit, quod ſpreta quarti periti electione, iuſtum valorem rei formandum eſſe cum coacervatione in unam omnium ſummarum contentarum in tribus peritiis, & tertia pars, quæ reſultat ex toto pro vero valore accipienda ſit (21).

Eſt inſuper obſervandum, quod ſi tertius, vel quartus peritus diſcordet cum magna exorbitantia ab aliis primis, tunc non eſſe procedendum cum dicta Theorica, ſed potius deveniendum eſſe ad electionem alterius periti, ut (22).

Pro coronide dicendum ſupereſt, quod Florentiæ obſervatum vidi relationi tertii electi in caſu diſcordiæ præcedentium peritorum ſtandum eſſe, maxime quando non conſtet de aliqua fraude, & enormi exorbitantia, ut ſupra dictum fuit.

(1) *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 34. §. 5. *num.* 9. *Rota par.* 18. *rec. dec.* 632. *num.* 6. (2) *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 194. *num.* 31. *lib.* 1. *& Rot. cor. Bich. dec.* 564. *n.* 11. (3) *Rota poſt Zacch. de obligat. cameral. dec.* 81. *num.* 3. (4) *Rot. dec.* 554. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* (5) *Grat. diſcept. for. cap.* 578. *num.* 48. *Ridolfin. in praxi par.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. (6). *Leg. hac ædictali* §. *mobilium* ,, ibi ,, per eos, quos utraque pars elegit *Rota poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec.* 167. *num.* 1. (7) *Rot. par.* 17. *rec deciſ.* 323. *num* 6. (8) *Rot. dec.* 630. *num.* 4. *par.* 2. (9) *ad Text. in Leg.* 6. §. *his illud Cod. de ſec. nupt. Rot. dec* 339. *num.* 8. *part.* 19. *rec.* (10) *Rot dec.* 554. *num.* 4. *par.* 2. *rec.* (11) *Ridolfin. in prax. par* 1. *cap.* 8. *num.* 128. (12) *dict. dec. ſub n.* 2. (13) *Alexandr. conſ.* 33. *num.* 9. *libr.* 6. *Vant. de nullit. ex defect. cit. n.* 71. *in fin. Ridolfin. loc. cit. num.* 130. *& Rot. Rom dec.* 390. *n.* 2. *par.* 15. *rec.* (14) *argum. Text. in L. Cod. ſi per vim.* (15) *dict. dec.*

Digitized by Google

dec. num. 2. (16) *Leg. item ſi unus §. penult. ff. de recept. arbitr. cap. innotuit eod. tit. Rot. dec.* 149. *n.* 1. *par.* 4. *rec.* (17) *L. item ſi unus §. principaliter ff. de arbitr. Soccin. conſ.* 54. *col.* 2. *verſic. tertius, vel ultim. lib. Garzia de expenſ. &c. cap.* 24. *in princ. Ridolfin. in prax. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 132. *Rot. par.* 1. *rec. dec.* 294. (18) *Rot. dec.* 554. *n.* 3. *par.* 2. *rec.* (19) *Ridolphin. in prax. dict. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 135. 136. *&c.* (20) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 29. *art.* 1. *a n.* 7. *uſque ad* 17. (21) *iuxta Theoricam Saliceti in Leg. hac edictali cod de ſec. nupt. quam ſequitur Alexandr. conſ.* 64. *n.* 9. 10. *lib.* 2. (22) *ex dict. Conſtant. loc. cit.*

De Menſuris, & Ponderibus &c.

PAuca in hac re pertractanda dicemus, atque vernacula lingua explicabimus ad vitandam obſcuritatem, quæ quandoque oriri ſolet ex verborum vario, atque ambiguo intellectu.

Miſure.

La miſura è un Inſtrumento per mezzo del quale ſi viene in cognizione della quantità di qualche coſa, o della eſtenſione della medeſima, che naſce dalla parola latina = menſus = *quod a metior Plin. lib.* 7. *cap.* 56. o ſivvero è una modificazione della materia per conoſcerne la ſua quantità, o l' eſtenſione, come la miſura del Campo, *Leg. ult.* §. 25. *ff. de muner. & honor.* ed allorchè le materie poſſino miſurarſi *Leg.* 1. §. 7. *ff. ad Leg. falcid.* come ſono il Grano &c. poichè c' inſegna il Giureconſulto Caio nella *Leg.* 34. §. 5. *ff. de contrahend. empt.* = menſuram olei metretis, vini amphoris, frumenti modiis factam.

Trattandoſi di miſure antiche, il piede è un genere di miſura la quale determina Frontinio di palmi quattro, e oncie dodici, altri poi di palmi quattro, oncie dodici, e diti ſei *Hygin. de limitibus conſtit. pag.* 219. *Plin. lib.* 6. *cap.* 26. Il dito poi è un eſtenſione, che contiene lo ſpazio di quattro grani d' orzo nella ſua latitudine, *Frontin. de qualitat. agror. apud Rigalt.* Tutte le volte che ſi tratta di miſure, l' oncia è la duodecima parte del piede, che altrimenti ſi dice pollice *dict. Frontin. de aqueduct.* Il dito è la decima ſeſta parte del piede. Nelle miſure dei Campi l' oncia è la duodecima parte dell' iugero antico. Palmo = latine = palmus = è una ſpecie di miſura = queſto ſi divide in due, cioè maggiore, e minore; il maggiore è di do-

dici dita, che coſtituiſce la quarta parte del piede *Vitruv. lib. 2. cap. 3. & lib. 7. cap. 4.* il minore è di quattro dita.

Il piede moderno Romano detto propriamente palmo, che è la comune miſura adoprata in oggi dagli Architetti, ed Ingegneri, divideſi in dodici oncie, un oncia in cinque minuti, ed equivale ſecondo il Sig. Caſſini, e molti altri a parti Parigine 990. cioè ſoldi 7. 8. $\frac{4}{43}$ del braccio Fiorentino *Nov. Geograf. p. 3. Impero Tedeſco Stampata in Firenze nell' anno* 1771.

Il braccio a panno, è una miſura Fiorentina compoſta di tre terzi, quattro quarti, cinque quinti, e ſei ſeſti. Tutta l' intera miſura ſi divide ancora in ſoldi venti, ogni ſoldo è compoſto di tre quattrini, ed ogni quattrino di denari quattro, il qual braccio, ſecondo la miſura di Parigi, contiene un piè parigino, nove pollici, quattro linee, e $\frac{49}{100}$ dell' oncia di Parigi.

Il Braccio a terra, è minore del braccio a panno una diciottesima parte, Sicchè il Braccio a terra è $\frac{17}{18}$ del braccio a panno, cioe ſoldi 18. 10. e $\frac{2}{3}$ a panno, e vi è la differenza del 5. per 100.

Sei braccia a terra comunemente ſono una canna a terra, che equivale a braccia a panno cinque, e $\frac{2}{3}$

Sei braccia che compongono una canna a terra quadrata fanno braccia 36. a terra.

Con tal canna a terra ſi miſurano i terreni, i quali ſi riducono a ſtiora, panora, pugnora, e braccia quadre.

Il braccio quadro di terreno è il prodotto di un braccio a terra in ſe ſteſſo, ciè il quadrato di un braccio a terra, che è la 36. parte di una canna quadra.

Il pugnoro coſta di braccia dodici quadre, che è la terza parte di una canna quadra.

Il Panoro coſta di dodici pugnora, cioè di braccia 144. quadre, che ſono quattro canne quadre.

Lo ſtioro è compoſto di dodici panora, cioè di braccia quadre 1728. che ſono quarantotto canne quadre.

Miglio.

Il miglio è braccia 3000. a terra colle braccia che ſi miſura il terreno, e miſurando con braccia a panno ſono braccia 2780. ed a paſſi è detto miglio paſſi 2525, e le braccia 2780. ricreſcono brac-

braccia otto per cento, che fanno in tutto a miſura a terra braccia 3000.

Annotazione.

Da una filza di Suppliche del Tribunale della Parte dell' anno 1620. num. 149. a 80. ſi rileva da una memoria ſcritta, che il miglio miſurato col braccio a terra è braccia 3000.

Per una Sentenza dell' Aud. Barbiſone eſiſtente al libro C. di conſegne dell' Ufizio della Parte a 36. ſi rileva che lo ſtioro è compoſto di 48. canne quadre.

Si trova poi ſcritto in un Repertorio antico della Parte, che la canna è brac. 5. e due terzi a panno, e che lo ſtioro è braccia 1728. o ſieno canne 48. quadre.

Piè Legale.

In un Motivo dell' Aud. Ambrogio Luti in Cauſa Pieri, e Del Riccio approvato dal Magiſtrato della Parte ſotto dì 29. Luglio 1644. in filza di Capi Rotti di detto Magiſtrato del ſuddetto anno a 176. ſi legge quanto appreſſo = La miſura di due piedi legali ridotta a braccio fiorentino importa più di un braccio, e un terzo come riſolvè il Sig. Avvocato Morellini, benchè i Sigg. Tre di Rota *lib. motiv* 87. *a* 484. tengono, che due piedi legali ſieno un braccio, e mezzo fiorentino, e così tenne Monſignor Rabatta nelle Cauſe del muro, ed orto dei Generotti, e detti piedi ſi devono miſurare dal muro, e non dalla gronda, *Onded. conſ.* 80. *n.* 43. *lib.* 1. *Bellon. iun. conſ.* 61. e maſſime ſtante il detto dominio *Surd. conſ.* 74. *n.* 5.

Miſure de Liquidi in Firenze.

Il barile da vino deve eſſere di tenuta libbre 120 ovvero 126. al più, ed il barile nuovo deve eſſere libbre 130. filza di Suppliche della Parte dell' anno 1688. a 82. dove in un Voto del Sig. Aud. Fiſcale Emilio Luci, ſi dice che il barile deve tenere 18. fiaſchi ognuno di tenuta libbre 6. e oncie 8. di umido: ma nella Legge del Segno dell' anno 1767. ſi fiſſa che devino ſegnarſi i barili di 20. fiaſchi, e i nuovi di 21.

Il barile da vino ſi divide come apppreſso.

Mezzo barile, terzo di barile, fiaſco, mezzo fiaſco, mezzetta, quartuccio.

Il barile da olio compoſto di fiaſchi 16. peſa libbre 88 e ſi divide in mezzo barile, fiaſco, mezzo fiaſco, mezzetta, quartuccio, mezzo quartuccio, metà di mezzo quartuccio.

Digitized by Google

Miſura delle granella.

Le granella, graſcie, e diverſi altri materiali ſi miſurano a moggia.

Il moggio è compoſto di ſtaia 24. ed ogni moggio ſi divide in otto ſacca, il ſacco in tre ſtaia, lo ſtaio ſi divide in mina, o ſia mezzo ſtaio, quarto, mezzo quarto, o ſia ottavo di ſtaio, boccale, o ſia ſediceſima parte dello ſtaio, mezzetta, o ſia 32. parti di ſtaio, quartuccio, mezzo quartuccio, o ſia 128. parti dello ſtaio.

Notizie in genere per l' Agrimenſura.

La linea è della larghezza di un grano d' orzo. Il pollice è una lunghezza di dodici linee. Il Piede è una lunghezza di dodici pollici. Il paſſo comune è uno ſpazio di due piedi, e mezzo. Il paſſo geometrico, è uno ſpazio doppio del paſſo comune.

Fineſtre &c.

Fineſtre nel muro comune corriſpondenti ſopra tetti, orti, e corte dei vicini ſi poſſono aprire = Ved. la Sentenza dell' Aud. Ambrogio Luti in Cauſa Marucelli, e Cordini poſta in filza di rapporti dei Capitani di Parte dell' anno 1644. a 401. =

Fineſtre nei muri comuni, e diviſori corriſpondenti ſopra orti, e corte dei vicini ſi poſſono aprire, conforme fu dichiarato dal Sig. Aud. Bizzarrini nella Cauſa Berretti, e Catani ſeguita nell' anno 1742. e nel Motivo ſi leggono le forti dottrine per le quali fu reputato uno dei più bei motivi che ſiano mai ſtati fatti = Ved. la Relazione dell' Ingegner Giovannozzi del dì 25. Aprile 1741. e ſegg. =

Fineſtre nei muri propri ſi poſſono fare ſopra tetti, orto, e corte del vicino, dovendole ferrare dalle 10. braccia in giù, purchè eſſe fineſtre non ſiano fatte ad emulazione, ma unicamente per proprio biſogno, e per prender lume, come è ſtato dichiarato in più, e diverſe reiudicate, ed in ſpecie dall' Aud. Aſcanio Vaſoli nella ſua Relazione poſta in filza di rapporti dell' anno 1634. a 677. che le fineſtre che ſi devono ferrare, debbino ferrarſi dentro la metà della groſsezza del muro, e non ſi devino fare inginocchiate = Ved. il Voto del Sig. Aud. Bonfini in filza di rapporti dell' anno 1720. a 68.

Fineſtre del muro comune non è lecito aprirle = Ved. la filza di rapporti dell' anno 1681.

Fi-

Fineſtre nel muro comune invito ſocio non ſi poſſono fare = Ved. la filza di ſuppliche dell' anno 1639 a 116.

Fineſtre, buche, ed altre aperture che ſono nelle ſtrade pubbliche, per ſicurezza, e ſalvezza univerſale devono tenerſi chiuſte = Ved. il Bando del 1638. rinnovato nel 1670.

Ingombri, e maſſerizie nelle ſtrade non ſi poſſono tenere = Ved. la filza di ſuppliche di num. 39. del 1577. a 92. = ove ſi legge il ſeguente benigno Reſcritto *Le ſtrade non hanno da eſſere occupate dagli Arteſici, e Pennecchio ha fatto l' uſizio ſuo, però non altro*.

Monti nelle ſtrade non ſi poſſono tenere, e ſi aumenti la pena di più delle lire cinque ai Carrettonai che ſcaricano = Ved. la filza di ſuppliche di num. 56. del 1596. a 125. ove ſi legge il ſeguente benigno Reſcritto *Queſto ſtà bene, ma avverti ancora che per la Città ſi fa certi monti di immondizie, cominciando uno e gl' altri creſcono il monte. Che gli vicini ſiano tenuti a fargli levare*.

Nel libro ſecondo degli Statuti volgari del Comune di Firenze eſiſtente nella Cancelleria dei Capitani di Parte alla Rubrica 93. a 55. = E ſe tra due vicini = appariſce quanto appreſſo, cioè.

= E ſe tra due vicini, o più conſorti muro foſſe comune, e alcuno dei conſorti voleſſe disfar queſto muro, e farlo migliore, o ſopra a quello muro edificare a ſue proprie ſpeſe, allora poſſa, ed a lui ſia lecito queſte coſe fare, e murare in quella groſſezza che a lui piacerà non oſtante la contradizione di cotale conſorte, o vicino, purchè del terreno di cotale conſorte più là che il detto muro nulla prenda contro volontade di colui, e faccia puntellare la Caſa del vicino, e conſervare ſenza danno, e quella Caſa nel nuovo muro racconciare, e ridurre come era nel vecchio a tutte ſue ſpeſe, e dal lato del conſorte ſuo faccia murare quel muro bene ugualmente ſenza malizia; nulla però ricevendo dal detto conſorte per fattura del detto muro, ſe quel muro nuovo non ſi faceſſe più alto che era il vecchio, e il detto conſorte al detto muro fatto più che l' antico voleſſe appoggiare la Caſa ſua, ed allora di quell' edificio del muro che egli aveſſe fatto più che quello che era primieramente, ſia tenuto di dare, e di pagare al detto ſuo conſorte che fare fece il muro alle ſue ſpeſe la metade della quantitade che ſia ſtimato lo detto muro vecchio però che dichiarato ſarà per gli Maeſtri del Comune di Firenze. =

Appoggio a un muro di un braccio di groſſezza ſi valuta

lire

lire due il braccio quadro, quello di un mezzo braccio due terzi, e tre quarti ſi valuta lire una, e ſoldi dieci, e quello di un quarto lire una, e quando è muro comune chi piglia l' appoggio deve pagare la metà, come ai libri della Parte.

Muro che divide due orti s' intenda puramente diviſorio, oppure deſtinato ad uſo di fabbrica = Ved. il Voto del Sig. Aud. Mormorai in Cauſa Della Rena filza dei rapporti dell' anno 1724. a 101.

Alberi.

Che gli alberi poſſano ſtare raſente al confino dei beni altrui, dentro la diſtanza di braccia otto preſcritta dallo Statuto, quando però è ſolito in quei luoghi praticarſi = Ved. il Motivo della Sentenza del Sig. Aud. Angiolini in Cauſa Corſi, e Bartorelli del 1680. filza di rapporti dell' anno ſuddetto a 34.

Che le piante di alberi di qual ſi voglia ſorte, etiam di agrumi non poſſino ſtare a lato ai muri di Poſſeſſore alieno, ma diſtanti braccia uno, e mezzo, cioè due piedi legali filza di rapporti dell' anno 1683. a 74.

Che le piante dei gelſi devino ſtar lontane dal vicino piedi due, filza dei rapporti dell' anno 1683. a 87.

Acqua.

Il fondo inferiore è obbligato a ricevere l' acqua dal fondo ſuperiore, nè ſi può coſtringere il Padrone dell' effetto ſuperiore a far foſſe, per le quali ſcoli l' acqua = Ved. il Voto dell' Aud. Vaſoli filza di rapporti 1631. verſo il fine della filza.

Pagliai.

I Pagliai devono eſſere diſtanti da Caſtelli, e luoghi murati braccia 50., dalle Caſe braccia 25. lib. della Luna a 259. = Ved la Relazione del Pieri del dì 26. Settembre 1718. in Cauſa di Iacopo Garaducci, e Michele Guarducci.

Strade.

Strada ſi dice pubblica, ogni qual volta che vi ci ſia paſſato per 30. anni, ſecondo lo Statuto Fiorentino *Rubr. de ſtratis ec. viar. & pont. repertor. lib.* 4. filza dei rapporti dell' anno 1708. a 92. e 93. e milita l' isteſſa ragione nelle vie vicinali filza di rapporti dell' anno 1670. a 22. *Cavaler. dec.* 632. *n.* 4.

Hæc ſi quidem poſtremo adnotata adiicienda eſſe videbantur *ſub tit. de ſervitutibus*, verum cum opus hoc continuum ordinem iuxta Iuſtinianeas Inſtitutiones complectatur, ideo non fuit abs re ea hic adnotare.

INSTI-

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

LIBER IV.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

TIT. I.

Delictum ex quo naſcitur obligatio eſt factum illicitum contra ius illatum; Quævis humana actio externa ab interna dependens, homini conſcia, libera, conſilio facta, adeoque imputabilis, ſive immediate, ſive mediate perfecta, ſocietatis tranquillitatem, adde, & ſanctitatem Religionis, & ſociorum ſecuritatem, & commoda lædens delictum eſt. Dividitur in publicum, & privatum. Publicum eſt, quod directe tendit ad læſionem publicæ utilitatis, & publice in exemplum punitur, & proprie crimen vocatur. Privatum eſt, quo ſinguli offenduntur, & ex quo datur actio non cuilibet, ſed illi ſolum cuius intereſt, & hoc dicitur proprie maleficium, de quo nobis agendum. Huius quatuor hic genera prohibentur, furtum, rapina, damnum, & iniuria.

Furtum eſt contrectatio fraudulosa rei alienæ, vel uſus eius vel poſſeſſionis, invito rationabiliter domino, lucri faciendi gratia. Colligitur committi ſolum in rebus corporalibus, & mobilibus; contrectare enim eſt corporaliter rem tractare, & loco amovere, Colligitur præterea furtum ſine dolo, & ſine affectu lucrandi non fieri, atque committi, non tam auferendo proprietatem, quam remanente proprietate apud dominum, ab eo auferendo uſum, vel poſſeſſionem. Uſum ex. gr. ſi commodatarius commodet alterius rem commodatam, aut dominus ipſe debitor auferat pignus creditori

Furtum eſt prohibitum iure naturali ſecundario, ex hoc enim iure rerum dominia fuerunt diſtincta.

Omiſſis diviſionibus furti, quæ apud veteres uſurpabantur, duo hodie traduntur genera furti, ſcilicet manifeſtum, & non

ma-

manifeſtum. Manifeſtum eſt quando fur deprehenditur in actu furandi, vel in loco furti, aut cum re furtiva, ante quam eam deponat quo perferre deſtinaverit, quod dicitur in *flagranti*, vel in actu contrectationis. Non manifeſtum eſt cum fur non deprehenditur cum re furtiva prius quam eam in locum deſtinatum pertulerit.

Pœna furti manifeſti eſt quadruplum pretii rei furatæ, non manifeſti duplum. Hodie vero ſublatis huiuſmodi pœnis pecuniariis, quæ civili actione domino rei furatæ applicabantur, publice, & ſeverius vindicantur, & acrius puniuntur, veluti triremibus, vel ad patibulum ſuſpenduntur, hic tamen ordo quandoque immutatur ex circumſtantiis. Dividitur etiam furtum in ſimplex, & qualificatum, quod poſtremum comitatur qualitas effractionis, vel admotionis ſcalarum, aut uſus inſtrumentorum ec.

Quoniam furtum ſine dolo non committitur, ſequitur ut qui rem aufert, dominum non invitum putans, vel ſe in illa re ius habere, furti reus non fit. Tamen raro in actu ex genere prohibito bona fides præſumitur, ſed plerumque dolus.

Non ſolum liberi hominis, ſed & ſervi furtum fit, quod plagium vocatur, unde ſubrepto filio familias, competit patri actio contra ſubripientem, ſicut competit domino, ſi ſubreptus ſit ſervus; matri non competit ob defectum patriæ poteſtatis.

Furti tenetur non ſolum fur, ſed etiam qui furti dedit opem, aut conſilium, ita, ut fuerit cauſa furti.

Filius familias ſubripiendo patri, & ſervus domino furtum committunt, licet ex hoc nec patri, nec domino detur actio contra filium, aut ſervum. Qui filio, aut ſervo opem, vel conſilium præſtitit ad furtum patri, & domino actione furti tenetur. Actio furti competit illis quorum intereſt, licet domini rei furatæ non ſint, unde ſequitur domino rei non concedi hanc actionem niſi eius interſit rem ſublatam, ut in textu, & apud interpretes.

Inter eos quorum intereſt furatam rem, eſſe recenſetur hic ab Imperatore creditor, a quo debitor ipſe pignus ſubripuit cui datur actio furti non ſolum contra extraneum, ſed etiam contra debitorem, ſi ipſe forte ſubripuerit. Recenſetur etiam fullo, & ſarcinator, qui aliena veſtimenta curanda conduxerit. Eorum enim, licet domini non ſint, intereſt rem ſalvam eſſe, cum domino teneantur, actione locati, verum his tum ſolum competit actio furti, cum ſolvendo ſunt, nam ſecus dicta actio competit domino, cuius magis intereſt agere contra furem, quam contra perſonam inabilem ad ſolvendum, & idem propor-

tione

Digitized by Google

tione ſervata dicendum de bonæ fidei emptore, qui licet eam non teneat uti dominus, intereſt tamen ſalvam rem eſſe, & poſſeſſionem ſalvam non amittere, ut fructus inde percipiat, & rem uſucapiat.

Olim ſubrepta re commodata, actio furti competebat commodatario non domino. Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani domini eſt electio an agat contra furem actione furti, an contra commodatarium actione commodati, ita tamen, ut alterutra electa ad alteram nequeat redire, niſi in caſu quo poſt inceptam actionem contra commodatarium ignorans rem ſubreptam mox norit furtum commiſſum, tunc enim, & contra furem agere poteſt, & contra commodatarium.

Subrepta re depoſita, domino, non depoſitario actio furti competit, illius enim intereſt rem ſalvam eſſe, cum depoſitarius de culpa non teneatur, ſed ſolum de dolo, ex quo actio non queritur *Leg. Cum qui ff. de furtis*.

Impubes de furto, ſicut de quovis alio maleficio non tenetur, niſi proximus ſit pubertati, id eſt annorum 10. cum dimidio, tunc enim ſolum eſt capax doli, ex quo maleficia æſtimantur.

Actio furti, ſive ad duplum, ſive ad quadruplum eſt pœnalis, hoc eſt ad ſolam pœnam conſequendam, præter rei reparationem, pro qua duplex datur actio, ſcilicet vindicatio, & conditio furtiva, de quibus infra.

NOTÆ.

Delinquentis mors extinguit delictum, & pœnam, niſi ageretur de pœna pecuniaria, aut bonorum confiſcatione ipſo facto a Lege impoſita, quæ intra quinquennium exigi poſſet contra hæredes, eo potiſſimum caſu quo lis reo conteſtata fuiſſet, & quod iſte fuiſſet condemnatus ex vi propriæ confeſſionis, non vero cauſa contumaciæ, quæ non noceret hæredibus (1).

Et quod in materia furti hæredes furis teneantur ad reſtitutionem, quamvis ad eos nil pervenerit, & non fuerit reo lis conteſtata (2).

(1) *Caball. reſol. crim. caſ.* 298. *&* 299. *per tot. Clar. §. fin. qu.* 51. *verſ. quæro &c. Magon. dec. Flor.* 47. *n.* 51. *Peregr. de iur. Fiſci lib.* 4. *tit.* 5. *per tot.* (2) *Boniſac. de furt. §.* 12. *n.* 86.

Appendix.

Furto aſſimilantur abigeatus, truffa, expilatio hæreditatis, ſtellionatus, & rapina, de qua in titulo ſequenti.

Abigeatus conſiſtit in ablatione doloſa alicuius bruti ex genere Iumentorum, vel Armentorum, vel alicuius quantitatis minutorum pecudum, cum affectu lucrandi. Puniri ſolet remigio per quinquennium, præter animalium reſtitutionem. *Vid. laud. Leg. a.* 1681. §. 7.

Truffa committitur retinendo, aut convertendo in uſum doloſum præter conventionem res ab aliquo traditas. Excuſatur quoad fieri poteſt propter velamen contractus, ſed ſi de dolo ab initio conſtet punitur æque ac furtum qualificatum. *Vid. dict. L. a.* 1681. §. 14. & aliam *L. a.* 1744. ſuperius relatam §. 12. Nunquam tamen ob iſtud crimen proceditur abſque partis inſtantia. Quare ſi pars inſtat pro ſolo intereſſe eumdem conſequendo locus non eſt pœnæ criminali, niſi prius criminaliter egerit, & poſt tranſmiſſam ſpecialem inquiſitionem quietantiam fecerit, tunc enim quietantia pœnam minuit, ſed non tollit. Ita in quovis crimine in quo requiratur inſtantia partis.

Expilatio hæreditatis, quæ alias dicitur *Furtum luctuarium* committitur uſurpando aliquid ex hæreditate iacenti. Punitur exilio, vel alia pœna arbitraria. *Vid. dict. L. a.* 1681. §. 14.

Stellionatus, qui etiam dicitur *Crimen vulpinatum*, comprehendit omnes fraudes in contractibus commiſſas, & omnes actus illicitos, ac doloſos qui in alicuius delicti nomine non continentur. In hoc crimine datur locus pœnitentiæ, & pœna eſt extraordinaria. *Vid d. Leg. a.* 1744. §. 13.

Rerum amotarum actio datur inter perſonas inter quas non procedit actio pœnalis, nec actio furti, ideoque inter coniuges datur actio rerum amotarum *Leg.* 1. *&* 2. *ff. de act. rerum amotarum Menoch. de arbitr. caſ.* 580. *per tot. Boniſac. de furtis* §. 10. *n.* 4. ubi intelligit etiam quando fuerit ſecutum divortium, pro furto ſecuto illo coſtante, *Rot. par.* 18. *rec. dec.* 194. 245. *Hyeronimo Cala in pragm.* 11. *de empt. & vend in fin. de furt. par.* 1. ubi intelligit reſpectu viri, ſecus autem reſpectu hæredum, quibus tenetur de furto, & expilatæ hæreditatis; quod procedit inter patrem, & filium, ideſt ut ſupra non detur actio famoſa, ſed actio civilis in factum: *Boniſac. loc. cit Farinacc. de furtis qu.* 174. *par.* 2. & quod detur actio furti contra auxiliantes, vel ementes ſcienter a dd. perſonis, contra voluntatem patris, vel mariti reſpective. *Leg. eos Cod. de furt.. Farinacc. quæſt.* 168. *part.* 2.

Lex anni 1681. pœnam laquei irrogat reis furti magni ſcilicet excedentis quantitatem centum aureorum, vel vigintiquinque ſi qualificatum ſit. Quomodo puniendum ſit furtum domeſticum

cum quid: *Leg. anni* 1744. quæ inſcribitur *Ordini Criminali diverſ. ſub* §. 4.

Affectus lucrandi non præſumitur in eo qui aufert rem commeſtibilem fame impellente: Præſumitur tamen in eo qui rem ablatam alteri donat, vel commodat, cum ſpecies lucri ſit alterius animum ſibi devincere abſque proprio detrimento.

DE VI BONORUM RAPTORUM.

TIT. II.

SEcunda ſpecies privati delicti eſt rapina, violenta ſcilicet, & fraudulosa ablatio rei mobilis; differt a furto, quia hoc fiat clam, hæc vero per vim, quæ cum ſit gravior furto non ſolum actione furti, ſed ſpeciali actione vi bonorum raptorum vindicatur: qua intra annum utilem raptor condemnatur in quadruplum, poſt annum in ſimplum, comprehenſa tamen in quadruplo rei æſtimatione. Hodie tamen proceditur ſolum criminaliter ad normam ſuperius allatæ *Leg. ann* 1681. *quam vid.* §. 9. vix atrox in rapina punitur morte. *vid. Compendium variarum Legum ann.* 1637. Ita puniuntur qui hoſtili violentia, & cum armis auferunt ſemel in viis publicis magnam pecuniæ quantitatem, vel pluries parvam. *vid. Leg. præd ann.* 1681. §. 9.

Qui rapit rem ſuam ab altero poſſeſſam ex conſtitutione Imperatoris eam amittit, qui alienam, eam cum eiuſdem æſtimatione cogitur præſtare, & hoc obtinet non ſolum in mobilibus, in quibus proprie rapina committitur, ſed etiam in immobilibus, in quibus non rapina, ſed invaſio fieri dicitur, & in utraque dolus requiritur. Actio vi bonorum raptorum, ut actio furti competit iis quorum intereſt.

NOTÆ.

In praxi exagitatur quæſtio, an bona furis remaneant obligata favore domini, cui ſublatum aliquid fuerit, & an bona furata recuperari poſſint a domino abſque refuſione pretii contra tertium pœnes quem fuerint. Quoad primam quæſtionem hypothecam dari firmant, *Neguſ. de pignor. par.* 2. *membr.* 4 *n.* 164. *verſ. vigeſimus ſecundus Mantic. de tac. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 5. *Merlin. de pign. lib.* 2. *tit.* 3. *qu.* 90. *Peregr. conſ.* 39. *n.* 10. *lib.* 6. *Grat. diſcept. for.* 935. *n.* 24. contradicente tamen *De Luc.*

Digitized by Google

de credit. diſc. 36. *n.* 21. quoad ſecundam cum diſtinctione procedendum eſt, videlicet aut emens rem furtivam ſciebat talem eſſe, & tunc tenetur criminaliter actione furtiva, ac reſtituere abſque refuſione pretii, ad *Text. in Leg. ſi ſervus cuiuſdam, & Leg. quoniam ff. de condict. furtiva*; *Florentiæ ex Leg. diei* 9. *Septembris* 1681. condemnandus eſt tamquam fur, nec poteſt excuſari emiſſe bona fide niſi id pateat; aut ignoravit, & emit iuſto pretio, bonaque fide, & tunc tantum tenetur reſtituere nullo ſibi refuſo pretio ſi res extet, & ſi conſumpta fuerit bona fide tenetur in quantum factus fuerit locupletior, *Leg. in civilem Cod. de furtis Vermigliol. conſ.* 275. *n.* 1. *& ſeqq.* ſecus autem pretium loco rei non ſuccedit.

DE LEGE AQUILIA.

TIT. III.

DAmnum iniuria datum, privatis delictis adnumeratum fuit, non tamen omne damnum generaliter, ſed quod contingit cum interitu, aut corruptione rei, & coercetur Lege Aquilia, cuius olim extiterunt tria capita.

Primo capit. cavetur, ut qui occiderit hominem ſervum, vel quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, teneatur domino ſervi, vel quadrupedis occiſi ad ſolvendum quanti plurimi diſtæ res eo anno fuerit.

Hac Lege tenetur qui aut dolo, aut culpa nocuerit, abſque affectu lucrandi, non autem qui caſu, ut exemplificat Imperator in textu in milite ludente iaculis, in putatore arboris prope viam publicam, in eo etenim imperitia habetur pro culpa, & in mulione, & equitante, ut videre eſt apud Interpetres. Hodie vero actione Legis Aquiliæ ſolum damnum perſequimur, non quanti plurimi.

In facienda æſtimatione conſiderandum eſt etiam intereſſe, & damnum contingens ex peremptione rei, nam ſi occideretur ſervus hæres inſtitutus, aut equus ex quadrigis, præter valorem ſervi, aut equi æſtimabitur damnum.

Ad ſecundum caput Legis Aquiliæ, quod media Iuris Prudentia deperditum eſt, putant pertinuiſſe interceptam nobis utilitatem rei noſtræ illæſæ.

Ex

Ex tertio capite veniunt cœteræ res præter hominem, & pecudem iniuria coruptæ, & tunc qui damnum facit, urendo, frangendo, tenetur domino quanti plurimi eo anno res valuerit, & huic etiam referuntur vulnera ſervorum, & pecudum, cœterorumque animalium cædes, & denique omnium rerum inanimatarum corruptiones.

De danno iniuria dato videnda eſt *Lex ann.* 1687. quam ob ſecuritatem agrorum ad obſervantiam revocavit *L. ann.* 1744

DE INIURIIS.

TIT. IV.

INiuria hic accipitur pro contumelia, & ita accepta eſt quarta ſpecies maleficii, & poteſt deſcribi dictum, vel factum ad contemptum, infamiam, aut dolorem alterius. Hinc deducitur iniuriam dividi in realem, verbalem, & literalem. Realis eſt quando facto aliquo contumelia infertur etiam citra manuum illationem, aut læſionem corporis, atque ita non ſolum ſi manus inieceris in alterum, eiuſque corpus læſeris, verum etiam ſi pictura, aut geſtu ludificaberis, ſi vexandi cauſa in ius vocaveris.

Verbalis eſt cum verbis fit convicium, vel aliquid detrahitur ex alicuius æſtimatione eo præſente, vel ea intentione ut illi innoteſcat, licet adiiciatur proteſtatio = ſalvo honore = quæ loquendi ratio excuſatur quando verum eſt id quod dicimus, modo probemus dixiſſe ob defenſionem, utilitatemque noſtram. Huius pœna ex novis Principum conſtitutionibus capitalis eſt. Verba iniurioſa in Deum, vel Sanctos prolata dicuntur Blaſphemiæ, quæ vel ſimplices ſunt, vel hæreticales, ſcilicet, Articulis orthodoxæ fidei contrariæ. Non committuntur abſque animo deliberato: puniuntur ab utroque Foro, earumque pœna eſt arbitraria.

Literalis eſt quando quis carmen, vel libellum conſcripſit, vel conſcribi curat ad infamiam alterius, & ſimiliter pœna eſt capitalis. Punitur etiam qui illud in vulgus profert, aut imprimit, aut doloſe curat ut id fiat ad infamiam alicuius, etiam ſuppreſſo nomine, modo de perſona ſatis conſtet. Excluſo animo iniuriandi qui legit, aut ſumit, vel retinet exemplar libelli famoſi pœnam non meretur. Quando obiicitur ſolum crimen non capitale, vel crimen in genere, vel continetur ſimplex deriſio non dicitur carmen famoſum, ſed *iniuria ſcripta*.

Iniu-

Iniuriam patimur directo per nos metipſos, oblique etiam per alios, cum iniuria fit poteſtati, vel affectui noſtro ſubiectis, unde pater iniuriam factam filio vindicare poteſt, non ſolum nomine filii, ſed etiam proprio, licet filius iniuriam remiſerit; idem dicendum de ſponſo reſpectu ſponſæ, de marito reſpectu uxoris; non autem a contrario, nam uxores a viris non viros ab uxoribus vindicari æquum eſt.

Servis quoque facta iniuria a domino vindicatur ex propria perſona ſi atrox ſit, vel præciſe facta in domini contemptum, nam ſi ſit levis non cenſetur facta domino.

Iniuria facta ſervo uſufructuario vindicatur a domino proprietatis. Liberi autem homines noſtro ſervitio vigilantes, ſi habeant ſignum domini, domino competit vindicatio, atque etiam libero homini; plures limitationes vide in textu. Hic ex duodecim tabularum Lege pœna iniuriarum ob membrum ruptum fuit talio, ob os vero fractum, & alias leviores iniurias fuit pecuniaria, ex poſt iure prætorio facta eſt arbitraria iuxta æſtimationem factam a paſſo iniuriam, moderandam tamen a Iudice prout eidem videbitur.

Iniuria, actione ex Lege etiam Cornelia vindicatur in tribus caſibus, cum ſcilicet quis pulſatus, cum verberatus, cum domus alterius vi introita.

Atrox iniuria ex triplici capite æſtimatur, nempe ex facto, ex loco, ex perſona; ex facto ſi quis fuſtibus cæſus; ex loco ſi in publico facta; ex perſona ſi fuerit ſcilicet Præſes.

Actio iniuriarum poteſt proponi aut civiliter, aut criminaliter, ſed una electa, altera evaneſcit, cum utraque ſit ad eumdem finem. Huiuſmodi actio datur etiam in eum qui mandato, ope &c. cauſa fuit ut fieret.

Tollitur actio iniutiarum iniuriæ remiſſione, quæ fit tacite, aut expreſſe iuxta moralem prudentum æſtimationem. Tacite ſcilicet quando ſtatim iniuriatus, iniuriam ad animum non revocaverit, vel tacuerit, aut ſimulaverit, aut ſponte, proprioque impulſu cum offenſore familiariter ſe geſſerit, & morte unius ante litem conteſtatam, nec ad hæredem tranſit, nec hæredi datur cum ſit famoſa, & odioſa.

Pœnæ contra Iniuriantem illatæ addi ſolet *Palinodia*, ſeu *Recantatio*, qua ſe mentitum fuiſſe fatetur.

Ob iniuriam levem datur *Deprecatio*, qua Reus declarat ſe pœnitere iniuriæ, eiuſque veniam implorare.

Ob verba ambigui ſenſus exigitur excuſatio quæ dicitur *Declaratio honoris*, qua reus profitetur ſe actorem cognoſcere virum honeſtum, neque umquam de eo ſecus ſenſiſſe.

Re-

Retorſio non datur ad ultionem, ſed ad removendam Criminis imputationem; igitur ille cui dicitur = tu es fur = reſpondere nequit = immo tu es fur = ſed dicere poteſt = tu mentiris = hæc enim poſtrema reſponſio ad unicam innocentiæ defenſionem eſt comparata.

Iniuria non committitur abſque animo eam inferendi, adeoque excuſatur qui ludit, aut monet, aut malitia caret, & plerumque aſcendentes, & qui eorum loco ſunt, aliique conſanguinei ob morem rationabilem procedendi inter eos, maiori ingenuitate, vel auctoritate

DE OBLIGATIONIBUS EX QUASI DELICTO NASCENTIBUS.

TIT. V.

POſtrema quæ ſupereſt explicanda obligationum cauſa eſt quaſi maleficium, ſive quaſi delictum, quod proprie committitur cum quis non ex dolo, aut lata culpa, ſed potius ex imperitia, & negligentia ſui, vel ſuorum peccat. Tres hic referuntur ſpecies. Prima eſt quando Iudex per imprudentiam iudicat, etenim obligatur tamquam ex maleficio, & actione in factum tenetur reficere damnum, hodie vero iniquitati ſententiæ latæ per imprudentiam ſuccurritur remedio appellationis, vel reviſionis, nec agitur contra Iudicem. Iudex enim, æque, ac alii Officiales, ac miniſtri nonniſi de dolo, aut lata culpa redarguendus, cum pro eo ſtet præſumptio, quod recte officium ſuum expleat.

Secunda ſpecies eſt non præcurrere ne quid a domeſticis temere ex ædibus ubi habitamus deiiciatur, aut effundatur, quod tranſeuntibus noceat; quod ſi deiectum, effuſumve alteri nocebit ei tenemur in duplum actione ex quaſi delicto eidem competenti contra inhabitatores ædium unde caſus prodiit; quibus tamen ſuccurritur actione in factum adverſus deiicientem:

Quod ſi ex cauſis prædictis occiſus ſit liber homo, quia hic non recipit æſtimationem pœna eſt 50. aureorum; Si vero ſolum ſit vulneratus arbitraria Iudici, qui debet animadvertere ſumptus curæ, & operarum amiſſiones.

Pariter ex quaſi maleficio tenetur, qui aliquid ſuſpenſum tenet, vel teneri patitur ubi vulgo ſit iter, quod cadendo poſ-

ſit tranſeuntibus nocere, contra quem, licet ſuſpenſum non ceciderit, conſtituta eſt pœna decem aureorum applicanda agenti.

Verum ſi filius familias ſeorſim a patre habitet ex ſupradictis cauſis pater non tenetur pro ipſo filio.

Tertia ſpecies quaſi maleficii eſt damnum, aut furtum commiſſum in navi, caupona, aut ſtabulo ab his quorum opera nautæ, cauponæ, & ſtabularii utuntur; hi omnes in duplum ex dictis cauſis ex quaſi maleficio tenentur, quaſi deliquerint utendo opera malorum hominum, & hæ actiones in factum ex quaſi delicto competunt damnum paſſo, & eius hæredi contra delinquentem, non vero contra delinquentis hæredem, quia actiones pœnales, ut ſunt huiuſmodi, in delinquentis hæredes non tranſeunt. Si damnum illatum fuit ab aliis viatoribus quorum opera nautæ, cauponæ, & ſtabularii minime utebantur tenentur ex quaſi contractu in vim conſenſus reſtituendarum rerum hoſpitibus, qui præſumitur ex acceptata traditione illarum; niſi hoſpitibus ipſis prædixerint neceſſe eſſe, ut ipſi rebus ſuis proſpicerent ne ſibi auferrentur, iique huic dicto conſenſerint.

Quaſi delictis accenſeri poſſunt etiam 1. Miſericordia intempeſtiva alteri damnoſa, ex. gr. Si quis debitorem e carceribus eximeret, 2. Conniventia qua permittitur crimen committi quod impediri debebat, ac poterat. Utroque caſu civiliter competere videtur actio in factum; ſed plerumque dolus hiſce caſibus intervenit, adeoque criminalis actio locum habet.

DE ACTIONIBUS.

TIT. VI.

CUM a libro ſecundo uſque adhuc actum ſit de rebus, de ſecundo ſcilicet obiecto civilium inſtitutionum, merito nunc progredimur ad tertium, iuxta diviſionem propoſitam in §. *ult. inſtit. de iur. nat. gent. & civil.* nam omne ius, quo utimur, aut ad perſonas pertinet, aut ad res, aut ad actiones *Leg. pr. ff. de Stat. homin.* nam inter res obligationes etiam enumerantur, cum ſint res incorporales, ut ex *Harpret. inſtit. h. t. num.* 2. idem ſentit *Heinec. inſtit. hoc tit.* §. 1126. dicens quod actio, quatenus eſt ius, ad ſecundum iuris obiectum pertinet, quatenus vero accipitur pro remedio ius perſequendi ad tertium iuris obiectum referenda eſt, & ſic priore ſenſu definiri poteſt, quod ſit ius per-

perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, poſteriore = quod = ſit medium legitimum perſequendi in iudicio iura quæ tum = in re, tum ad rem cuique competunt.

Dicitur perſequendi ad differentiam exceptionum, quibus non perſequimur, ſed defendimur: dicitur in iudicio, ut innoteſcat nemini licere privata auctoritate apprehendere quod ſibi debetur, ſed id præſtandum a Iudice, dicitur quod ſibi debetur ad differentiam criminalium accuſationum, in quibus non perſequimur quod nobis debetur, ſed agimus ad publicam vindictam.

Prima igitur, & ſumma actionum diviſio eſt, quod aliæ ſint in rem, aliæ in perſonam. Actio in perſonam eſt quæ naſcitur ex iure ad rem, quod contingit in obligationibus ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi.

Realis eſt per quam rem noſtram in qua ius habemus, petimus, & dicitur ius in re ab alio poſſeſſa, ideo reivindicatio.

In rem actio datur contra quemcumque poſſeſſorem rei, non ſic actio in perſonam, quæ obligati perſonam non egreditur, hæc non tantum datur pro rebus corporalibus, ſed etiam pro incorporalibus, nempe pro ſervitutibus, pro quibus duplex eſt actio; confeſſoria ſcilicet, & negatoria = confeſſoria eſt per quam aſſerimus nobis competere ſervitutem in re alterius, eiuſque vigore Iudex declarat quod actori competit controverſa ſervitus, & reum damnat ad intereſſe, & tradendam quaſi poſſeſſionem ſervitutis, præſtandamque cautionem de non turbando. Confeſſoria utilis datur etiam creditori cui pignori datus fundus, item emphyteutæ, uſufructuario, ſuperficiario &c. Negatoria, qua rem noſtram alteri ſervire negamus. Eiuſque vi Iudex fundum eſſe liberum declarat, & damnat reum ad intereſſe, & ſuprad. cautionem præſtandam. Nomina actionis confeſſoriæ, & negatoriæ æſtimari debent ſecundum id quod petitur, non autem ſecundum verba quibus petitur. Igitur etiam qui negat vicino competere ſervitutem utitur confeſſoria. Modo affirmet ſibi competere, qui vero id adfirmat utitur negatoria modo neget deberi vicino ſervitutem.

Pro rebus corporalibus nulla prodita eſt actio negatoria, quia actori incumbit onus probandi, eoque non probante reus abſolvitur.

Actionum tam in rem, quam in perſonam aliæ ſunt civiles, aliæ honorariæ, eaque eſt ſecunda actionum diviſio. Civiles, quæ etiam dicuntur directæ, ſunt quæ dantur directo ex *Leg. 12. tabular. vel ex Sen. conſ. aut coſtitutionibus*.

Prætoriæ, quæ & utiles vocantur ſunt, quæ a Prætore ex æquitate comparatæ ſunt, deficientibus civilibus, ex his prima eſt.

Publiciana a Publicio Inſtitutore ſic dicta, qua is, qui iuſta cauſa a non domino rem habuit, eiuſque poſſeſſionem caſu amiſerit, poſſit eam recuperare quaſi uſuceperit, cum vere non uſuceperit.

Secunda prætoria actio dicitur reſciſſoria, qua abſens cauſa Reipublicæ uſucapionem reſcindere poteſt rei ſuæ iam uſucaptæ, iſtamque uſucaptam recuperare idque per quadriennium continuum licet.

NOTÆ.

Rem optime explicat *Vinn. in comment. inſtit. b. t. in* §. *omnium ſub n.* 2. = quemadmodum autem hoc ius in univerſum duplex eſt, unum in re, alterum ad rem ita quoque duæ in univerſum diverſæ actionum ſpecies inde manarunt, ſive duo remedia, ad ius illud iudicio perſequendum. Ius in re multiplex = dominium tum directum, tum utile, uſusfructus, ſervitutes, pignus, ius poſſeſſionis.

Actio realis non præſupponit obligationem, quia non oritur ex contractu, vel quaſi, nec ex delicto, vel quaſi, ſed habet cauſam efficientem, & requirit a parte agentis dominium, vel ius in re; a parte rei conventi poſſeſſionem, unde formula actionum in rem ſic concipiebatur = aio hanc rem ex iure Quiritum meam eſſe = inferunt ergo DD. cauſam communem exprimendam eſſe, hoc eſt ſe eſſe dominum. *Vinn. loc. cit. Oinot. b. t. Gloſſ. in verb. nullo iure Peregr. in prax. de action. rei vind. par.* 2. *ſect.* 3. *interſec.* 6. *annot.* 1.

Competit cuicumque agenti dicta actione, actio ad exhibendum, & eſt iudicium ſummarium *Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 3. & in hoc iudicio agi poteſt remedio ſummario, id eſt poſſeſſorio recuperandæ, ſeu potius retinendæ, ut ex *dict. Ridolphin. par.* 2. *cap.* 5. *de conſtituto poſſeſſorio*.

Pariter egregie de more ſuo explicat: *Vinn. in dict.* §. *omnium inſtit. b. tit. ſub n.* 2. hæc autem in perſonam dicta eſt, quia ut perſona hic convenitur, ita convenitur propter ſe, quia ſe obligavit, non propter rem petitam; quod tamen non ſic accipiendum eſt, quaſi quod qui ex obligatione agit, non hoc agat, ut rem, quæ in obligationem deducta eſt, conſequatur, ſed ſic quod actione in perſonam quiſque teneatur ob hoc ſolum quia promiſit ſe daturum eſſe, & hoc ſive rem habeat, ſive non.

Actio-

Actiones perſonales dantur partim Lege, partim facto obligatorio, partim æquitate. Lege, & facto obligatorio dantur actiones ſuo loco illuſtratæ, præſertim ad materiam contractuum; æquitate autem actiones ad exibendum, quod metus cauſa, de dolo malo, & pleraque interdicta, ac reſtitutiones in integrum.

Actio perſonalis datur contra perſonam obligatam tantummodo (unde antiqua emerſit formula = aio te mihi centum dare oportere) eiuſque ſucceſſorem univerſalem, non autem particularem, *Rot. poſt Pacific. de Salvian. interdict. dec.* 178. *n.* 22. *& dec.* 179. *n.* 4. quare ſciendum eſt, quod in actionibus perſonalibus ex hæredibus tenetur unuſquiſque pro rata, cum in realibus poſſint conveniri in ſolidum, *Urceol. conſ. for. cap.* 40. *n.* 22. *Merlin. de Pignor. lib.* 5. *tit.* 2. *qu.* 69. *n.* 18. ſed quando non adiverunt hæreditatem cum beneficio Legis, & inventarii poſſunt in ſolidum conveniri, tam in actione reali, quam perſonali, & quando ſunt plures hæredes hæredis, *Urceol. conſ. for. cap.* 95. *n.* 19 *Rot. poſt Merlin. de pignor. dec.* 33. *n* 27. *& dec.* 127. *n.* 55. verum actio perſonalis poteſt etiam intentari contra hæredes beneficiatos, non tamen ut eorum perſona detineatur, ſed ut bona inventariata conſignet. *Scannarol. de viſit. carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 4. *n.* 13.

Id eſt quam verba ipſius Legis præſtant, ut ex *Accurſ. in L. curatores Cod. de negoc. geſt.* ſunt quæ non ex verbis ſed mente Legis in alio ſimili caſu datur = vel ut cum Legislator poſterior, vel I.C. vel Prætor Legem olim ſcriptam, ex rationis paritate, vel ſimilitudine, ad alios caſus extendit. *Leg. penult. ff. ſi quadrupes pauper.*

Animadvertendum inſuper eſt, quod quædam actiones perſonales dicuntur in rem ſcriptæ, & ideo etiam mixtæ, ut ex *Maranta in ſpecul. aur. par.* 4. *iudicior. diſt.* 3. *ſub num.* 2. quæ ſapiunt naturam perſonalis, & realis. Iuxta aliquos actiones in rem ſcriptæ non ſunt quid medium inter perſonales, & reales, ſed diſtinguuntur ab aliis quia non perſequuntur factum certæ perſonæ. Huiuſmodi eſt ex. gr. actio quod metus cauſa, quia non ſolum datur contra eum qui vim fecit, ſed etiam contra quemcumque qui retineat rem per vim ablatam. *Iul. Pac. inſtit. h. t. in not.* & oriuntur ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, & hoc reſpectu dicuntur perſonales; verum quia dantur contra quemlibet poſſeſſorem dicuntur reales, & ſic habent mixtam naturam, ut eſt actio ad exhibendum, actio noxalis, quod metus cauſa, communi dividundo, ſeu familiæ hærciſcundæ, finium regundorum &c. & ideo dantur contra ſingularem ſucceſſorem, *Mart. vot. Piſan.* 49. *per tot.*

 quod

quid actio prædicta. Sunt & alii caſus in quibus actio perſonalis exerceri poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, aut ex æquitate, aut quando agitur contra tertium poſſeſſorem ex cauſa lucrativa, quos recenſet *Merlin. de pignor. lib.* 1. *tit.* 1. *qu.* 10. *num.* 6. *& ſeqq. Rot. dec.* 179. *n.* 14. *par.* 5. *rec.*

Publiciana Realis Prætoria hæc eſt, ſcilicet ego bona fide gemmam poſſidens incipio illam uſucapere, ſed ante quam eius uſucapio terminetur, caſu amitto eius poſſeſſionem, quæ mihi a Caio uſurpatur, ego qui non ſum dominus, ſed quaſi dominus, eo quia illam habui a non domino, ago contra Titium Publiciana ad recuperationem gemmæ, quia rei vindicatione agere nequeo cum eius rei dominus non ſim, eo quia uſucapionem non compleverim, *Leg.* 1. *ff. de Publiciana in rem act.* & hic notandum, quod hæc actio contra verum dominum dari nequit, ſi forte ad eum gemma pervenerit, quia dolo facit, qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt, *Leg. dolo facit ff. de dolo malo, & metus exceptione Peregr. in prax. hoc tit. par.* 2. *ſub ſect.* 3. *interſec.* 10.

Alia Prætoria realis actio reſciſſoria locum habet hoc caſu = Abfui a patria ex aliquâ neceſſaria cauſa, Caius fundum meum præſcripſit, quem forte non preſcripſiſſet, ſi fuiſſem præſens; rediens igitur peto Iudici ut dictam præſcriptionem reſcindat, qua reſciſſa actionem habeo ad repetendam rem nulliter præſcriptam, vel uſurpatam, late *Peregr. loc. cit. interſec.* 11.

§.

Tertia ſpecies actionum Prætoriarum Paulliana eſt competens creditoribus ad revocanda ea quæ in eorum fraudem alienata ſunt.

Serviana etiam eſt actio Prætoria, nec non quaſi ſerviana, utraque hypothecaria competit locatori adverſus res invectas in fundum, & ædes locatas illi tacite pro penſione obligatas, id eſt quando agitur de prædiis urbanis, *Leg. certi, & Leg. ſi non inducta Cod. Locati.*

Quaſi ſerviana datur cuicumque creditori adverſus poſſidentem ad rem ſibi expreſſe, vel tacite oppignoratam, vel hypothecatam, ad avocandam poſſeſſionem pignoris, vel hypothecæ.

Inter pignus, & hypothecam, licet quandoque promiſcue accipiantur hoc diſcriminis eſt, quod pignus ſit cum res ſimul creditori traditur precipue ſi ſit mobilis; hypotheca cum res abſque traditione, nuda conventione obligationi ſubiicitur.

NO-

Actio Paulliana datur creditoribus tam ex contractu, quam ex quaſi contractu, *Leg. credit. ff. de verb. ſignific.* Facta etenim alienatio titulo oneroſo, ut dicatur in fraudem creditorum, tria ſimul requiruntur; nempe conſilium fraudandi, hoc eſt propoſitum ex parte alienantis: ſcientia fraudis in recipiente, ac ipſius fraudis eventus, *Leg. in fraud. ff. qui, & a quib. manumiſs. lib. non fiat, Oinot. in §. in fraud. & latius in §. item ſi quis n.* 51. *&c. inſtit. de act. Duran. dec.* 364. *n.* 64. facta vero titulo lucrativo, etiam ante motam litem dicitur in fraudem ex ſolo propoſito fraudandi in alienante, quod præſumitur eo ipſo quod ſcit ſe eſſe debitorem, & bona ſua non ſufficere, *Oinot. loc. cit. & Duran. n.* 65.

Hæc actio exercibilis tantummodo eſt contra immediatum emptorem, non contra tertium, *Weſembec. in paratit. ad lib.* 42. *ff. tit.* 9. *n.* 9. *verſ. mult. min. Oinot. ad §. item ſi quis num.* 49. *inſtit. h. t.* eo tantum caſu, quo præceſſerit debitoris excuſſio, emptori vero conceditur manutentio bonorum, quo uſque a creditore non fuerint probata probanda, *Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.* 26. *art.* 2. *num.* 86. demum ab eodem edicto excipiuntur dationes in ſolutum factæ a debitore creditori ſcienti malum ſtatum debitoris. *Vinn. in hoc tit. ad §. item ſi quis num.* 4. *inſtit. de action.*

Statutum tamen Mercantiæ *lib.* 3. *Rubr.* 2. *de ceſſant.* hæc diſponit, ſcilicet, alienationes factas comprehendendo tenutas, & adiudicationes factas ubicumque revocandas eſse ſi factæ fuerint per quadrimeſtre ante ceſsationem, ut alibi &c.

Serviana, & quaſi Serviana utraque hypothecaria, cum hac tamen diſtinctione, videlicet, ſi agatur de inquilino prædii urbani, bona ab eodem invecta, & illata remanent obligata favore locatoris tacite pro penſione, *Leg. ſi non inducta Cod. locat.* verum ſi agatur de conductore prædii ruſtici, invecta in prædium ruſticum non obligantur niſi de eo convenerit expreſse, eamdem tamen hypothecam concedi contra Colonum favore locatoris, tradit *Oinot. h. t. in §. item Serviana*, ea tamen Lege, ſi dominus prædii ruſtici ſciat rem illatam fuiſse a Colono nummario id eſt vulgo = affittuario = in prædium prædictum: attamen tacita hypotheca de qua ſupra quando domus conceſsa fuit ad habitandum, & non conſervandum procedit cum ſuo tempore, ſine prelatione adverſus creditores anteriores, quibus non fuit in aliquo præiudicatum per dictam tacitam hypothecam, *Bald. in*

Leg.

Leg. interdum 2. ff. qui potior. in pignor. habeantur, *Ludoviſ. dec. Perug.* 84. *n.* 2. *Pacion. de loc. cap* 40. *Gratian. diſcept. for. cap.* 68. *n.* 4. *Marzimedic. dec.* 20. *n.* 5. præfertur tamen cœteris creditoribus etiam anterioribus ille qui locavit horrea, magazenos, aliaſque res ſimiles deſtinatas, & in uſu habitas ad rem præciſe conſervandam. *Rocca reſponſ.* 34. *n.* 7. *verſic* 2. *opinio lib.* 2. *Gratian. ubi ſupra Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. 15. 86. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *qu.* 67. *n.* 66.

Utilius tamen eſt intentare in hac ſpecie utile ſalvianum, ut ex *Pacific. de Salvian. interdict. cap.* 1. *par.* 1. *Ridolfin. in prax. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 53. utilius quia in hoc iudicio ſummarie agitur, & ut ait *Negusant. de pignor. in membro* 3. *octavæ partis ſub n.* 26. quia ſufficit in libello dicere, quod debitor poſſidebat, quia ſat eſt probare ſolam poſſeſſionem animadvertendo, quod ſummaria cognitio intelligitur quoad modum procedendi non autem quoad probandum. *Pacific. loc. cit. cap.* 5. *n.* 13. *de extremis probandis vidend. Ridolfin.*

Hypotheca alia eſt conventionalis, quæ a partium expreſſa conventione oritur, ſecunda tacita, quæ a Lege inducitur, & etiam legalis dicitur, tertia prætoria, quæ inducitur nulla Iudicis præcedente ſententia, & non obſtante capitur pignus, ibi pignus prætorium dicitur illud quod datur per Iudicem in contumaciam rei ex primo decreto, ſecuta tamen prius immiſſione. Primum decretum dupliciter aſſumitur, 1. quando creditor facit ſe immitti ante ſententiam in contumaciam debitoris non comparentis in tenutam bonorum eiuſdem iuxta terminos, *Leg. non mirum* 26. *ff. de pignor. act.* ſecundo quando ſe facit ponere in poſſeſſionem vigore mandati executivi in perſonali actione obtenti ſuper bonis debitoris, quo caſu dicitur contractum pignus iudiciale. *Merlin. de pignor. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 11. *& tit.* 3. *qu.* 17. Quarta iudicialis cum præcedente ſententia in cauſam iudicati capitur pignus, *Leg. a D. Pio* 15. *ff. de re iudic.* & uſurpatur quandoque pro pignore prætorio, ut ex *Merlin. &c.* ex quo oritur, quod ſententia lata vigore iurium non habentium hypothecam nullimode eamdem inducit, niſi poſt executionem. *Cancer. var. reſol. par.* 2. *de ſequeſtr. cap.* 4. *n.* 49

§.

Abſoluta tractatione Prætoriarum actionum realium agendum ſupereſt de actionibus prætoriis perſonalibus, quæ tres ſunt, videlicet de conſtituta pecunia, de peculio, & ex iure iurando. Prima naſcitur ex pacto de ſolvenda pecunia contra eum, qui ſe

ſe nudo pacto ſoluturum conſtituit, eius videlicet qui promiſit quod ipſe, aut alter ex quacumque cauſa debebat. Si accederet ſtipulatio ratione huius non actione de conſtituta pecunia, ſed ex ſtipulatu, iure civili tenebitur.

Ex contractu filii familias vel ſervi iure civili non obligantur, ſed ſolum iure prætorio actione de peculio, qua ſolvere tenemur creditoribus eorumdem iuxta vires peculii; peculium hic accipitur pro modica pecunia, quam pater filio, dominus ſervo, ad negociandum concedit. Actionis de peculio nomen eſt generale, extenditur enim ad actiones mandati, depoſiti, emptionis venditionis &c. modo agatur de filioſamilias.

Actionibus Prætoriis ex contractu dimanantibus addi poteſt *conditio ex Lege*, quæ dari ſolet quoties invecta eſt obligatio ex nova Lege, atque expreſsa non eſt actio qua uti debeamus.

N O T Æ.

Requiritur in hac actione quod præcedat debitum, vel naturale, vel mixtum, non autem mere civile, ***Peregr. in prax. par.*** 2. *ſub ſect.* 3. *interſec.* 15.

Hæc actio locum habet in peculio mere profectitio ***Peregr. loc. cit.***

Iuramentum multiplex eſt, & ſecundum aliquos dividitur in voluntarium, iudiciale, neceſsarium. Primum eſt, quod pars parti defert extra iudicium, iudiciale quod pars parti defert in iudicio, quodque deferenti referre poteſt is cui delatum eſt, neceſsarium quod a Iudice uni ex litigantibus in cauſis dubiis: addunt alii ampliorem diviſionem, & dicunt quod ſit enunciativum, confirmativum, in litem, ſuppletivum, ſeu ſuppletorium de quibus vidend. *Oinot. inſtitut. hoc tit. in* §. *ſi quis poſtulante Peregr. loc. cit. interſec.* 16. *Ridolfin. in prax.* ac etiam credulitatis, quod eſt iuramentum de calumnia, ſed fuſius hæc iuxta praxim in tract. de iudic. explicabuntur.

§.

Actionum Prætoriarum aliæ ſunt quæ velut ex contractu, & negocio geſto proficiſcuntur, & continent rei perſecutionem, de quibus ſupra. Aliæ ſunt quæ ex delicto proveniunt, & habent pœnæ perſecutionem, veluti actio de albo corrupto, id eſt de corruptis tabulis prætoriis ubi ædicta proponebantur, cuius pœna eſt decem aureorum, huc etiam ſpectat actio de in ius vocando, quæ datur patri, patronove adverſus filium emancipatum, vel adverſus libertum, qui patrem, vel patronum, ſine venia

Digitized by Google

nia Prætoris in ius vocavit, & per hanc actionem quis conſequitur pœnam quinquaginta aureorum.

Aliud exemplum eſt actionis de in ius vocato, ſeu de non eximendo, quæ competit actori adverſus eum, qui dolo malo, vel vi exemit, aut eximi curavit reum in iudicium vocatum, ut citatus veniret in ius, & pœna huius actionis eſt quanti actor iuratus fuerit intereſſe. Qui eximit debitorem punitur etiam criminaliter arbitrio Iudicis. Qui eximit reum e manibus Curiæ incidit in crimen læſæ Maieſtatis in ſpecie, & gravius punitur eximens reum confeſſum. Excuſantur tamen filii & uxores eximentes parentes, aut viros, vid. *Leg. a.* 1704. de reſiſtentia facta Curiæ.

N O T Æ.

Venia petenti conceſſa cenſetur quando Iudex citationem commiſit, *Leg. ad rem mobilem* 58. *ff. de procurat. Oinot. in §. Poenales inſtit. h. t. n.* 68.

Negocio geſto = Actio hæc negociorum geſtorum ex quaſi contractu oritur, & duplex eſt, alia directa, competens ei, cuius negocia geſta ſunt contra gerentem, ut rationem reddat, de adminiſtratis, alia contraria quæ ei qui negocia utiliter geſſit, ſine mandato datur contra eum cuius negocia geſſit ad repetendum id, quod de ſuo impendit, *Leg.* 1. *in fin. ff. eod.* & ut domino competat, ad eumdem requiritur quod negocium ſpectet, & quod reus geſſerit ſine mandato, vel ſine præſentia dicti domini, nam ſi cum præſentia eiuſdem geſſerit ex mandato egiſſe videtur, *Leg. ſi remunerandi* 6. *§. paſſus ff. mandati vidend. Oinot. inſtit. h. t.* in hac actione datur iuramentum in litem adverſus reprobum geſtorem, *Gloſſ. de in lit. iurand.* §. 18. nam negocia aliena gerens debet rationem reddere *Menoch. de arbitr. caſ.* 209.

§.

Actiones præiudiciales hic non accipiuntur prout important damnum, ſed nomen deſumunt a præiudiciis, quatenus denotant iudicia illa, quæ cum aliis concurrentia primo loco ſunt expedienda, & in iis agitur dumtaxat de ſtatu alterius, videlicet de libertate, de ingenuitate, & de iure familiæ, unde totidem huiuſmodi actionum ſunt genera quot ſtatus perſonarum. In primo queritur utrum quis ſit liber, an ſervus, in ſecundo utrum libertus an ingenuus, in tertio utrum filius nec ne.

no-

Pono exemplum huius actionis; deceſſit Titius avus meus ab inteſtato, cuius cum ego ſolus hæreditatem adire vellem, Caius, qui ſe eiuſdem Titii nepotem eſſe aſſerit, vult æqualiter mecum dictam hæreditatem dividere; Ego illum Titii nepotem eſſe nego in hoc caſu prius Iudex, ſententia mediante, declarare debet illum eſſe nepotem Titii, vel non, antequam decernat eumdem, eidem Titio mecum cohæredem eſſe. Et præiudiciales ex eo dicuntur, quod de his actionibus prius ſemper ſit iudicandum, ſive quod hæc Iudicia, cum aliis concurrentia, primo loco ſint expedienda, ut ſi pater a filio petat alimenta, & filius illum patrem ſuum eſſe neget, prius de eo an pater ſit, poſterius de alimentis agendum erit *L. ordinanda* 24. §. *ſed cum aliis* 2. & §. *ſeqq. ff. de liberali cauſa Duaren. lib.* 2. *diſputation. cap.* 1. alia ratione etiam præiudiciales dicuntur, quia ſententia in uno lata exceptionem parit rei iudicatæ in alio, item quia una actione intentata alias ſilere neceſſe eſt.

§.

Actiones in rem dicuntur *vindicationes*, quia vindicare, idem eſt ac aſſerere aliquid ſuum eſſe, & qui in rem agit aſſerit rem ſuam eſſe. Actiones in perſonam appellantur *conditiones*, olim enim moris fuit, ut actor diem condiceret, id eſt denunciaret adveniendum in ius, & omnes actiones tam in rem, quam in perſonam *conditiones* dici poterant, quoniam vero actiones in rem proprium nomen vindicationis habebant, nomen *conditionis* datum eſt actionibus perſonalibus, earumque proprium remanſit, licet & ante Iuſtinianum ſublata fuerit huiuſmodi denunciatio. Omnes actiones perſonales dicuntur conditiones, verum aliquæ ita vocantur per *antonomaſiam*, quia cum ſpeciali nomine careant acceperunt illud quod generi convenit.

§.

Tertia actionum diviſio eſt, quod quædam ſunt rei, quædam pœnæ perſecutoriæ, & quædam rei ſimul, & pœnæ perſecutoriæ, & ob id mixtæ dicuntur.

Actiones rei perſecutoriæ ſunt omnes actiones in rem. Omnes actiones in rem ſunt rei perſecutoriæ, ſed non omnes actiones rei perſecutoriæ ſunt reales, immo plures accenſentur perſonalibus, ex. gr. Actio commodati *Iul. Pac. inſtit. hoc tit. in not.* & omnes actiones in perſonam ex contractu deſcendentes, exce-

Digitized by Google

excepta actione depoſiti miſerabilis, quæ mixta eſt contra inficiantem, cum competat in duplum, ut diximus, adeoque, & rei & pœnæ perſecutionem comprehendit.

N O T Æ.

Hæc actio datur contra illum apud quem fuit depoſita, res aliqua ex cauſa incendii, tumultus, ruinæ, vel naufragii; Si enim hic ad depoſiti reſtitutionem conventus, neget pœnes ſe rem petitam fuiſſe depoſitam, & mendacii convincatur, datur contra illum actio mixta, rei ſcilicet perſecutoria, qua res petitur, & pœnalis ad duplum.

§.

Actionum quæ naſcuntur ex maleficio excepta conditione furtiva, & actione rerum amotarum, quæ continet ſolam rei perſecutionem, aliæ ſunt mere pœnales, veluti actiones furti manifeſti, & non manifeſti, id eſt duplum, vel quadruplum, quorum utrumque pœnale eſt ex iam dictis.

Aliæ mixtæ veluti actio bonorum raptorum, Legis Aquiliæ &c. in quibus quod conſequimur non eſt pœnale, ſed in eo includitur etiam rei æſtimatio.

Actiones ex quaſi contractu omnes ſolius rei perſecutionem continent, una tamen excepta, videlicet quæ datur ratione legati, aut fideicommiſſi Eccleſiæ, aut altero venerabili loco relicti, quæ actio in duobus caſibus eſt mixta, & datur in duplum, primo ſi hæres legata relicta eſſe inficiatus ſit, ſecundo ſi tamdiu ſolvere diſtulerit, quamdiu in ius vocatus fuerit.

N O T Æ.

Nomine Loci pii veniunt primo Eccleſiæ, ſecundo Monaſteria, tertio Collegia, ubi adoleſcentes erudiuntur gratis: quarto Xenodochia, loca ſcilicet ubi peregrini ſuſcipiuntur: quinto Noſocomia, loca nempe ubi curantur ægroti: ſexto Brephotrophia, ubi aluntur infantes: ſeptimo Gerontocomia, ubi curantur pauperes ob ſenectutem infirmi: octavo Orphanotrophia, ubi paſcuntur orphani utroque parente carentes, *Auth. de non alienand. aut permutand. &c. §. 1. verſ. hec ergo ibique Gloſſ.*

Actiones mixtæ etiam aliter quam hactenus explicavimus poſſunt accipi, videlicet cum tam in perſonam, quam in rem eſſe videntur: in perſonam quia dantur adverſus nobis obligatum, in rem quia agimus de re noſtra, prout animadvertere poteritis in actionibus in Textu allatis, id eſt in actione familiæ herſciſcun-

ſciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum, in quibus duobus prioribus agimus contra nobis obligatum ex quaſi contractu, ut ſupra, & in actione etiam finium regundorum id agitur, ut utraque actio, & in perſonam, & in rem cenſeatur locum habere. Per eum enim vicinum cogimus ad hoc, ut fines uniuſcuiuſque ad ſuam normam certitudinemque reducantur. Qui doloſe confinia delet, aut pervertit reus eſt termini moti, & criminaliter arbitrio Iudicis puniendus, gravius tamen ſi confinia erant publica.

NOTÆ.

Familiæ hærciſcundæ actio nil aliud eſt, quam hæreditatis dividundæ, per quam hæres, qui a communione vult diſcedere agit contra coheredem ad diviſionem rerum hæreditariarum *Leg. pr. ff. eod.* Familiam enim veteres pro hæreditate uſurpabant, hærciſci autem dividere ſignificat.

Communi dividundo quæ datur inter plures habentes eamdem rem communem, ſed citra contractum ſocietatis.

Finium regundorum, per quam Agrorum confinia, quæ diſtingui clare non poſſunt, ad dirimendas controverſias per agrimenſores, diſtinguntur Iudicis auctoritate, vel eo quod novi termini diſtinguentes apponantur, vel quia reponantur veteres, qui forte fuerant ablati.

§.

Quarta actionum diviſio eſt, quod aliæ ſunt in ſimplum, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ tandem in quadruplum; ultra quadruplum eius quod nobis alterius culpa abeſt actio non datur.

In omni genere huiuſmodi actionum plura in textu afferuntur exempla. Quoniam vero fere omnia alibi expoſuimus, illis omiſſis ea ſolum explicabimus, de quibus non egimus. Pro actione in triplum unum hic affertur exemplum, ſcilicet conditio, ſive condititia ex Lege conſtituta a Lege Iuſtinianea competens contra actorem, qui dolo malo maiorem ſummam a reo convento petiit, quam ſibi deberetur, ad hoc ut reus maioribus ſportulis gravaretur, id eſt ſalariis, & mercedibus ſolvendis citationem ferenti, quæ olim maiores, vel minores taxabuntur pro quantitate ſummæ ab actore petitæ, quæ hodie conſtitui ſolent iuxta numerum milliariorum.

Actionibus in quadruplum annumerantur præter alias actio quod metus cauſa, de calumnia, condititia ex Lege adverſus

 execu-

executores litium, a quibus plus conſtituto ſportularum nomine exactum fuit.

A Prætore actio quod metus cauſa datur illi, qui per metum cadentem in conſtantem virum coactus eſt alienare, vel dare, adverſus eum qui metum incuſſerit. Metus autem cadens in coſtantem virum eſt metus mortis, metus amiſſionis bonorum, ſeu famæ &c.

De calumnia actio datur in eum qui ut calumniæ cauſa negocium faceret, vel non faceret pecuniam accepit, & tam hæc, quam precedens competit ad quadruplum ſi intra annum inſtituatur, alias in ſimplum.

Condititia ex Lege actio competit ei, a quo litium executores pluſquam eis deberetur pro ſportulis exegerunt, qui tali actione conventi debebunt quadruplum reſtituere eius quod receperunt ſupra id quod eis debebatur, comprehenſa in quadruplo æſtimatione rei, quod etiam ſervatur in actione, quod metus cauſa, & de calumnia.

§.

Quinta actionum diviſio eſt, quod quædam ſunt bonæ fidei quædam ſtricti iuris, & quædam arbitrariæ.

Bonæ fidei ſunt illæ, in quibus libera Iudici poteſtas æſtimandi eſt inter litigatores quid alterum alteri ex bono, & æquo præſtare oporteat.

Omnes actiones huiuſmodi enumerantur hic ab Imperatore in §. *actionum quædam* (ita ut reliquæ hic non recenſitæ arbitrariæ ſint, aut ſtricti iuris) & ſunt actio ex empto, & vendito; ſecunda ex locato, & conducto, tertia negociorum geſtorum, quarta mandati, quinta depoſiti, ſexta pro ſocio ex contractu ſocietatis, ſeptima tutelæ, octava commodati, nona pignoratitia, decima familiæ hæreiſcundæ, undecima præſcriptis verbis de æſtimatu, nec non præſcriptis verbis ex permutatione: Actio de æſtimatu eſt, qua rem a domino æſtimatam ad vendendum receptam, incorruptam reddere cogimur, aut dare eius æſtimationem. Ex permutatione eſt actio perſonalis illi competens qui alteri rem ſuam tradidit, ut ab eo rem aliam conſequeretur, quæ ut detur neceſſe eſt ex una parte contractum impletum fuiſſe, ex altera vero non.

Actio autem præſcriptis verbis in genere eſt nuda, & ſimplex petitio, nullo propoſito actionis nomine, eius quod in conventionem deductum eſt: dicitur præſcriptis verbis, quia datur ex præſcripto verborum, ſeu conventionum inter partes initarum;
deni-

Digitized by Google

denique actio bonæ fidei eſt petitio hæreditatis, qua hæres utitur adverſus eum, qui ius pro poſſeſſore, vel pro hærede habet, vel poſſidentem rem hæreditariam.

Inter huiuſmodi actiones rei uxoriæ actio enumerabatur, quam ſubſtulit Iuſtinianus, relicta actione ex ſtipulatu de dote.

Actiones arbitrariæ ſunt illæ, quæ pendent a Iudicis arbitrio, in quibus id ſervatur ut Iudici non obtemperantes ab ipſo pro arbitrio damnentur. Huiuſmodi actiones poſſunt eſſe tam in rem, quam in perſonam. Actiones arbitrariæ formant tertium genus diſtinctum ab illis bonæ fidei, quia earumdem efficaciam non habent.

His exceptis, nec non bonæ fidei actionibus, quas omnes indicavimus, ſunt ſtricti iuris reliquæ.

Actiones ſtricti iuris ſunt illæ, in quibus Iudicis Poteſtas formulæ adſtricta eſt, ita ut non poſſit pluſquam per formulam exprimatur conſequi.

N O T Æ.

§.

Ex his, quæ diximus de contractibus in genere explicatum remanere videtur quid ſint actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris; circa arbitrarias varii varia ſentiunt; at ſequendo ea quæ tradit *Ulpian. in Leg. qui reſtituere ff. de rei vindic.* Omnis actio videtur ſtricti iuris, vel realis, vel perſonalis, vel mixta per quam rei alicuius reſtitutio petatur, ſi reus conventus poſt decretam a Iudice conſtitutionem facere detrectet. Huiuſmodi actio evadit arbitraria, id eſt in arbitrium Iudicis eſt, ſi velit actori iuramentum in litem deferre, ad hoc ut æſtimet valorem rei reſtituendæ.

Quædam actiones, eſſentia & origine inſpecta, ſunt ſtricti iuris, & tantum per accidens fiunt arbitrariæ, ex. gr. Actio de eo quod certo loco &c. cum poſſit Iudex æſtimare arbitrio ſuo quanti intereſſet litigantis, quod ſpecies, aut quantitas debita data eſſet loco convento. Aliæ autem ſuapte natura arbitrariæ ſunt ex. gr. Actiones quod metus cauſa, ad exhibendum &c. cum Iudex ad inſtar arbitri iubeat quod reus faciat id quod naturæ actionis convenit.

§.

Quoniam tam in bonæ fidei, quam in arbitrariis iudiciis, vel certa, vel incerta petitur ſumma in quo conſiſtit ſexta actionum diviſio, ut ſententia liti finem imponat Iudicis erit ut in

quan-

quantum fieri poteſt, eamdem ceptam ferat, aut exprimendo rem certam, vel deſignando certam pecuniæ quantitatem, aut expreſſim, aut relative ad acta, & inſtrumenta; ſententia autem ſine certa quantitate prolata, nulla eſt.

Olim actor qui plus debito petiiſſet contra reum conventum a credito cadebat, & id quatuor modis poterat contingere; videlicet re, ſi creditor decem petiiſſet, cum creditum quinque fuiſſet; tempore ſi cui debebatur ſub conditione pure petiiſſet; loco ſi Romæ petiiſſet quod dari promiſſum Epheſi; & cauſa ſi ver. gr. promiſſum alternative, veluti equum, aut bovem ſimpliciter petiiſſet equum.

Quidquid conſtituerit olim Zeno, & Iuſtinianus de pœna plus petentium, hodie ſolet Iudex reum abſolvere ab obſervantia iudicii cum expenſis, ſalvo tamen actori iure illum conveniendi loco, & tempore opportuno.

Si minus petatur petenti non obſtat; nihilominus tamen Iudex ad eius inſtantiam in reliquum, quod ſupereſt eodem in iudicio condemnat.

Pariterque ſi aliud pro alio ex alia cauſa, puta ex teſtamento, quo ſibi ex ſtipulatu debetur petierit, actionem mutare poteſt, & recte petere quod ſibi debetur.

NOTA.

Sententiam ab obſervatione Iudicii pronunciari poſſe certum eſt, eiuſque nomen promereri, eaque proprie dicitur, quæ ab iudicii inepta petitione tantum, ſeu ab inſtantia perempta, reum abſolvit, nec principale negocium tangit, ſed iura in alio iudicio experienda præſervat, ideoque nec interlocutoria, nec diffinitiva, ſed mixta regulariter appellatur, & ad ea datur appellatio, nec inter conformes enumeratur; hæc autem ab libelli ineptitudinem actionem perperam explicantis ferri ſolet, atque expenſarum condemnationem præſefert, per eam vero acta ordinatoria pereunt ſed non deciſoria, ut ſunt probationes, teſtes &c. *Ridolfin. in prax. par.* 3. *cap* 2. *a n.* 127. *uſque ad* 145.

§.

Ultima tandem actionum diviſio eſt, quod quædam ſunt quibus ſolidum quod nobis debetur conſequimur, quædam quibus modo ſolidum, modo minus ſolido; quod minus ſolido conſequimur facit aut peculium, aut beneficium reo tributum, ut in tantum teneatur, in quantum facere poteſt, aut mutua creditoris obligatio.

Ra-

Ratione peculii minus conſequimur cum agimus ex contractu filii familias, aut ſervi de peculio contra patrem, aut dominum, qui non tenetur niſi iuxta peculium, ut ſupra.

Privilegii ratione reo tributi, maritus ab uxore conventus actione de dote reſtituenda condemnabitur in ſolidum; ſi hoc eius facultates patiantur, ſecus ſi eius patrimonium non ſit ſatis pro totius dotis reſtitutione, & pro alimentis ipſius mariti, quæ prius debet deducere ex ſuis bonis, quam dotem reſtituat.

Mutuæ creditoris obligationis ratione minus ſolido conſequimur propter compenſationem debiti, & crediti reſpective; creditor enim non conſequitur totum creditum, ſed quod ſupereſt deducto eo quod creditori debet. Exemplum habemus in textu mulieris petentis a viro reſtitutionem dotis, in qua vir neceſſarias impenſas fecit; cum enim mulier marito obligata ſit pro expenſis neceſſariis, & utilibus factis voluntate mulieris, dos ipſo iure minuitur; multa alia exempla videre poteritis in textu, & apud interpretes late fuſeque has quæſtiones pertractantes.

Generaliter minus ſolido conſequimur ob *Beneficium competentiæ*, quod eſt ius ſingulare quibuſdam conceſſum vel honoris, vel miſerationis, vel dilectionis, vel grati animi cauſa, cuius vi conveniri nequeunt *ultra quam facere poſſint*, ſcilicet pro quantitate quæ excedat illam quam ſolvere poſſint, relictis ſibi quæ ad vivendum iuxta eorum conditionem ſunt neceſſaria, ex quo dici ſolet hoc *Beneficium deducto ne egeat*.

Competit autem aſcendentibus, patronis, deſcendentibus emancipatis, aut exhæredatis, vel iis qui a paterna hæreditate abſtinuerunt, item fratribus, ſociis, coniugibus (ut dictum eſt) ſocero, ſi a genero conveniatur pro dote promiſſa, niſi Matrimonium ſolutum ſit, donatori qui etiam a donatario conveniri nequit niſi detractis debitis, & ei qui bonis ceſſit, non autem decocto. Competit demum Eccleſiaſticis ubi attendi velit *cap. odoardus de ſolution.*

Non competit autem hæredibus, nec fideiuſſoribus, nec quando actor æque eſt inops, rectius enim eſt egeſtate premi debitorem, quam creditorem.

Debitor qui dat fideiuſſorem, tacite huic beneficio renunciat, cum fideiuſſor ſit in ſolidum obligatus, ita ut creditor ab illo exigat quod a principali debitore obtinere nequit.

Si debitor qui hoc beneficio caret non ſolvat, poteſt creditor illi auferre bona omnia, ne relicta quidem minima quantitate ut ſubſiſtat, itemque poteſt illum carceribus mancipare, cum moderamine tamen a patriis notiſſimis Legibus præſcripto.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt debitor carcerem vitare ope ceſſionis bonorum, modo ſubſtantias ſuas male non perdiderit, aut diſſipaverit, & tunc illi competit, ut diximus, beneficium competentiæ quoad futuras acquiſitiones.

Statut. Merc. lib. 3. *Rubr.* 2. *de Ceſſant.* §. *E nelle Concordie &c.* permittit debitori decocto, aut decoctioni proximo concordiam celebrare cum creditoribus &c.

Quominus ſolidum, immo ſolutio conſequatur obſtat etiam interdum debita retentio, quæ reo conceditur 1. Si pecunia ſua liberaverit rem quæ prætenditur, iam pignori datam. 2. Si pignus retineat pro alia ſumma quæ abſque pignore mutuo data fuit. 3. Si expenſas fecerit ſuper ipſa re, quæ ab illo prætenditur. Generaliter conceditur retentio poſſeſſori ob creditum hypothecarium certum, & liquidum, & etiam ob creditum ſimpliciter perſonale.

QUOD CUM EO QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOCIUM GESTUM ESSE DICATUR.

TIT. VII.

IURE civili nemo ex alieno contractu obligatur, neque conveniri poteſt; verum Iure Prætorio introductæ ſunt quædam perſonales, quæ dantur contra aliquem ex facto alterius.

Prima eſt quod iuſſu, & competit in ſolidum adverſus eum cuius iuſſu aliquis contraxit, puta fil. fam. nam pater iubendo cenſetur contrahere.

Secunda exercitoria actio, cuius vi in ſolidum tenetur exercitor navis ex contractu inito a magiſtro, & conſequenter ex contractu eorum quos ſibi magiſter ſubſtituit, quin etiam ex pluribus exercitoribus unus tenetur in ſolidum.

Exercitor dicitur qui navis dominus eſt, vel qui pro domino ſe gerit.

Magiſter vero qui navi ab exercitore præpoſitus fuit, eique cura navis demandata eſt.

Tertia eſt inſtitoria, quæ ſimili modo datur adverſus dominum, qui ſervum, vel liberum hominem alicui tabernæ, vel officinæ ad negociandum præpoſuit, ex negocio geſto cum tali eius rei cauſa, cui præpoſitus eſt, ſic dictus quod negociis gerendis inſtet: Quoad exercitium negotii mulieres æque ac maſculi

Digitized by Google

ſculi tenentur ex contractibus inſtitorum, cum illis æquentur in obligationibus principalibus, vel proprio nomine contractis; ſecus autem pupilli abſque tutorum auctoritate. Officina dicitur locus ubi merces fabricantur, taberna ubi venduntur, præponens dicitur dominus.

Quarta de peculio (quod intelligi debeat de profectitio) hæc datur illi qui cum filio familias contraxit, vel quaſi contraxit, nam ex vi dictæ actionis patrem in ſolidum convenire poteſt ad ſolutionem debiti initi a filio, quatenus tamen quod ſolvendum eſt non excedat vires peculii profectitii. Hiſce actionibus adiiciebatur *actio tributoria*, quæ competebat ei qui cum filio fam. aut ſervo contraxerat, adverſus patrem, aut dominum cuius ex certa ſcientia in peculiarium mercium negotio verſati fuerant. Hodie *actio tributoria, aut concurſus per contributum, aut per æs & libram* vocatur ea, quæ ſemper locum habet quoties ius concurrentium eſt æquale, dum creditores concurrunt in actionem, aut perſonalem, aut hypothecariam natam eadem die, vel ex eadem cauſa.

Quinta de in rem verſo, quæ datur contra patrem, quando ſcilicet pater contraxit, & acquiſita in vim huiuſmodi contractus in ſubſtantiam patris convertit; etenim dicitur in ſubſtantiam patris vertiſſe ſi id fecerit, quod onus patris erat ex. gr. emendo frumentum pro alenda familia patris &c. *Leg.* 3. *& Leg.* 4. *ff. de in rem verſo*.

Quæ hactenus diximus procedunt & in liberis, & in parentibus, uno tamen caſu excepto, quo ſcilicet fil. fam. pecunia mutuo ſit credita, tunc enim nec pater, nec filius obligatur ex diſpoſitione Senat. Conſult. Macedoniani.

Ceſſat quoque hoc beneficium, ultra cauſas ſuperius recenſitas, ſi filius pecuniam mutuo acceptam in cauſam ſtudiorum impenderit, ſi mutuum acceperit ut ſe aleret, ſi publice habitus fuerit pro patre fam., ſi id perſuaſerit creditori, ſi factus pater fam. debitum agnoverit, ſi miles fuerit, nam eo caſu tenetur uſque ad quantitatem Peculii Caſtrenſis.

NOTÆ.

De iure communi filius fam. ex omnibus cauſis tamquam pater fam. obligatur etiam ſine conſenſu patris, excepta dumtaxat pecunia mutuo credita ex beneficio Senatus Conſulti Macedoniani (1). Tres cauſæ ſunt, quibus Senatus Conſulto locus non eſt, quamvis filio fam. pecuniam creditam eſſe conſtet: prima ex perſona creditoris deducitur nempe ſi is iuſto deceptus errore

rore patrem fam. eſſe crediderit (2), iuſtum errorem duæ res faciunt, vulgata opinio, qua filius fam. pro patre fam. habetur (3), & mendacium filii ſi ſe patrem familias mentitus fuerit, nec creditor aliunde ſciverit, aut ſcire potuerit eſſe filium familias. Secunda cauſa ex perſona patris naſcitur; una ſi patris voluntate pecunia credita fuerit, altera ſi in rem eius verſa ſit (4).

Florentiæ mandat Statutum in *rubr.* 110. *lib.* 2. ex quocumque contractu neutiquam filium familias obligari abſque conſenſu patris, nullam declarando ipſo iure obligationem, ſi ſe obligaverit „ ibi „ ſi filius fam. vel nepos, vel alius maſculus deſcen=
= dens ſteterit in mercantia, arte, vel tabula, ſeu cambium num=
= morum tenuerit, ſicut magiſter, vel ſocius, ſciente patre, avo,
= vel proavo paterno, vel alio aſcendente, & non contradicen=
= te, talis pater, vel alius aſcendens paternus, & eius ſucceſſo=
= res teneatur, & obligatus ſit pro prædictis &c.

= Verum nullo modo poſſit conveniri, vel gravari in per
= ſona, vel rebus per aliquem Officialem Communis Florentiæ,
= filius fam. vel alius deſcendens prædictus, qui non ſteterit in
= aliqua mercantia, vel arte occaſione alicuius promiſſionis &c.
= ſalvo ſi filius familias, vel alius deſcendens, ut ſupra in po-
= teſtate conſtitutus fuerit, vel ſe geſſerit tamquam Factor, vel
= Nuntius, vel Diſcipulus, vel iverit, vel ſteterit extra Civita-
= tem Florentiæ, & geſſerit negocia alicuius ſocietatis, vel ſo-
= ciorum, vel aliarum perſonarum cum pecunia, & rebus eo-
= rumdem, vel aliis mercantiis in Civitate Florentiæ, & ſcien-
= te patre, vel alio aſcendente paterno &c.

Patet inſuper ex reformatione diei 9. Aprilis 1471. ſcilicet
= che per ragione della preſente provviſione il ſopradetto Sta-
= tuto *de obligatione filii familias, & qualiter pater pro filio con-*
= *veniatur*, ſi intenda in ogni ſua parte, ed effetto confermato
= e debbaſi inviolabilmente oſſervare ſenza eccezione alcuna.
= Ed ogni obligazione, e promiſſione in qualunque modo, o no-
= me che ſi farà per l' avvenire, cioè dopo il preſente meſe
= di Aprile 1471. per alcuno, che allora ſarà in poteſtà del Pa-
= dre, o dell' Avolo, e faceſſe ſenza il conſenſo di colui, in
= cui poteſtà ſarà, la quale ſecondo detto Statuto è, ed eſſer
= debba ipſo iure nulla, non vaglia, e non tenga, e niuna eſe-
= cuzione meriti = adeo ut nec naturalis, nec civilis obligatio oriatur ſi ita filius fam. ſe obligaverit, cum eadem nulla ipſo iure ſit, & a quocumque deduci poſſit (5), incluſive ab ipſo filio, quamvis nullitatis auctore: Obligatur tamen, ut literaliter dicitur in dicta Rubr. Statuti, pro pertinentibus ad mercaturam & artem, non autem pro aliis cauſis diverſis (6). An-

Anceps iamdiu fuit quæſtio an obligatio filii fam. in rem & utilitatem patris cum eiuſdem patris conſenſu inita teneret, (7) hanc demum ſubſtulit Lex Florentina diei 24. Martii 1477. videlicet = Quoniam pervenit ad aures MM. DD. &c. provide- = runt &c. in primis quia in ſecundo volumine Statutorum Ci- = vitatis Florentiæ ſub *Rubr. de oblig. fil. fam.* dubitatur, an fi- = lius fam. ſe obligans cum conſenſu patris in rem, ſive utilita- = tem, quæ ſit, aut dici poſſit etiam patris, valeat ſe iure obli- = gare, & an valeat facta obligatio. Cupientes igitur tali dubi- = tationi occurrere, & ea declarare, præſertim cum ex decreto = varie ſententiatum eſt in Civitate Florentiæ. Propterea pro- = viderunt quod deinceps filius familias ætatis annorum 25. com- = pletorum poſſit in rem, & utilitatem patris ſe obligare, inter- = veniente conſenſu patris, & cum tali conſenſu obligatio per = eos facta, ut ſupra, teneat, & ſubſiſtat =

Nec turbat, quod Statutum Curiæ Mercatorum in *Rubr.* 11. *lib.* 2. *delle obbligazioni del figlio di famiglia, ed in che modo il padre ſia tenuto per il figlio* = Videatur contra Statutum Communis diſponere, quia firmatum fuit ex repetitis Rotæ noſtræ deciſionibus quod illud reſpiciat contractus initos a filio familias maiore 25. annis pro mercibus venditis iuxto pretio (8).

Quod vero ſpectat ad obligandos patrem, avum &c. pro debito facto a filio fam. neceſſe eſt quod ipſi ſciverint hoc præciſe, eo tempore quo filius prædictus habitaverit cum patre, ut literaliter dicitur in dicto Statuto = purchè tal figlio al tempo, e = ſecondo il tempo del debito contratto ſia ſtato, ed abitato = con tal padre, avolo, o biſavolo, nella medeſima Caſa, ed a = un pane, e a un vino =

Poſſunt tamen pater, & avus &c. ſibi cavere ne pro filio teneantur adeundo Tribunal Artis, ſeu Mercantiæ, & ibi inſtare ad hoc ut per proclama denuncietur ſe nolle teneri pro geſtis huiuſmodi filiorum. Vide dict. Statutum Mercantiæ in §. = e le coſe ſuddette =

(1) *Leg. pr. & toto tit. ff. ad Senat. Conſ. Macedon. Marzimedic. exam.* 14. *per tot.* (2) *Leg.* 1. *Cod. ad Macedonian. Grat. diſcept. for. cap.* 667. *n.* 2. (3) *Marzimedic. loc. cit.* (4) *Michalor. de fratrib. par.* 8. *cap.* 26. *n.* 8. *Grat. loc. cit.* (5) *Alexandr. conſ.* 169. *lib.* 2. *& conſ.* 113. *lib.* 7. *Soccin. ſen. conſ.* 23. *lib.* 4. *Marzimedic. dec.* 24. *per tot. Rot dec.* 130. *n.* 9. *&* 10. *par.* 6. *rec.* (6) *Scacc. de iudic. cap.* 11. *n.* 50. *Gratian. diſcept. for.* 71. *cap.* 71. *n.* 9. *& cap.* 72. *n.* 1. (7) *Rot. Flor. lib mot.* 88. *a* 114. *lib.* 93. *a* 13. *lib.* 99. *a* 125. *lib.* 104 *a* 293. *lib.* 112. *a* 418. (8) *lib.* 117. *a* 188. *t. lib* 119. *a* 614. *lib.* 127. *a* 517.

Ap-

Filius familias mortuo patre, vel ſecuta emancipatione, non poteſt carcerari pro debitis vivente patre contractis, vel ante emancipationem *Sabell. reſolut.* 81. *n.* 13. hoc privilegium non habet locum ubi conſtaret de dolo præmeditato ad fraudandos creditores, vel fuerit libere hæres, quod privilegium non tranſit ad hæredes filii, nec ad fideiuſſores *Gratian. diſcept. for. cap.* 799. *Vrſill. ad Affliɛt. dec.* 308. *n.* 21. & 22. Quod diximus ſupra intelligi debet de debitis contractis cum patre *Cepolla caut.* 14. ſuadet ut fil. fam. etiam obligatus cum patre, vel de eius conſenſu, ſe emancipare faciat, ne teneatur de perſona.

Quod filius familias non poſſit hæreditatem paternam repudiare, & legitimam retinere niſi in uno caſu tradit *Marant. in Leg. is poteſt. n.* 62. *Peregr. dec.* 79. *n.* 7. ſcilicet = ſi pater inſtituerit hæredem filium eidemque dederit ſubſtitutum vulgarem, & eumdem filium gravaverit onere multorum legatorum, vel de danda alicui, re propria ipſius filii ad mater. vidend. *Grat. diſcept. for. cap.* 249. *n.* 2. *per tot. Paul. Chriſtin. dec. Belgic.* 27. *vol.* 4. *Fachin. controverſ. lib.* 4. *cap.* 65. *Alciat. in Leg.* 1. *num.* 106. *de vulgari Gomez. lib.* 1. *variar. cap.* 10. *n.* 20. *Tiraquell. de iure primogeniorum qu.* 35. *num.* 10: *Bellon. de iur. accreſcend. cap.* 9. *qu.* 24.

Filius poteſt ſe abſtinere ab hæreditate paterna, & feudum antiquum, iuſpatronatus, emphiteuſim retinere, tamquam filius, nec tenebitur creditoribus hæreditariis. *Marant. loc. cit. n.* 22. *Clar.* §. *Feudum qu.* 76. prout alibi &c.

Appendix.

§.

In quibus caſibus ceſſet *Macedonian. Carol. de Graſſ. de except.* 27. *n.* 8. ubi refert decem caſus *Hering. de fideiuſſoribus*.

Exceptio Senat. Conſult. Macedon. competit fil. fam. ſpurio per Reſcriptum Principis legitimato, fœminis, clerico, nepoti ex filio, filio arrogato, & eorum hæredibus, ac fideiuſſoribus, cum huiuſmodi exceptio ſit realis, & non perſonalis, ac non obſtante iuramento, fideiuſſoribus, licet uti principalibus, & in ſolidum obligatis. vidend. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 7. *Cancer. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *per tot. Staiban. de intereſſe lib.* 2. *tit.* 11. *qu.* 1. *n.* 57. *& ſeqq. Rot. par.* 18. *rec. dec.* 545. *num.* 5. *Maur. de fideiuſſ. p.* 2. *ſect.* 9. §. 1. *n.* 18. & §. 29. *Staiban. ubi ſupr.*

In

Digitized by Google

In Cambio autem etiam non filium fam. 25. annis minorem ſine aſſeſſoris Magiſtratus Conſervatorum Legum ſubſcriptione infra dies octo a die contracti cambii a mercatore etiam obtinenda obligari cum effectu neutiquam poſſe certum eſt, ſub pœna amiſſionis crediti ipſimet creditori indictam, ut ex *Lege diei* 3. *Aprilis* 1687. *in ſecundo* §. *che tutte le ſcritte* ſancitum apparet.

Filius fam. etiamſi ſe obligaverit cum conſenſu Patris, mortuo patre non tenetur niſi in quantum facere poteſt, ſcilicet deducto ne egeat, dummodo a patris hæreditate ſe abſtineat; huiuſmodi tamen beneficium ſuffragatur quoad perſonam, & quoad bona propria acquiſita cum ſui iuris effectus eſt, non autem quoad bona paterna, nec quoad bona caſtrenſia, vel adventitia, & propria, quæ tempore obligationis habebat. Late *Urceol. de tranſact. qu.* 19. *n.* 5. *& ſeqq.*

Filii fam. etiam minores poſſunt ſe valide obligare pro excarcerando patre, vel ad eum liberandum ab imminenti carceratione, *Urceol. conſult. for. cap.* 44. *n.* 11. imo ſi tali caſu ſe obligare recuſaverint, poterunt legitime exheredari *Urceol. ubi ſupra num.* 12. = De obligatione filior. fam. ex præſumpta emancipatione, vide notata ſuperius in *Tit. XII. Lib. I.*

Hic nota patrem bonorum filii in poteſtate exiſtentis legitimum eſſe adminiſtratorem, ſi uſumfructum in iis habeat, unde adventitia filii bona etiam minoris ex utili cauſa ſine Iudicis decreto alienare poſſe, ſecus ex cauſa diſſipationis; an vero filius vivente patre nulliter alienata vindicare poſſit. *Sabell. ſumm.* §. *Pater, index. Rotæ Romanæ in verbo Pater uti adminiſtrator Sabell. ſumm.* §. *Pater n.* 41. *e* 59. *Rot. poſt Conſtantin. dec.* 53. *Calderon. reſol.* 75. *n.* 2. *&c. tom.* 2. *an filius inval. alien. viv. patre vindic. index Rot. ubi ſupra.*

Generalis iuris regula eſt, quod fraus a privilegiatis perſonis commiſſa, nec iis etiam opitulari poterit, ut ſi minor aſſerat cum fraude ſe maiorem &c. quod vere talis non fuerit adhuc contractus ſine ſolemnibus in pœnam fraudis ſuſtinetur. *Conſtant. ad Stat. annot.* 44. *per tot. præſertim art.* 5. *&* 6. *tom.* 2. *& dec.* 146. *num.* 11. *Conti dec. Sen.* 36. *num.* 21.

Nota ulterius quod contractus ad favorem privilegiatæ perſonæ claudicare valet, hoc eſt quod ipſa ad ſui libitum approbare, vel reprobare poteſt; at hoc intelligendum quando contractus eſt nullus tantum ex ſolemnitatum defectu, ſecus autem ubi nullitas ſit intrinſeca ex aliquo ſubſtantiali defectu, ut in cenſu ſi pecuniæ numeratio deficiat, vel ſolemnitas ſit pro for-

forma a Statuto volita, aut alias ipſo iure ſit nullus. vid. *Conſtantin. ubi ſupra.*

Quamvis regula ſit minoris, vel alterius privilegiati, contractum, ſeu obligationem regulariter non ſubſtineri, limitatur, ut plurimum ſi contractus privilegiato evidenter ſit utilis, aut ex cauſa a iure adprobata. *Conſtantin. ubi ſupra.*

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

TIT. VIII.

SEquendo ordinem Textus agitur hic de noxalibus actionibus, & dicimus quod ſervi non ſolum contrahendo, ſed etiam delinquendo dominos obligant, adeoque dominis dantur actiones etiam ex ſervi maleficio, quæ noxales dicuntur, ex quarum vi dominus tenetur ad litis æſtimationem, vel ad tradendum ſervum pro noxa.

Proprie loquendo noxa eſt corpus nocens, noxia ipſum maleficium, ut furtum; verum unum pro altero uſurpatur. Noxalis actio competit ſi ſervus domino ignorante deliquerit, nam ſi dominus conſenſerit, vel non prohibuerit, cum poſſet, non convenitur actione noxali, ſed in ſolidum dominus, ſervum dando pro noxa ſervi.

Actio noxalis caput ſequitur, item dominum, qui ſervi caput, quare ſi ſervus Titii per delictum patratum alterius fiat non contra Titium, ſed contra dominum datur, & ſi ſervus liber fiat, directa ſit contra manumiſſum, qui noxam dedit, & e converſo actio directa competens contra liberum hominem, qui nocuit ſit noxalis, ſi ipſe liber homo ob commiſſum maleficium alterius ſervus fiat. Si ſervus domino nocuerit nulla oritur actio.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

TIT. IX.

INter noxales actiones actio de pauperie recenſetur, quæ eſt in perſonam a Lege XII. tabular. introducta, per quam is qui pauperiem fecit, ideſt damnum propter quadrupedem intu-

intulit, aut damni æſtimationem, aut quadrupedem noxæ dare compellitur, hodie vero ad tradita per aliquos in uſu amplius non eſſe dicitur dicta traditio, ſed quod damnum æſtimetur: ut ex conſuetudine bovem, ſeu &c. in agro noſtro deprehenſum licet includere quouſque damnum ab eo illatum ſit refuſum.

Ea vel eſt utilis, vel directa. Directa ex verbis legis cum quadrupes quadrupedi nocuit *Leg.* 1. *ff. eod.* vel utilis ex ſenſu, ſeu ut aiunt ſpiritu legis, ſi aliud animal puta ferum, bipes, reptile nocuerit *Leg. penult. ff. eod* Si duo animalia ad duos diverſos dominos pertinentia ſeſe mutuo occiderunt, aut vulnerarunt admittitur diſtinctio inter provocantem, & provocatum quoad nocumenti refectionem.

Pauperiei damnum eſt omne ſine iniuria, ſeu culpa facientis illatum; verum ſi is cui nocitum quadrupedem irritavit, actioni non ſit locus *Leg.* 53. §. 2. *ff ad Leg. Aquil.* ut & ſi alius inſtigaverit contra inſtigantem agendum ſit ex *Leg. Aquilia Heinecc. in pandect lib.* 9. *tit.* 1. §. 176. Obſervandum quod ſi quadrupes ſecundum naturam nocuerit, veluti gramina, vel fruges depaſcendo, non de pauperie ſed de paſtu agendum ſit *Heinec. in pandect. loc. cit.* Seu ædilitia, ſi fera damnum ingeſſerit; ædiles enim in loco itineri deſtinato tenere verrem, aut aprum aliamque feram omnino prohibuerunt.

NOTÆ.

Pro damno illato a quadrupedibus manſuetis tenetur dominus actione ſupra deſcripta, id eſt de pauperie, quod ſignificat damnum illatum abſque iniuria (1), ubi in ſpecie agitur de equo qui alterum equum aggreſſus fuit in terminis (2) ubi dicit quod dominus tenetur tam in foro externo, quam interno.

Hæc Lex eſt antiquiſſima, quæ deſcendit a *L. Moyſis cap.* 22. quæ poſtea inſerta fuit in legibus (3).

Et ratio eſt, quia animalia irrationabilia cogi non poſſunt ad damnum reſarciendum; nec in carcerem detrudi, & regulariter non puniuntur, quamvis ex *Leg. Moyſis Exod. cap.* 21. præcipiebatur occidi bovem, qui cornibus hominem necaſſet, eiuſque carnes vetitum erat comedere, & ex *Levit cap.* 20. *verſ.* 15. *&* 16. animal, qui criminis inſtrumentum fuerat morti tradebatur cum delinquente, *Deuter. cap.* 13. *n.* 16. *& in lib. Ioſue cap.* 6. *verſ.* 21. ibi boves quoque, & oves, & aſinos in ore gladii interficite.

Romani quoque ad furcas damnarunt canes, qui dormierunt, quando Galli aggreſſi ſunt Capitolium *Plin. lib.* 29. *cap.* 4. *Guid.*

4. *Guid. Pap. dec.* 29. refert porcum fuiſſe ſuſpenſum, eo quia infantem occiderit.

Verum cum ex ſupra notatis compertum ſit animalia condemnari non poſſe ad reſarciendum damnum illatum, ratio ſuadet ad id dominum teneri, ſed non ultra quam valere poteſt beſtia damnum inferens, ſcilicet vel litis æſtimationem ſolvere, vel animal noxæ dedere, vel ut explicat *Iuſtinian. Imperat. in tit. de noxalib. action. in princip.*

Offenſus tamen, qui intentare voluerit iudicium de pauperie, petere poteſt damni refuſionem, eo quia illud tantummodo venit in obligatione, dominus vero beſtiæ poteſt illam pro noxa dare, ut iuxta veriorem opinionem firmat *Myſinger. de noxal. action. §. dominus* adeoque in caſus contingentia condemnandus eſt dominus beſtiæ nocentis ad reſarciendum damnum, poſtmodum vero in executione poteſt idem offerre beſtiam, vel ſolutionem *Oinot. eod. tit.*

Illud tamen animadvertendum eſt quod ea, quæ ſuperius dicta ſunt, locum non habent eo caſu quo beſtia fuerit irritata, ſeu inſtigata (4) circa privilegia defenſionis (5).

At ſi non culpa domini, ſed ſervorum damnum contigiſſet, tunc contra eum agere non erit permiſſum actione de pauperie, ſed actione in factum, ſeu Legis Aquiliæ contra ſervos *dict. L.* 1 *§. quod ſi propter. ff. eod.* ut ſupra dictum fuit. Dominus tamen tenetur pro culpa ſervorum quando defecerint in officio de mandato eiuſdem *L. utique* 16. *§.* 1. *de rei vindicat.* In hac materia (6).

(1) *Leg.* 1. *& ſeq. ff. de eod. tit.* (2) *Baiard. ad Clar. lib.* 5. *§. final. qu.* 99. *n.* 9. *Pauluc. diſſert.* 55. *art.* 1. *num.* 34. *& ſeqq. Carpzov. rer. crim. par.* 3. *cap.* 131. *num.* 17. *Zaul. ad Stat. Faventiæ lib.* 5. *rubr.* 7. *n.* 1. *&* 2. (3) *XII. Tabul. ut refert Bartol. in princ. huius tit. Myſinger. Carpzov. rer. crimin. qu.* 131. *par.* 3. *n.* 17. (4) *Leg. pr. §. cum arietes ff. hoc tit. Harpreḱt. Vinn. Oinot. eod. tit. Grot. de iure belli, & pacis lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. *Guazzin. ad defenſ. defenſa* 29. *num.* 18. (5) *Paul. diſſert.* 55. *artic.* 1. *n.* 36. *&* 37. *Giballin. lib.* 6. *cap.* 9. *art.* 3. (6) *vidend. Theſaur. qu. for. lib.* 1. *qu.* 62. *n.* 9. *&* 10. *& in puncto aurigarum Pacichel. diſsert. cap.* 6. *membr.* 9. *n.* 23. *Zamer. reſol. iudic. par.* 1. *dec.* 47. *Giballin. Paulut. iam relati &c. vid. Flor. Actionis de pauperie die* 28. *Septemb.* 1729. *cor. Graſſiani in Theſaur. Ombroſ. tom.* 2. *dec.* 32.

TIT.

TIT. X.

Per quas perſonas agere poſſumus hic tit. expletur in tractatu de Iudiciis, quam poſt hæc ſubnectimus.

DE SATISDATIONIBUS.

TIT. XI.

Alieno nomine ſine ſatiſdatione nemo agere poteſt, ideoque agitur hic de ſatiſdationibus.

Satiſdatio eſt cautio pro eo quod inter partes conventum eſt, ut de eo in omnem eventum ſecuriores reddantur, & hæc fit aut ſimpliciter, id eſt ſimplici promiſſione ſecuritatis, & dicitur nuda cautio. Qui bona ſtabilia poſſident ſufficit ut nude promittant, aut præſtito iuramento, & dicitur iuratoria cautio. Iuratoriæ cautioni admittuntur pauperes, ut iurent ſe facturos id quod debent, & fideiuſſorem invenire non potuiſſe. Item illuſtres perſonæ non dant fideiuſſores, ſed iurant; niſi fideiuſſio volita ſit pro forma a ſtatuto, aut a partibus conventa, quo caſu ne pauperes quidem iuratoriam præſtare valent.

In Criminalibus imputati de crimine in quo locum habere nequeat pœna afflictiva habilitantur a carceribus ſub fideiuſſione = di ſtare a ragione, patire, e pagare il giudicato, e di rappre= ſentarſi *toties quoties, & ad omne mandatum* = ſub pœna quæ maior non ſit illa quæ irrogaretur pro crimine de quo agitur, eaque fideiuſſio ſpeciem habet antiquarum cautionum *Iudicio ſiſti, & de iudicato ſolvendo*, aut pignoribus datis, aut fideiuſſoribus, & dicitur in ſpecie ſatiſdatio.

Quia hæc ab Imperatore circa ſatiſdationes iamdiu aboleta ſunt, unice ſolum eſt advertendum, quod actor debet cavere de æſtimatione ſumptuum litis, reo forte vincente reficienda, non autem de alia re prout ante obtinuit, & quod nemo admittitur Procurator abſque mandato præter affinitatis, vel conſanguinitatis vinculo coniunctus, qui etiam ſolet admitti cum cautione de rato, quidquid antea, & in hoc obtinuit.

NOTÆ.

Forenſis, & non ſubditus, ut agere poſſit ſatiſdationem præſtare debet (cum forenſium beneficio uti velit) de iudicio ſiſti, & iu-

& iudicatum ſolvendo, tam in cauſa conventionis, quam reconventionis, ut præſcribit (1).

Fideiuſſoris notorie non idonei approbatio non citata parte, nec audita eſt omnino nulla (2). Cautio Prætoria data in una inſtantia non poteſt approbari in alia. *d. dec. n.* 5.

(1) *Stat. Florent. Rubr.* 17. *lib.* 2 *Conti dec.* 29. *Flor. n.* 3. *ſimile Statutum adeſt in Curia Mercatorum ſub Rubr.* 13. *lib.* 2. *a* 131. (2) *Conti dict. dec. Flor. n.* 4.

DE PERPETUIS, ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUÆ AD HÆREDES, ET IN HÆREDES TRANSEUNT.

TIT. XII.

OLim civiles actiones tam reales, quam perſonales erant perpetuæ, poſtremo ut finis litibus imponeretur Imperatorum conſtitutionibus ſancitum fuit, quod ſpatio triginta, vel quadraginta annorum præſcriptione perimerentur, licet abuſive perpetuæ dicantur.

Actiones vero prætoriæ plerumque ſunt annales, ſicuti annale erat Imperium Prætoris; quæ ſint perpetuæ, licet Prætoriæ, pro regula traditur eas eſſe, quæ rei perſecutionem continent, ut hæreditatis petitio poſſeſſoria, & fideicommiſſaria, publicana &c. quibus addite actionem furti manifeſti, quæ ex pœnalibus, & Prætoriis actionibus eſt perpetua, cœteræ annales.

Non omnes actiones hæredi, & in hæredem dantur, actiones enim pœnales ex maleficiis, veluti furti, iniuriarum &c. non dantur in hæredes delinquentis, licet competant hæredibus offenſi, excepta actione iniuriarum, quæ utpote ad vindictam competit ſolum offenſo, niſi forte ipſe offenſus fuerit litem conteſtatus, quo caſu, & hæredi competit, quin & in hæredes offenſoris, cum regula generalis ſit quod omnis actio pœnalis poſt litem conteſtatam tranſmittitur hæredi, & in hæredes, & temporales fiunt perpetuæ; litis enim conteſtatione novatur actio, & quæ erat ex delicto, fit ex quaſi contractu, in iudicio enim quaſi contrahitur. *Leg.* 3. *ff. de Peculio §. idem*.

Unum ex hoc titulo remanet notandum, quod ſi reus conventus ante ſententiam ſolvat actori quod eius intereſt, liberatur, & licet condemnandus fuiſſet, debet abſolvi.

NO-

Extinguuntur poſt 30. annos omnes actiones reales, perſonales, ac mixtæ, & rei perſecutoriæ tam civiles, quam prætoriæ quarum præſcriptioni certum tempus a Legibus conſtitutum non ſit, ac potiſſimum = 1. Reivindicatio quoties breviori tempore præſcribi nequeat = 2. Actio hypothecaria contra malæ fidei poſſeſſorem Iure Civili = 3. Petitio hæreditatis *Oinot. hoc. tit.* = 4. Actiones familiæ hercifcundæ, communi dividundo, finium regundorum. *Perez. h. t.* = 5. Actio prætoria furti manifeſti *Vinn. h. t.* & actio civilis furti nec manifeſti *Mynſing. h. t.* = 6. Actio furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios &c. *Heinecc. h. tit.* = 7. Actio depoſiti miſerabilis *Heinecc. h. t.* = 8. Actio de effuſis & deiectis. *Idem ibid.* = 9. Actio ſpolii *Sacr. Rot. in Indice* = 10. Actio executiva quæ competit vigore instrumenti, *Rot. in recent. dec.* 125. *n.* 2. *par.* 8. = 11. Actio rei iudicatæ. *Rota in rec. dec.* 193 *n.* 16. *par.* 10. = 12. Actiones in rem ſcriptæ. *Rot. in rec. dec.* 135. *n.* 11. *par.* 9. *t.* 1.

Generaliter actiones illæ quæ licet Prætoriæ videantur, tamen ſunt in origine civiles *Oinot. h. t.* ex. gr. = 1. Ea qua petitur fideicommiſſum. *Rot. Rom. in rec. dec.* 597. *n.* 4. *par.* 19. *tom.* 2. = 2. Quæ competit bonorum poſſeſſori. *Iul. Pac. inſtit. hoc tit.* = 3. Vel poſſidenti ab inteſtato. *Schambogen. inſtit. h. t.*

Ita actiones Prætoriæ quæ rei perſecutionem continent, ex. gr. Publiciana, de conſtituta pecunia, ex iure iurando, exercitoria, inſtitoria, de peculio &c. *Vinn. h. t.* Et quævis actio poſt litis conteſtationem. *Schambog. h. t. & Rot. Rom. in rec. dec.* 104. *n.* 4. *par.* 12. Et iuxta Statutum Florentinum omnes actiones cuiuſcumque generis, cuius Statuti vigore deductis diebus feriatis extinguuntur poſt 35. vel 36. annos.

Poſt quadraginta annos extinguuntur = 1. Actio hypothecaria contra ipſum debitorem. = 2. Actiones Eccleſiarum, & Fiſci.

Poſt centum annos actiones Eccleſiæ Romanæ.

Quoad actiones temporales ſunt illæ actiones prætoriæ, vel honorariæ, quæ inducunt reſciſſionem actus qui iure civili validus eſſet. *Hein. h. t.* Extinguuntur autem, poſt ſex menſes actio redhibitoria *Heinec. h. t.* uno anno actio iniuriarum, Reſciſſoria, Pauliana, & actio quanti minoris *Ang. Hein. & Schambog. h. t.* & illæ quæ licet rem perſequantur ſunt tamen in dolum conceptæ ex. gr. de non eximendo = de eo per quem factum eſt quominus quis in iudicio ſe ſiſtat; ſi quis iuſdicenti non obtemperaverit &c. = *Schambog. h. t.* Biennio extinguitur actio de do-

 lo;

Digitized by Google

lo; triennio reivindicatio rei mobilis *Hein. h. t.* Quadriennio reſtitutio minorum; Quinquennio querela inofficioſi teſtamenti, & inofficioſæ donationis, vel dotis *Perez. h. t.* & beneficium ſeparationis patrimonii. Decennio actio contra uſucapientem rem immobilem inter præſentes, & vicennio inter abſentes. Quo tempore extinguantur delicta. *vid. LL.* 22. *Septembris* 1562. *&* 21. *Ianuarii* 1774.

DE EXCEPTIONIBUS.

TIT. XIII.

DE REPLICATIONIBUS.

TIT. XIV.

EA, quæ in hiſce titulis continentur late explanata remanent in ſequenti titulo de iudiciis civilibus, poſtquam de interdictis actum fuerit prout infra.

DE INTERDICTIS.

TIT. XV.

TRadit Imperator h. t. quod olim interdicta, nil aliud erant, quam formulæ, & quædam verborum conceptiones, quibus Prætor, vel iubebat aliquid fieri, vel prohibebat, præcipue, cum de poſſeſſione, vel quaſi inter aliquos diſceptabatur §. 1. *inſt. h. t.*

Appellantur interdicta, quia inter duos dicta, & quaſi ſint interim dicta, hoc eſt ad tempus, quouſque videlicet ſuper ipſa rei proprietate cognoſcatur; de iure etenim beati poſſidentes vocantur, quia ab editione, & probatione tituli liberantur, *Leg.* 11. *Cod. de petit. hæredit. & Leg.* 28. *Cod. de rei vindicat.* ac ſe etiam privata auctoritate defendunt *L.* 1. *Cod. unde vi*; remque tamdiu retinent, quamdiu alter ſuam eſſe non probaverit §. 4. *inſtit. hoc tit.*

Hodie ſolemnibus interdictorum, & actionum ſublatis formulis, *Leg.* 1. *et* 2. *C. de formul. action. ſublat.* nulla ſiquidem interce-

tercedit differentia, inter interdictum, & actionem cum interdicta ſint: *Extraordinariæ actiones in factum*, quibus maxime ad poſſeſſionem, ſeu quaſi adipiſcendam, vel retinendam, vel recuperandam, ſummarie agitur *§. ult. inſtit. h. t.* & habemus inſcriptam *Rubr. 1. in lib. 43. ff. de interdictis, ſeu de extraord. action.* quæ pro his competunt *Vinn. in not. verbo formæ adhuc = ad hunc tit.*

Quamvis a Prætore introducta potiſſimum fuerint interdicta, ad dirimendas controverſias ſuper poſſeſſorio, vel quaſi; horum tamen exemplo quædam inventa fuere, quæ ex cauſa proprietatis, ſeu ſuper iure rei oriuntur; in quibus non ſufficit, ut quis probet ſe poſſidere, ſeu poſſediſſe, ſed ad victoriam conſequendam oportet, quod dicat cauſam dominii, vel quaſi, & cur poſſideat; Ea ſunt vel *prohibitoria*; veluti interdictum, *ne vis fiat ei qui in poſseſſionem miſsus fuit, ne quid in loco ſacro, vel publico fiat*, vel *reſtitutoria*, veluti *interdictum unde vi*; vel exhibitoria, ex. gr. *de libero homine exhibendo, de tabulis exhibendis*, de quibus Tit. extant in digeſtis, quæ quidem ut dictum fuit petitorium iudicium reſpiciunt.

Nota hic quod in his interdictis ubi de libris, ſeu aliis iuribus exhibendis agitur, cum arma de domo rei ſumenda non ſint, duo ab exhibitionem petente ſunt concludenter probanda, primo in libro, ſeu documento exhibendo intereſſe; ſecundo exiſtentia eorumdem tempore motæ litis; niſi ageretur de libris mercatorum, aliorumve, qui de iure libros conficere coguntur, quo caſu eorum conſervatio, & exiſtentia præſumitur. *De Comit. dec. Flor. 51. n. 12. & ſeqq. Calderon. reſol. 95. n. 55. & ſeqq. & reſol 96. n. 1. & ſeqq. tom. 2.*

Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa præcipue tria comparata ſunt interdicta = *Quorum bonorum = quod legatorum*, ſeu ut volunt alii = *Quorum legatorum = et Salvianum*.

Primum datur bonorum poſſeſſori, vel hæredi Prætorio, ſeu, ut aiunt honorario, non contra quemcumque poſſeſſorem, qui titulo ſingulari, puta pro emptore, pro donato, ſed adverſus eum qui pro hærede, vel poſſeſſore poſſidet, ad conſequendam rerum hæreditariarum poſſeſſionem.

Licet iudicium hoc uiverſale ſit, ex fonte univerſali dimanans, ſicut petirio hæreditatis, *Leg. 1. in fin. ff. Quorum bonorum* differt a petitione hæreditatis, eo quia hoc ius hæreditatis, illo eiuſdem poſſeſſionem; hac, & res corporales, & iura, illo ſolas res corporales perſequimur.

NO-

Duplex eſt hoc interdictum, directum, & utile: Primo directum datur bonorum poſſeſſori, hoc eſt ei qui de iure Prætorio vocatur ad ſucceſſionem hæreditatis defuncti *Leg.* 1. *ff. quor. bonor.* utile datur hæredi de iure civili; *Gloſs. in rubr. Cod. eod. tit.* differt quia petitio hæreditatis eſt iudicium petitorium, hoc vero poſſeſſorium ſcilicet ſummarium *Gloſs. in dict. rubr. Cod.* differt quia in petitione hæreditatis, actor petit declarari ſe eſſe hæredem, & ideo ſibi, omnes res hæreditarias reſtitui, in hoc vero petit immitti in poſſeſſionem earum, ac propterea agens petitione hæreditatis plene probare debet ſe eſſe hæredem, & bona eſſe hæreditaria, vel ſaltem poſſeſſa, aut detenta a defuncto. Agens autem hoc interdicto, probare poteſt ſemiplene, & præſumptive; differt quia petitio hæreditatis datur pro rebus etiam ſimpliciter poſſeſſis, vel detentis a defuncto, hoc datur ſolum pro rebus quæ fuerunt in bonis defuncti; differt quia petitio hæreditatis datur contra debitores hæreditarios, hoc datur regulariter pro rebus corporalibus tantum, non autem pro incorporalibus, quod quidem intelligi debet in debitoribus hæreditariis, qui poſſideri nequeunt, nam in aliis incorporalibus admittitur. *Peregr. de fideicomm. art.* 46. *n.* 16.

Illud notandum remanet, quod cum iudicium iſtud ſit univerſale per conſequens veniunt in eo fructus, & acceſſiones hæreditatis, *Rot. dec.* 217. *n.* 7. *par.* 6. *rec. Buratt. dec.* 474. *n.* 7. aliquando tamen datur, & pro conſecutione rei particularis *Rot. dec.* 515. *par.* 5. *rec.* quod ſecundum *Marant. in ſpecul. aureo p.* 4. *diſt.* 7. *n.* 9. eſt obſervandum in praxi, nihil obſtante, quod non competat pro rebus particularibus, hoc non fit, ex titulo ſingulari, ſed ex titulo proveniente ex fonte univerſali.

Quæ ſint in hoc Iudicicio extrema probanda.

PRæcipua extrema in hoc Iudicio probanda, hæc ſunt I. Quod actori hæreditas delata ſit II. Quod idem agnoverit bonorum poſſeſſionem in præſentia Iudicis, etenim neceſſarium non eſt, quod iudex interponat decretum, *Leg. fin. Cod. qui admitt. ad bonor. poſſeſs.* de iure enim civili ſolemnitas hæc non requiritur, quia hæreditas ſolo animo adiri poteſt, ſine Iudicis auctoritate. *Leg. ſi Avia Cod. de iur. delib.* III. Quod legitimet ſervat. ſervand.

ſuam

Digitized by Google

ſuam perſonam IV. Quod reus conventus poſſideat pro hærede, vel pro poſſeſſore, bona fide, & titulo valido, nec obeſt quod dolo deſierit poſſidere, ſed fuſius, & practice pertractata hæc videri poſſunt apud *Marant. de ord. iudicior. par. 4. diſt. 7. num. 2. Peregr. prax. civil. tit. de diverſis ſentent. par. 2. ſect. 3. ſubſect. 3. interſec. 17. Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 11. per tot.*

De remedio Leg. final. Cod. de Edicto divi Adriani Tollendo.

INterdicto quorum bonorum affine eſt remedium dictæ Legis, quo hæres in teſtamento ſcriptus, in poſſeſſionem bonorum immitti iure petit, ſi teſtamentum in forma probanti exhibeat nam habet executionem paratam.

N O T Æ.

Extrema, ſeu requiſita probanda in hoc iudicio ſunt hæc ſcilicet,

I. Exhibitio Teſtamenti iure conditi, *Buratt. dec. 316. in princip.*

II. Mors Teſtatoris *Menoch. de adipiſcend. remed. 4. n. 66.*

III. Quod Bona in quibus petitur immiſſio fuerint a Teſtatore poſſeſſa, vel civiliter, & naturaliter; vel etiam civiliter tantum de tempore eius obitus *Menoch. loc. cit.*

IV. Ut in omnibus iudiciis, citatio partis (quæ tamen generalis neceſſaria eſt) quando poſſeſſio eſt vacans.

V. Quod alius legitime non poſſideat, reliqua vidend. apud *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 7. per tot.*

De interdicto quorum legatorum.

REmedium poſſeſſorium hoc interdictum eſt, competens hæredi, bonorumve poſſeſſori, qui ſatiſdedit, contra legatarium, vel fideicommiſſarium, ad avocandam poſſeſſionem rei legatæ, vel per fideicommiſſum relictæ a legatario &c. propria auctoritate occupatæ, ante aditam hæreditatem, ut eam reſtituat, quia quarta falcidia detrahi poſſit, vel in id quod intereſt condemnetur, nam quamvis rei legatæ dominium, ſine traditione in legatarium devolvatur, non devolvitur tamen poſſeſſio, niſi

niſi eidem fuiſset a teſtatore conceſsa facultas capiendi legatum propria auctoritate.

NOTÆ.

Extrema, nempe requiſita huius interdicti, ſeu ea quæ requiruntur, ad hoc ut locum habeat ſunt I. Quod actor ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato de iure civili, vel prætorio. II. Quod interſit hæredis ratione falcidiæ ſibi debitæ, vel ratione alterius intereſse. III. Quod hæres poſseſſionem rei legatæ ante non ſit adeptus. IV. Quod legatarius occupaverit rem legatam propria authoritate, ſine conſenſu hæredis poſt aditam hæreditatem, vel etiam cum conſenſu ante aditam hæreditatem. V. Quod reus poſſideat titulo pro legato; vel dolo deſierit poſſidere. VI. Requiritur, quod hæres ſatiſdet de reſtituendo legato ipſi legatario &c. ſalvo iure falcidiæ, *Leg. prim. §. quod ait prætor il* 3. *ibique Gloſs. ff. quor. legator.* cœtera vid. apud *Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 11. *& apud Peregr. practic. iur. civil. par.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 3. *interſecat.* 18. *per tot.*

De Salviano interdicto.

TErtium adipiſcendæ poſseſſionis remedium interdictum Salvianum eſt, a Salvio Iuliano Prætore inventum, *L. penult. Cod. de. condit. indebit.* unde conſtat, quod ſit actio Prætoria in factum adipiſcendæ poſseſſionis cauſa comparatum §. *interdictum inſtit. de interdict. &c.* quod datur domino fundi contra Colonum ad conſequendam poſseſſionem rerum Coloni, ſeu Conductoris prædii ruſtici ſuper rebus in dicto prædio invectis, pro mercede oppignoratarum, & hoc directum dicitur.

Quaſi Salvianum, ſeu utile licet proprie competat contra conductorem prædii urbani pro adipiſcenda poſseſſione rerum tacite obſignatarum, & in prædium domini introductarum, competit tamen unicuique creditori hypothecam habenti, unde eodem fere modo, differunt hæc interdicta ab actione ſerviana, & quaſi ſerviana, quo interdictum quorum bonorum a petitione hæreditatis niſi quod in actionibus ſerviana, & quaſi ſerviana probandum, rem in debitoris bonis eſse conſtat, in interdictis Salviano, & quaſi Salviano eamdem tantummodo illatam fuiſse.

NOTÆ.

Ad clariorem rei explanationem animadvertendum eſt, quod licet in ſerviana, & quaſi ſerviana, ſicut in Salviano, avocetur

nuda

nuda poſſeſſio rei, iure pignoris retinendæ donec creditori integre ſatisfiat, differunt inter ſe, quia ſerviana, & quaſi ſerviana, ſeu hypothecaria reſpiciunt, ſeu continent iudicium petitorium, in quo onus actoris probare eſt rerum illatarum in predio, vel domo, in dominio, vel quaſi debitoris fuiſſe, vel ſaltem eumdem bona fide, uti ſues poſsediſse, ut notatur in §. *item ſerviana, & quaſi ſerviana act. inſt. tit. de act. & apud Peregr. in prax. de ſerviana, & quaſi ſerviana actione par. 2. ſection. 3. ſubſection. 2. interſecat. 12. & 13. pag. mihi 264. uſque ad* 268. *& interſec. 19. pag.* 280. ideo commodius eſt intentare Salvianum, id eſt poſseſsorium, quam petitorium, *Leg. is qui deſtinavit ff. de rei vindic.* qua de cauſa Salvianum interdictum proponitur, quod cum ſit mere poſseſsorium, ibi actor non cogitur probare obligationem, vel conductorem eſse dominum, vel quaſi iſtius rei, ſed ſufficit eam fuiſse ab eodem poſseſsam, cum etiam ſuper rebus alienis competat ex *notat. in Leg.* 1. *Cod. de præcar. & Salvian. interdict. & ex dict. Peregr. interſecat.* 19.

Ex prænotatis, licet Salvianum competat contra bona Inquilini &c. certum eſt competere cuicumque creditori hypothecam, ſive tacitam, ſive expreſsam habenti, illa etenim mater eſt & fundamentum huius actionis, ergo ſi eadem non extet, ceſsat Salvianum *Rot. dec.* 185. *n.* 5. *par.* 4. *rec.*

Quibus præciſe competat hoc interdictum.

Datur primo creditori in bonis eidem a debitore hypothecatis, ſive ab eodem, ſive a tertio poſseſsis, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de credito ex fructibus eorumdem bonorum, cum Salvianiſta acquirat tantummodo poſſeſſionem temporariam, & non dominium rei.

In hoc primo caſu extrema hæc probanda ſunt ſcilicet: ſi agatur contra principalem debitorem, creditum cum hypotheca, & poſſeſſio pœnes debitorem, vel de tempore contractæ obligationis, vel poſt, *Rot. dec.* 307. *n.* 4. *par.* 2. *rec.* At ſi agatur contra tertium poſseſsorem bonorum ipſius debitoris, iam dicta probanda ſunt, & ulterius quod tertius poſſideat eadem bona quæ fuerint in bonis prædicti debitoris. *Rot. dec.* 674. *n.* 4. *par.* 3. *lib.* 3. *diverſ.*

Competit inſuper legatario, & fideicommiſsario, hæredi, atque hæredi hæredis, & tunc extrema probanda hæc ſunt: primo poſſeſſio teſtatoris de tempore obitus, ſeu conditi teſtamenti: ſecundo poſſeſſio ex parte rei conventi, quia ſalvianum eſt

remedium perſonale in rem ſcriptum: notandum tamen eſt quod ſi agatur pro credito, hoc debet eſse liquidum.

Quo vero ſpectat ad probationes concludendas, hæc plerumque ſunt eiuſdem naturæ illarum de quibus actum fuit cum de probationibus egimus; & ſi quæ ſint aliæ vidend. ad mater. *Peregr. in prax. par. 2. ſect. 3. interſec. 19. Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 6.* Poſtremo addendum ſupereſt quod immiſſio in vim Salviani, ſingula ſingulis apte referendo, duplicem cauſam reſpicere poteſt, ſcilicet, conſecutionem rei, & tunc immiſsus fit dominus, *Rot. Dec. 44. n. 7. par. 1. diverſ.* vel ſatisfactionem crediti ex fructibus, & tunc immiſsus acquirit ſolam detentationem *Leg. ſi cum venditor. ff. de evict.* adeoque creditor non ſibi, ſed debitori poſſidet, nec pignus vendere poteſt, ſed debet agere petitorio, & ſic devenire ad ſubhaſtationem.

Quidquid ſit de ſtylo exterorum Tribunalium, in Etruria, creditor immiſsus, previa aſſignatione facienda debitori menſis unius ad reluendum pignus, poteſt petere ſubhaſtationem bonorum, ſuper quibus immiſſionem obtinuit, & ſic communiter in Curia Florentina obſervatum vidi. Notandum tamen eſt ad complementum huius Iudicii, videndos eſſe Auctores laudat. ex profeſso materiam pertractantes.

De Interdictis, uti poſſidetis, & utrobi, vel de remediis retinendæ poſseſſionis

PLura ſunt retinendæ poſſeſſionis interdicta quæ ab edicto Prætoris dimanant. Primum ſcilicet = uti poſſidetis = quaſi diceret Prætor uti poſſidetis ita poſſideatis, quod datur ad retinendam, vel conſervandam poſſeſſionem rerum immobilium, *Leg. 1. et tot. tit. digeſtor.* uti poſſidetis = utrobi datur ad tuendam poſſeſſionem rerum mobilium; dicitur a verbo utrum, & ubi, ideſt apud quem res mobilis eſt, apud eum ſit. Ambo enim competunt poſſidenti, etenim non poſſidenti alia dantur remedia: Fuerunt hæc introducta ad reprimendam violentiam, turbativam contra turbantem; Utrumque ex his nomen ſumpſerunt a primis verbis Ædicti Prætoris *Leg. 1. ff. uti poſſidetis*: Unica inter hos allata differentia intercedit; in reliquis omnino exequata ſunt, nam in utroque ſufficit poſſeſſio actoris de tempore conteſtatæ litis.

NO-

NOTÆ.

Interdictum, uti poſſideris, ſeu retentionis a Practicis dicitur manutentionis; quod breve eſt, & ut aiunt, ſummariſſimum *Menoch de retinen. remed. ult. n.* 4. retentio enim eſt = aſſecutæ poſ= ſeſſionis, apud ſe exiſtentis conſervatio = *Menoch. de retinend. in prælud.* In hoc iudicio retinendæ illud notabile eſt, & ſæpe accidit, ut uterque litigans ſit actor, & uterque reus, quod eſt quando uterque de poſſeſſione contendit, & porrigit petitionem in quo manuteneri petit, nec clare conſtat, quis reus ſit, quis actor, *Menoch. de retin. remed.* 3. *n.* 759. *verſ. hæc ergo.*

Interdictum uti poſſidetis; aliud utile eſt, aliud directum: Datur directum ad retinendam poſſeſſionem rerum corporalium; utile ad retinendam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium.

Agens hoc interdicto duo præcipue probare tenetur: Primo poſſeſſionem ex parte ſua; Secundo turbationem ex parte rei conventi; Tertio quod non vi, nec clam, aut precario rem poſſidebat: debet inſuper probare poſſeſſionem de tempore litis conteſtatæ. Probationes vero ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo leviores ſufficiunt: *Menoch. de retinend. remed. ult. qu.* 8. *n.* 34.

In hoc tamen interdicto libellus, ſeu petitio exactiori diligentia eſt efformandus, alias poſſet accidere quod actor grave ſibi præiudicium poſſet inferre; Ideo debet narrare ſe de præſenti poſſidere, vel quaſi rem immobilem corporalem, vel incorporalem, in qua turbatur a reo, nec eſt neceſſe exprimere qualitatem poſſeſſionis, an civilis ſit, vel naturalis, vel civilis, & naturalis ſimul: *ad mater. Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 12. *Peregr. in prax. par.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 3. *interſec.* 20. *per tot.*

Uſus Fori hæc interdicta etiam ad ſervitutes, & iura ad ſuperficiem, uſumfructum, imo, & ius colonorum protulit. *Heinecc. inſtit. hoc tit.* §. 1302.

De remediis, ſeu interdictis recuperandæ poſſeſſionis.

INterdictum = unde vi = recuperandæ poſſeſſionis cauſa, competit ei, qui per vim a poſſeſſione rei immobilis fuit deiectus, eiuſve hæredi, adverſus deiicientem, non eius hæredem, niſi in quantum ad eum pervenerit, ad reſtituendam poſſeſſionem cum fructibus, ac omni utilitate, damnumque datum reſarciendum, & ſi deſierit poſſidere, ad id quod intereſt.

Digitized by Google

Practici hunc Titulum nuncupant de ſpolio, & reintegratione; in quo ſpoliatus ad rei poſſeſſionem recuperandam agit: Spolium eſt = *violenta, & iniurioſa deiectio a poſſeſſione rei immobilis Menoch. de recuperand. n.* 3. *in prælud.* nam pro re mobili actio ſpolii non datur: *Leg.* §. *illud ff de vi, et vi armata*: Aliud violentum, aliud non violentum, ſeu ſimplex eſt, *Rot. dec.* 187. *n.* 13. *par.* 7. *rec.* præcipue datur hoc remedium, contra vim expulſivam, ideo dicitur, unde vi, ſeu remedium, *Leg. ſi quis in tantam C. unde vi, et L. ſi Coloni C. de Agricol. et Cenſit. lib.* 11 nam contra vim turbativam dantur remedia, ſeu interdicta retinendæ de quibus ſupra &c. Noto quod in hac ſpecie agi poteſt contra ſpoliantem criminaliter, & civiliter: Criminaliter inquam, quia vim exercens Reipublicæ tranquillitatem turbat, ac delictum committit, *Leg.* 1. *in princ. ff. de vi, et vi armat. Leg. ſi quis ad ſe fundum Cod. ad Leg. Jul. de vi publica*.

Plura remedia competunt ſpoliato pro recuperanda poſſeſſione, de quibus late agit *Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 14.

Ut hoc remedium competat duo extrema probanda ſunt ab Actore, & primo antiquior ſua, ſecundo recentior ſpoliantis poſſeſſio: *Rot. dec.* 189. *n.* 1. *& dec.* 208. *par.* 2. *rec.* Primum plenam requirit probationem; Secundum leviorem: *Rot. dec.* 113. *n.* 7. *&* 229. *n.* 5. *par.* 7. *rec.*

Hucuſque expoſita non procedunt in ſpolio iudiciali. Eo enim caſu ultra dicta duo eſtrema probandum eſt quod nulliter Iudex pronunciaverit: *Rot. dec.* 301. *n.* 2. *par.* 3. *rec.*

Interdicta aliquando alia ſimplicia, duplicia alia: Simplicia ea ſunt, in quibus dignoſcitur, quis Actor ſit; quis Reus: Duplicia vero in quibus hoc non apparet, ſed unuſquiſque ex litigantibus, tam Rei partes ſubſtinet, quam Actoris, ut ſunt interdicta *uti poſſidetis, & utrobi* (ut iam obſervatum fuit ſupra) ideoque etiam actiones, *communi dividundo = Familiæ hercifcundæ = & finium regundorum* = duplices dicuntur, quia in illis quilibet ex litigantibus, tam Actoris partes agat, quam Rei; in his autem actionibus, æque ac interdictis, ille erit Actor, qui primus alium ad iudicium provocaverit. *Leg. in tribus ff. de iudic.*

De

De Poſſeſſione.

ET ſi alibi explicatum fuerit, quid poſseſſio ſit, attamen; cum materiei opportunitas hic uberiorem expoſcere videtur explicationem, ideo ad clariorem Tyronum rudimentum hæc ſubnectere placuit.

Poſſeſſio igitur = *eſt ius inſiſtendi rei corporali, non prohibitæ poſſideri* = pro explicatione huius definitionis certant DD. An ſit iuris, & facti: facti eſſe probatur ex *Leg. denique* 19. *in fin. ff. ex quib. cauſis maior &c.* ſed verum quoque eſt quod iuris ſit: *Leg. ſi ea* 31. *ff. de actionib. empti*; ad explicationem huius propoſitionis dicendum eſt, quod quamvis poſſeſſio ſolo animo retineri poſſit, illo tamen ſolo acquiri nequit, & præter animum requiritur corporalis apprehenſio rei, vel inſiſtentia, & ideo dicitur, veluti pedum poſitio *Leg. cum hæres ff. de acquir. vel. amit. poſſeſs.* & ratio diſcriminis eſt, quo poſſeſſio quatenus in fieri requirit factum hominis, ſive apprehenſionem; poſtquam vero eſt in eſſe deducta, non eſt amplius facti, ſed iuris, quia conſiſtit in iure, ideoque ſolo animo retineri poteſt non autem acquiri: Illud tamen certum eſt, quod poſſit acquiri non ſolum per ſe, ſed etiam per Procuratorem, *Leg.* 1. *§. per Procuratorem ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* = notandum etiam quod in definitione dicitur = *rei incorporalis* = quia per illa verba intelligitur, quod ſeparatæ ſunt res corporales, ab incorporalibus, quæ = *quaſi poſſidentur*.

Quotuplex ſit Poſſeſſio.

Communis diviſio eſt, quod ſit alia naturalis, alia civilis, alia mixta.

Naturalis poſſeſſio eſt, quæ corpore acquiritur: *Leg.* 3. *§. Neratius ff. uti poſſidet:* quod & corporalis dicitur. Verum hæc dupliciter conſiderari poteſt, ſcilicet quando homo rei inſiſtit, & vere naturalis, & civilis eſt; ſed quando res ab eo abeſt, animo tamen retinendi civilis evadit; hinc ſequitur, quod alia ſit civilis ea nempe quæ animo retinetur, quæve intellectualis appellatur. Hæ duæ poſſeſſiones in genere ſumptæ ſimul concurrere poſſunt, ſumptæ tamen in ſpecie, quandoque impoſſibile eſt quod in eamdem perſonam conſiſtere poſſint, ex. gr. cum quis prædium ſuum in emphyteuſim alicui dat, hoc ſiquidem caſu poſſet poſſidere civi-

Digitized by Google

civiliter, ſed non naturaliter, quia naturalis poſſeſſio eſſet potius penes emphyteutam: ex his enim patet, quod aliquando, poſſeſſio poſſit eſſe naturalis, & civilis, id eſt mixta, quandoque civilis tantum, aliquando naturalis tantum; modi quibus poſſeſſio acquiritur ſatis alibi demonſtrati fuere.

Quibus obſervatis, rurſus animadvertendum dari duplex iudicium (ut fuſe in ſua ſede agetur) unum quod proprietatis, ſeu petitorium, ſeu plenarium dicitur, aliud poſſeſſionis, ſeu poſſeſſorium. Iudicium petitorium, ſeu proprietatis eſt quando agitur iure dominii, vel quaſi, ut quia actor fundum quem reus poſſidet ad ſe ſpectare contendat: requiſita, ſeu extrema huius iudicii ſunt nempe, quod actor probet ſe rei petitæ dominum eſſe, *Leg. quæcumque* 15. *ff. de publician. in rem actio L.* 1. *ff. ſi ſervitus vindicetur*, vel quaſi, vel ius in re, ut ex §. *omnium inſtit. tit. de act. reivindic.*

At cum dominii probatio difficillima ſit *ad not. per D. D. in Leg. cum res Cod. de probat.* inventum fuit poſſeſſorium iudicium, & eſt quando agitur ad rem, ratione poſſeſſionis tantum, & ubi non de dominio, ſed de nuda poſſeſſione diſceptatur; quo caſu actor non oneratur probatione dominii, ſed poſſeſſionis, hinc ſequitur quod conſultius ſit, & utilius intentare poſſeſſorium, nam is qui deſtinavit rem petere animadvertere debet, an aliquo interdicto nanciſci poſſit poſſeſſionem, quia commodius eſt rem poſſidere, & adverſarium ad onera petitorii compellere: ideo in primis erit quærendum, an retinendi poſſeſſorium remedium, illud ſcilicet ſummariſſimum competat, ad effectum effugiendi prædictum onus: Quòd ſane remedium ita privilegiatum eſt, ut etiam imperfecta, vel ſemiplena probatio poſſeſſionis ſufficiat: Immo omne meritum cauſæ reſpiciens ad petitorium iudicium, ſeu poſſeſſorium plenarium reiiciendum erit: eo quia in ſummariſſimo nudum poſſeſſionis factum ſit attendendum, nec de iuſta, aut iniuſta poſſeſſione quærendum, cum prædo etiam ſit interim in poſſeſſione manutenendus, niſi de violenta, iniuſta, clandeſtina, ſeu præcaria poſſeſſione liquido conſtaret, & incontinenti appareret; vel niſi meritum, ſeu petitorium clarum, ſeu evidens eſſet, per confeſſionem exemp. grat. partis, vel publicum inſtrumentum, vel rem iudicatam poſſeſſorium abſorberet: decretum enim in ſummariſſimo decernens manutentionem, momentanci dicitur præiudicii, vel quia iuxta meliores, unius, vel alterius ex partibus, probationes ſit revocandum: vel quia in petitorio, ſeu poſſeſſorio plenario præiudicium ſit reparabile, quia ſententia lata in poſſeſſorio non parit exce-

exceptionem rei iudicatæ in petitorio: *Leg.* 1. *&* 14. *§. fin. ff. de except. rei iudicat.* Oportune etiam queritur an ille qui intentavit petitorium, & metuit in probatione deficere, poſſit ad poſſeſſorium convolare, & affirmative reſpondetur, ſuſpenſo tamen petitorio contra ſpoliantem, *Oinot. h. tit. §.* 15. *ad mater. Poſt. de manutent. obſerv.* 1. *num.* 4. *poſſeſſorii ſummariſs. ac plenar. diſcrimen Urceol. conſ.* 46. *num.* 1. *& ſeqq. Pacific. de Salvian. interdict. inſpect.* 1. *cap.* 1. *n.* 57. & quod canonizatio crediti, vel alterius tituli petitorium concernat: *Rot. poſt dict. Pacific. dec.* 296. *num.* 6. quando petitorium abſorbeat poſſeſſorium, *Bondea. collact.* 2. *n.* 14. *& ſeqq. tom.* 2. *ſummariſs. modic. preiudic. Urceol. conſ.* 30. *n.* 17. *&* 18. *deciſ.* 341. *n.* 4. *& ſeqq. par.* 17. *rec. Poſt. de manutent. obſerv.* 100. *n.* 68. *&* 69.

Si utrius partis probationes in pari gradu temporis, & conditionis reperiantur, nec ſcrutari facile ſit, quænam poſſeſſio ſit magis fundata pro controverſiæ deciſione tali caſu illa efficitur manutenibilis, quæ ultra æqualem poſſeſſionem iuſtum titulum oſtendit, ex titulo enim emanat iuris potioris ſubſidium, & præſumpta anterior poſſeſſio, ſeu titulata: magiſtraliter *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 520. *num.* 18. *& ſeqq.*

Stante claro bono iure, manutentio denegari non poteſt ex regula quod petitorium abſorbeat poſſeſſorium, & cauſa proprietatis ſuffocet cauſam poſſeſſionis: *Rot. dec.* 167. *num. ult. par.* 2. *diverſ. & dec.* 396. *cor. Bichio, & dec.* 254. *n.* 22. *par.* 11. *rec.* ſemper enim ceſſat manutentionis remedium quoties poſſeſsorium abſorbetur a petitorio: *Rot. dec.* 198. *n.* 6. *cor. Dunozet. iunior. & dec.* 1296. *n.* 25. *cor. Emerix iun.*

Actus poſſeſſorii & recentes, qui dederunt cauſam liti non habentur in conſideratione, ac nullum ius tribuunt parti, nec ſunt manutenibiles: *Rot. dec.* 291. *num.* 11. *&* 12. *par.* 6. *& cor. Gregor. dec.* 4. *num.* 2.

In iuribus admittitur cumulatio petitorii cum poſſeſſorio, & hoc procedit, quando petitorium tantum ab uno, & poſſeſſorium ab alio fuit intentatum, ſecus quando utraque pars contendit ſe poſſidere, tali enim caſu prius eſt terminandum poſſeſſorium, imo in iuribus incorporalibus, petitorio etiam intentato, non intelligitur renunciatum poſſeſsorio, & ad illud licet redire; ut ſupra dictum fuit, ergo addimus *cit. auct. Bartol. in Leg. naturaliter §. nihil commune num.* 2. *ff. de acquir. poſſeſ. Rot. par.* 1. *diverſ. dec.* 349. *n.* 3. *dec.* 351. *n* 2. *Ciarlin. controv.* 119. *num.* 16. *& ſeqq.*

De

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

T I T. XVI.

CUM hæc prorſus ab aula receſſerit inoportunum ducimus de illa agere, cum hodie pœna temere litigantis ſit condemnatio expenſarum, quandoque damnorum, quæ fit a Iudice contra ſuccumbentem: hic obiter notandum ducimus, quod aliquando Iudices ſolent unam ex partibus condemnare in expenſis = *dummodo non acquieſcat* = hoc namque remedium ſalutare eſt quia obtruncantur lites, & in praxi aliquando obſervatur: *Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 59. num. 32. & per tot. ad mater. de expenſis.*

DE OFFICIO IUDICIS.

T I T. XVII.

QUÆ dicenda eſſent in hoc tit. ſatis explicata remanent in Tit. de iudiciis, ſeu de ordine iudiciorum civilium, & alibi &c.

DE PUBLICIS IUDICIIS

T I T. XVIII.

HUiuſmodi provinciam de re criminali agentibus relinquimus; Cupientibus enim talia perdiſcere facilis patet aditus; quoad nos vero, ſat prata biberunt &c. tamen pro opere magis practice quam fieri poteſt explendo, addimus de iudiciis civilibus, brevem, ſummariamque pertractationem, ergo ſequitur dicendum.

De Iudiciis civilibus, eorumque qualitate, & differentia.

HActenus de actionibus, ergo oportune de iudiciis agendum remanet, quorum ope actionibus utimur: in hac ſpecie breviori quo

qua datum erit metodo pertractanda curabimus, ſingula, quæ eorumdem iudiciorum materiam conſtituunt, & alia, quæ ad rem oportuniora videbuntur.

Iudicium aliud Civile eſt, aliud Criminale: Cic. pro Cæc. = omnia iudicia; aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt = apud Iuriſconſultos variis modis dicitur iudicium, ſed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione cauſæ diſcutiendæ in iure fit coram Iudice competenti; in primo enim explanando opera noſtra verſabitur, in ſecundo, de rebus criminalibus ex profeſſo agentibus provinciam relinquemus, prænotando ad maiorem rei claritatem quod ad iudicium eo modo ſumptum, tres potiſſimum perſonæ concurrunt, Iudex, Actor, & Reus.

Iudicium civile multifariam patitur diviſionem, nempe quod aliud ſit ordinarium, aliud extraordinarium: Ordinarium eſt quod coram Iudice Ordinario exagitatur: Extraordinarium, ſive Delegatum eſt, quod coram Iudice Delegato exercetur: Iterum ſubdividitur in Perſonale, Reale, & Mixtum, & diviſiones iſtæ fere pari paſſu ambulant cum ea, quæ ſupra de actionibus notata fuere.

Perſonale ſimplex aliud eſt, quod principaliter exercetur contra perſonam, quando agitur de Poteſtate Patria ſuper filios, aut totalis ſubiectionis cum abdicatione voluntatis rei, aliarumve rerum ſecularium, ubi ſunt ex. gr. Religioſi, aut alterius remotioris ſervitutis ſpeciei, quæ prætenditur ratione Vaſſallagii, aut de ſimilibus cauſis, in quibus agitur de ſtatu perſonæ, vel de nobilitate eiuſdem &c.

Aliud perſonale eſt quod in vim obligationis ex contractu dimanantis, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi, indiſtincte afficit perſonam debitoris, ſeu alias aliquid præſtare debentis abſque reſtrictione ad certam rem; ut ſupra in *tit. de action.*

Reale ſimplex eſt illud, in quo agitur de re principaliter, abſque eo quod ulla perſonalis interſit obligatio, & contra perſonam exercetur, eo quia rem detinet, quæ alteri deberi prætenditur. ut pariter in *tit. de action.*

Mixtum illud eſſe dicitur, quod utriuſque ſpeciei particeps eſt, & iſtud ſubdiſtinguitur ſic videlicet, quod unum ſit illud, quod principaliter exercetur contra perſonam, quæ ad aliquid adimplendum cogitur, & dicitur perſonale, ſeu occaſionale, id eſt occaſione rei ab eodem poſſeſſæ, huiuſmodi oneri obnoxiæ, veluti ſi quis prædium poſſideat, beneficium, aut feudum cum aliquo onere, quod ſecumfert obligationem realem, & perſonalem,

nalem, & hoc oritur ex actione mixta, & in rem ſcripta, quæ iam in ſua ſede explicatæ fuere.

Prima ſpecies perſonalis Iudicii diſtinguitur in ordinarium, ſeu plenarium, & eſt illud, in quo cauſa cognoſcitur ſervando omnes iuris ſolemnitates, & terminari debet ſententia, ſeu re iudicata, de qua ſuo loco dicendum erit.

Secunda ſpecies eſt iudicii ſummarii, ſeu executivi, quod brevi manu expeditur, abſque tela, ut aiunt, iudiciaria.

Realia diſtinguntur in petitorium, & poſſeſſorium. Petitorium illud eſt in quo diſceptatur de proprietate, ſeu iure, aut dominio alicuius rei, quod utplurimum ſecumfert iudicii ordinarii qualitatem.

Poſſeſſorium eſt illud, quo mediante agitur de poſſeſſione, vel quaſi, ſive adipiſcenda, ſive retinenda, ſive recuperanda: Diximus de poſſeſſione, vel quaſi, ut complecteremur non ſolum iudicium in quo agitur de rebus corporalibus, quæ dicuntur propriæ; ſed etiam illud, quod verſatur circa incorporalia, qualia ſunt ſervitutes §. 1. *inſtit. de interdictis* atque hoc ſecumfert qualitatem ſummarii, & in alias diſtinguitur ſpecies, ut fuſius cum de interdictis ſermo fit in hoc Opuſculo.

NOTÆ.

Iudicium ordinarium in præparatorium, de quo *Poſth. de manut. obſerv.* 77. *n.* 1. & in præparatum dividitur, quod accidit, quando aliquid prius decidendum eſt præambulum neceſſarium, ſeu qualitas principalis actionis præventive decidenda, ut quia pater in bonis adventitiis filii uſumfructum ſibi deberi contendat, & filius e contra Patriam Poteſtatem oppugnet; quare prius erit in præparatorio decidendum ſuper Poteſtate Patria, ut poſtea ſuper uſufructu in iudicio præparato procedi poſſit, ne iudicium præparatum reddatur eluſorium, idemque decidendum in iudiciis præiudicialibus de quibus in *tit. de action.*

Pariterque notandum iudicium ordinarium quandoque præventivum dici, quia illud præventive fieri expediat, idque vero contingit cum actio nondum nata ſit, ſed probabiliter naſcitura, atque ad effectum declarandi tantum præventive deducitur, quod ſub dubio eſt, ut inde adveniente caſu quod ad favorem actoris fuerit præventive deciſum executioni mandetur, *De Luc. de regal. diſc.* 66. *num.* 2. *& ſeqq. de iudic. diſc.* 16. *num.* 14. *& ſeqq.*

Executivum iudicium dicitur illud ubi celeriter debitum ſit ſolvendum, quia ab executione incoatur, ut in penſione, vel depo-

depoſito, aut re iudicata, quæ de iure paratam habent executionem, pro ut ex Statuto Florentino *Rubr.* 41 *&* 42. *lib.* 2. omne publicum Inſtrumentum, vel privata Scriptura, ex qua pateat liquidum eſse creditum; Verum hoc quoque iudicium ſummarium dicitur, quoad ordinatoria, non quoad deciſoria, quia tantum procedendi modus, pro ut in ſummario ſervatur: Sed non, e contra ſummarium dicitur executivum, cum in ſummario ordo tantum procedendi, non ſubſtantia cauſæ immutetur, unde ſi hæc executiva non foret, nec in ſummario talis evaderet.

Quid ſint Iudices, ac de eorum differentia, & poteſtate.

IUdex appellatur ab eo quod ius dicat *cap. forus de verb. ſignif.* hic eſt vel ordinarius, vel delegatus; ordinarius eſt ille, cui vel Principis beneficio, vel ratione dignitatis, vel diſpoſitione Legis, vel conſuetudinis vigore Iuriſdictio alicuius Provinciæ, Civitatis, aut loci eſt attributa, *Marant. in prax. par.* 4. *diſt.* 5. *num.* 2. huiuſmodi Iudices inter illos adnumerantur, qui alicubi Gubernatores, alicubi Capitanei, alicubi Prætores appellantur.

Iudex Delegatus eſt, qui cauſas cognoſcit, non ex vi Officii ſui, cui talis Iuriſdictio annexa ſit, ſed ex ſpeciali commiſſione unde Iuriſdictionem exercet, non tam ſuo iure, quam eius, qui demandavit, *Leg. more maiorum* 5. *ff de iuriſdictione*, & tradunt Canoniſtæ *in Rubr. de offic. Iudic. ordin. et de offic. & poteſt. iudic. deleg.* quot duplicis ſpeciei iſti ſint vide apud *Engell. in ius canonic. lib.* 1. *tit.* 29. *per tot.* Omnibus tamen utriuſque ſpeciei Iudicibus id commune eſt, ut tranſgredi nequeant limites Iuriſditionis ſuæ, quæ relative ad Iudicem ordinarium commenſuratur a territorio, & conceſſione Legis, aut præſcriptæ legitimæ conſuetudinis, *cap. cum contingat de foro compet.* relative ad delegatum commenſuratur mandato, quo illi a delegante commiſsa eſt, ut ex *cap. vener.* 37. *de offic. delegat.*

Plures inter utrumque ex his Iudicibus ſunt differentiæ, de quibus hic tres tantum recenſemus. Prima eſt, quod Iuriſdictio Iudicis Ordinarii non expirat per obitum eius a quo Iudex conſtitutus eſt *cap. legator.* 2. *de offic. legat. in* 6. Iuriſdictio autem Delegati ceſsat morte delegantis, ſi res ſit integra, & nondum ſequuta fuerit partium citatio, ſecus autem ſi cauſa incepta ſit *Leg. & quia* 6. *ff. de iuriſdict.*

Secunda quod Ordinarius habet Iuriſdictionem propriam, & iure proprio eam exequitur, Delegatus vero Iuriſdictionem propriam non habet, *Leg. quæcumque* 1. §. *qui mandatum ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdict.*

Tertia demum, quod Ordinarius regulariter poteſt Iuriſdictionem ſuam alteri delegare *dict. Leg. more maiorum*, Delegatus non poteſt niſi in aliquibus caſibus, *Leg. a Iudice* 5. *Cod. de iudiciis & ex cap. ſi pro debilitate* 3. *&c. cap. fin. de offic. deleg.*

Officium Iudicis in genere duplex eſt aliud nobile, aliud mercenarium: Nobile dicitur, quod nulli actioni deſervit, ſed impendi poteſt a Iudice independenter ab omni actione per quam actor petat id, quod ſibi ab altero debetur: Mercenarium eſt, quod actioni deſervit, ſeu quod a Iudice non impenditur, niſi interventu actionis, & litis.

Iuriſdictio Iudicis, quæ officio nobili exercetur ſolet vocari Imperium ad differentiam Iuriſdictionis mercenariæ, quæ ſimplex Iuriſdictio dicitur, Imperium dividitur in merum, & mixtum. Imperium merum eſt quod exercetur officio nobili, ut Poteſtas ferendi Leges &c. mixtum eſt quod exercetur officio nobili ad utilitatem privatam, qualis eſt poteſtas dandi Tutores, reſtituendi in integrum &c. reliqua vide apud DD. & in *fin. lib.* 1. *ff. de mero, mixto imperio, & de iuriſdict. vid. Marant. in ſpecul. iud. par.* 4. *per tot.*

NOTÆ.

Plura addenda viderentur in hoc titulo de alia ſpecie Iudicum, id eſt, compromiſſariorum, ſeu arbitratorum, & arbitrorum, at cum de his actum fuerit alibi ſub titulo de compromiſſis, ideo de illis hic agere prætermittimus.

Iuriſdictio eſt = *Poteſtas de publico introducta cum neceſſitate = ius dicendi, & æquitatis ſtatuendæ = Gloſſ. in Leg.* 1. *de iuriſdict. omnium iudicum, qua fuit de Principe, veluti a ſuo fonte Magon. deciſ. Florent.* 87. *num.* 1.

Iuriſdictionem ſibi uſurpans quam non habet incidit in pœnas graves, & aliquando etiam læſæ Maieſtatis, niſi dolus abſit. *Ricc. collect.* 1626. *Menoch. de arbitr. caſ.* 320. *per tot Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. n.* 18. nam cauſæ iuriſdictionales ſunt magni momenti, ut videre eſt penes *Caball. reſol. crimin. caſ.* 291. *num.* 26. *& ſeqq.*

Quidquid ſit de quæſtione utrum a partibus poſſit prorogari *Marzimedic. exam.* 32. *cum addit. per tot. ubi num.* 49. tradit quod Florentiæ adeſt Statutum, quod non poſſit prorogari *Taſch. litt. I concl.* 74.

Con-

Contentioſa non poteſt exerceri extra territorium etiam inter ſuos ſubditos, ſecus autem voluntaria, *Peregr. tract. varii lib. 1. tit. de iuriſdict. ordin. deleg n. 52. &c.*

An Iudex Delegatus, Ordinarius, & Compromiſſarius poſſint eligere Actuarium pro actis recipiendis, *Altimar. de nullit. rubr.* 10. *qu.* 17. *n.* 1. *&c. tom.* 1.

In Ætruria ex Lege diei 1. Ianuarii ſublata remanet quæſtio hæc.

§. XX. Nei Compromeſſi volontari, dovranno le Parti convenire nell' elezione di uno, o più Arbitri per mezzo di pubblico Inſtrumento, o di privata Scrittura, ſenza che preſentino le Liſte a verùn Magiſtrato per l' elezione del terzo Arbitro, che dovrà eleggerſi da loro, e dai due già da eſſi nominati, quando così gli piaccia; con dover rimettere detto Compromeſſo nella Cancelleria delle Cauſe Compromiſſarie: E quanto ai Compromeſſi neceſſari dovranno, o convenire immediatamente nel terzo Arbitro, o eleggere uno dei tre Giudici neceſſari del Magiſtrato, avanti del quale pende la Cauſa, con oſſervare l' ordine del Turno preſcritto di ſopra.

De Actore, ſeu quid ſit Actor.

EGimus ſupra de Iudiciis, de Iudicibus, ac de eorum Iuriſdictione. Nonnulla in præſens de Actore dicemus.

Actor multiplicem habet ſignificationem, nam quandoque accipitur pro Advocato, *Cic. in Brut. & Actori ſummo Cauſarum Magiſtro:* pro diſpenſatore *Leg.* 8. *ff. fam. hercisc.* & pro eo qui diverſis officiis eſt addictus, ut in *Leg.* 31. *ff. de adim. legat. Leg.* 7. *Cod. mandati*, & paſſim alibi; verum in hac ſpecie Actor dicitur ab agendo, & eſt perſona illa, quæ = prior ad iudicium = provocat, & civilem actionem proponit, ſeu qui petit, & ita = fœmina, quæ in iure experitur Actrix dicitur = in *Leg.* 41. *Cod. de lib. cauſ.* Actoris munus eſt mediante ſcriptura clare exponere factum petitionemque ſuam, alias non erit audiendus *cap.* 1. *de libelli oblatione, & cap. dilecti filii de iudic.* Iudicemque competentem adire debet *L. adire Cod. de iuriſdict.* omnium iudicum, nam regulariter actor ſequi debet forum rei, *cap. exper. & cap. ſi quiſquam de foro competenti*, quod non obtinet in quibuſdam caſibus, in quibus ad forum actoris reus trahitur v. gr. ratione Iuramenti, ut in *cap. ult. de foro competenti in 6.* item ratio-

ratione conſuetudinis *cap. cum ſit general eodem tit.* Florentiæ Cives Florentini habent facultatem trahendi quemcumque de diſtrictu, & comitatu Florentino coram Officiali, vel Rectore Florentino, ut patet ex *lib.* 4. *cap.* 34. *Statut. commun. & teſtatur Magon. dec. Flor.* 60. *num.* 3. 4. *&* 5. quod privilegium confirmatum extat in reformatione *diei* 12. *Auguſti* 1668. „ ibi „ per-
= ciò ſi ordina, che ſi deva continuare a detti Cittadini l' an-
= tica oſſervanza del loro privilegio anco con i Livorneſi, tanto
= nelle cauſe attive, che paſſive d' avanti ai Magiſtrati di Firen-
= ze = ma perchè all' incontro ſi è avuta particolare refleſſione,
= è piaciuto privilegiare i Mercanti della piazza di Livorno = in
= concorſo dei Cittadini Fiorentini = e perciò ſi eccettuano i ca-
= ſi infraſcritti = nei quali non oſtante devino i Cittadini, e
= poſſino eſſer tratti a litigare nella Corte del Governatore di
= Livorno.

I. Cittadini ſalvatici, che non abitano nella Città di Firenze.

II. Quando procedeſſe il credito da negozio di mercatura creato in Livorno.

III. Quando ſi trattaſſe di giudizi univerſali, o di fallimenti, o di eredità iacenti di debitori Livorneſi, o di abitanti famiiarmente in detta Città, e Territorio di Livorno,

IV. Quando ſi controverteſſe beni ſtabili comprati, e acquiſtati da Cittadini Fiorentini nella Giuriſdizione di Livorno = quod quidem confirmatum fuit in reformatione diei prima Ianuarii 1772. §. XIII.

Debet inſuper legitime, & concludenter intentionem ſuam probare, alias reus abſolvendus eſt *cap. unic. ut Eccleſiaſtic. Benefic. ſine diminutione conferantur.* attamen contra eumdem poſſunt plures proponi exceptiones (de quibus ſeparatim agemus) ne una materia cum alia confundatur, ex quo obſcuritas oriri poſſit.

Pro ſe ex iure competente poſſunt omnes agere, qui non prohibentur: Prohibentur autem minores ſine auctoritate Tutorum, vel Curatorum, filii familias ſine conſenſu patris, & cœteri de quibus in *tit. Cod. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habent. vidend. Canoniſtæ in lib* 2. *decret. tit.* 1.

Poſt prædictas perſonas alia conſideranda eſt, quæ tamen ſubſtantialiter iudicii perſonas non auget, ſed actorem, vel reum repræſentat, & nomine eorum in iudicio comparere poteſt, ut Advocatus, vel Procurator: Super huiuſmodi defenſoribus in Foro quamplures exagitari ſolent quæſtiones, quæ concernunt mandatum; Florentiæ ex conſuetudine, ac Lege Procuratores in al-
bo

bo deſcripti ab eorum principalibus mandatum ad lites habere præſumuntur *Palm. dec.* 69. *ſub n.* 1. an per mortem principalis poſt motam litem videatur extinctum *Anſald. de commerc. diſc.* 4. *n.* 7. *diſc.* 5. *num.* 9.

In materia libelli animadvertendum eſt, quod licet Florentiæ, & alibi poſſit dari talis qualis petitio (quia omnes cauſæ ſummariæ ſunt) ex qua reus poſſit deliberare an velit cedere, vel contendere, nam quamvis ſublata fuerit libelli ineptitudo, quæ olim erat magni momenti, attamen non fuit ſublata qualitas obſcuritatis, vel incertitudinis; præterea certum eſt quod quamvis cauſæ poſſint eſſe omnino ſummariæ, de plano expediendæ ſola facti veritate inſpecta, & ſine figura Iudicii, tamen non ſunt omittendæ probationes neceſſariæ, tam de iure canonico, quam civili, ut in *tit. de probation.* vigore enim clauſulæ = ſine figura judicii = intelliguntur ſublatæ dilationes, & oppoſitiones fruſtraneæ, *Franch. dec.* 245. *per tot.* quid continere debeat libellus hoc verſiculo exprimitur = *Quis, quid, coram, quo iure petatur & a quo*. Cum vero, ut dictum fuit, ſit onus actori probare, ideo ſummariam de probationibus pertractationem proſequemur.

De in ius vocando, ſeu de citationibus.

PRiuſquam ad pertractationem probationum progrediamur noſſe oportunum eſt quid ſit in ius vocatio, quæ pars ſubſtantialis iudicii iure merito dici poteſt.

In ius vocationem rem eſſe conſtat, quam adhiberi neceſſe ſit, in omni iudicio, atque omnino, & ante omnia adverſarium in ius vocandum eſſe, eo namque non vocato, nil cognoſci, vel ſtatui poſſe iura decernunt, ac pro infecto eſſe, ſi contra factum ſit, cum notio, & diſcuſſio cauſæ ſint ſubſtantia iudicii, baſis, & fundamentum proceſſus (1), nec Iudex contra ius naturale, & divinum Reum privare debet defenſione, quæ naturalis eſt (2), ſed quid ſi vocatus ſponte venerit, vel in judicio ſteterit, ac ultro reſponderit? Hic dicendum eſt recte iudicium conſiſtere, quamvis nulla vocatio præceſſerit (3). At ſi inventus in iudicio, illud accipere recuſet, dicendo ſe vocatum non eſſe, placet haud audiri debere (4).

Vocare autem in Ius eſt, iuris experiendi cauſa vocare, apud eum in quem vocandi iuriſdictio ſit, alias Reus impune non parebit

rebit

rebit (5); neque Iudici ſuo marte vocare, abſque Actoris inſtantia permiſſum eſt (6).

Proprie ſiquidem Reus perſonaliter citari debet, quando eiuſdem copia haberi poteſt (7), quod ſi aberit, ad eius domum denunciatio facienda eſt (8), at ſi ne domicilium certum habeat, per Edictum, aut alio quocumque modo, de locorum ſtylo citandus erit.

(1) *Gaill. practicar. obſervat.* 48. *n.* 1. *& obſervat.* 74. *per tot.* (2) *Tuſch. litt. C. concl.* 270. *&* 271. *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 673. *num.* 13. (3) *Aſin. in prax.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 90. *Vant. de nullit. ex defect. cit. n.* 17. *&* 18. *& tit. qualiter ſent. poſſit annullari defect.* 118. *Rot. Rom. par.* 11. *rec. dec.* 64. *num.* 17. *par.* 4. *dec.* 274. *n.* 7. *par.* 12. (4) *Gaill. dict. obſerv.* 48. *num.* 4. *Myſinger. obſerv.* 6. *n.* 8. *ad rem in mater. cit. ad ſent. Vant. de nullit. tit. qualiter ſent. poſſit annullari def. n.* 106. *Ciarlin. controv.* 49. *n.* 56. *Rot. par.* 12. *recent. dec.* 227. *n.* 7. *& ſeqq.* (5) *Leg. fin. ff. de iurſdict. omn. iudic.* (6) *Leg. de uno quoque ff. de Iudic. Marant. par.* 6. *verſ. quintus modus Aſin. in prax.* §. 7. *cap.* 5. *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 192. *Vant. de nullit. ex defect. cit. num.* 19. *Rot. part.* 14. *rec. dec.* 115. *n.* 27. *& dec.* 156. *n.* 1. (7) *Leg.* 1. § 1. *ff. de liber. agnoſcend. & DD. ex Leg.* 13. §. 1. *ff. de excuſat. tutor.* (8) *Leg.* 4. §. 2. *ff. de damn. infect.*

NOTÆ.

Soccinus in ſuo tractatu de citatione eam ſic definit = Actus vocativus alicuius, cuius interſit, qui fit vel iuris diſpoſitione, vel iudicialiter Iudicis mandato, aut Arbitri commiſſione, ad Partis inſtantiam, vel ex officio, quandoque per ipſum Iudicem, quandoque per nuncium, aut alium in ſubſidium, aliquando per Partes, Epiſtolam, Præconem, Campanam. Ad iudicii, & eorum quæ in iudicio fiunt, fundamentum, validitatem & defenſionem, & ad alios effectus iudiciales legitime celebrandos =.

Ex allata definitione generice emergunt ſubſtantia; qualitateſque neceſſariæ ipſius citationis, & quomodo illa exequi debeat, vel poſſit, quæ ſingula pro viribus explicabimus.

Et primo obſervandum quod communis opinio eſt citationem eſſe de iure naturæ, nec tolli poſſe per Legem; niſi ageretur de iure quærendo ex Iure civili, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *qu.* 17. *n.* 5. *Tuſch. litt. C. concl.* 270. *&* 271.

Secundo quod citatio multiplex ſit, habita ratione ad eiuſdem executionem: Alia nempe citatio iuris; & eſt quando lex ali-

aliqua terminum ſtatuit, intra quem debeat aliquis in iudicio eſſe *cap.* 1. *&* 16. *de elect. in* 6. Alia citatio hominis, quando ſcilicet, quis mandato Iudicis in iudicium vocatur: ut in *cap. propoſuiſti* 19. *de for. compet.* Alia citatio eſt realis; alia verbalis; realis dicitur captura perſonæ ad iudicium trahendæ; verbalis eſt, quæ fit ſolo verbo Iudicis, aut Officialis. Huic affinis eſt quæ fit per literas citatorias, & dicitur citatio ſcripta, item quæ fit affixis literis citatoriis, & vocatur edictalis, demum quæ per Præconem publice fit, per campanam, vel tubam, *Borgnin. Cavalc. dec.* 17. *n.* 26. *Pax Iordan. lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 4.

Etſi aliqui teneant quod citatio debeat continere tenorem libelli, & decernat Statut. Florent. tranſmittendam eſſe copiam libelli, attamen non ſervatur in practica, cum ex *Leg. anni* 1477. fuerit hoc emendatum, ſufficit enim in Etruria, quod parva cedula, quæ breviter contineat id per quod quis citatur, ut ex *Aſin. in prax.* §. 5. *cap.* 1. *per tot. & cap.* 3. *in fin.* Tranſmiſſio tamen citationis cum copia totius ſcripturæ intimationis practicatur in cauſis relevationis, & fortaſſe aliquando cum accidat aliquem in mora eſſe conſtituendum ſuper aliqua contingentia, vel facto, & ſic proceditur in Florentina Curia, cuius uſus cœtera docebit; debet tamen continere nomen Iudicis, nomen, & cognomen litigantium, titulum cauſæ, vel actus, ad quem citantur; demum debet eſſe in forma ſolita & conſueta iuxta Fori conſuetudinem; *Vant. de null. ex defect. cit. n.* 30. *& ſeqq. Rot. par.* 2. *diverſor. dec.* 151. *n.* 1. *Rot. par.* 15. *rec. dec.* 276. *n.* 8. & quod debeat continere terminum, tradit *Boer. dec.* 235. *per tot.* Tenent inſuper *Myſinger. obſervat.* 10. *centur.* 6. *Gaill. practicar. obſerv.* 54. quod citatio tria extrema continere debeat nempe commiſſionem Iudicis, executionem Nuntii, ac illius relationem.

Citatio fieri poteſt per ipſum Iudicem, vel eius Actuarium & Notarium ad bancum iuris, prout moris eſſe ſolet in Etruria. In his enim actibus creditur Notario abſque Teſtibus, *Rota par.* 10. *rec. dec.* 74. *n.* 20. *& ſeqq.*

Quamvis citatio fieri debeat in perſonam citandi, ſi non reperiatur poteſt fieri ad domum, *Aſin. in prax.* § 6. *cap.* 1. *&* 2. hæc tamen debet eſſe in ſcriptis, cum dimiſſione cedulæ, *Ridolfin. in prax. par.* 1. *cap.* 11 *n.* 131. *& ſeqq. & cap.* 2. *num.* 60. ubi plura de citationibus, quo caſu Nuncius debet exprimere ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis, *Vant. de nullit. ex defect. cit. n.* 90. *Franc. dec.* 332. *per tot.*

Citatio facta ad Hoſpitium non valet, quia non dicitur facta ad domum habitationis, facta tamen ad hoſpitium perſonaliter

liter valeret *Oſaſc. deciſ.* 17. *Sanfelic. in prax. ſect.* 32. *num.* 6.

Citatio ad ſententiam pro prima die iuridica, & poſtea pro ſingulis diebus, & horis, tamquam nimis vaga, & ſpeciem ſervitutis imponens ſubſtinetur ſolum pro prima, & ſecunda die, & non ultra, *Grat. diſcept. for. cap.* 208. & 156. *num.* 31. *Cavaler. dec.* 376. *n.* 5. *Rot. par.* 2. *rec. dec.* 86. *n.* 1.

Pars ſubſtantialis Iudicii citatio eſt, ita quod ſententia lata ſine illa etiam in favorem abſentis non valet *Tuſch. concluſ.* 269. *num.* 12. valeret tamen ſententia lata contra eum, ad cuius inſtantiam minus legitima citatio facta fuit, *Pax Iordan. lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 144. *Novar. in pragmat. Regni Neapol. collect.* 55. *n.* 52. Citatus cum clauſula = quatenus ſua putaverit intereſſe = dicitur reus voluntarius, niſi addita fuerit clauſula = quod alias procedetur in eius contumaciam = vel niſi poſſideat, quia his caſibus efficeretur reus neceſſarius, & ſi haberet privilegium fori poſſet illum allegare *Capyc. dec.* 8. *per tot.*

Si non inveniatur perſona, nec domus, nec habitatio citandi, ut quia ſit vagabundus, & agatur de re immobili, poteſt fieri per affixionem cædulæ rei de qua agitur, ſi de re mobili in loco, in quo contraxit, vel quaſi contraxit, forumque ſortitum fuit, aut per Præconem, ſive per Ædicta, prout moris fuerit contra abſentes, qui domum non habent, nec illorum perſona factis diligentiis reperitur. *Vant. de nullit. ex defect. cit. n.* 122. Florentiæ practicatum vidi deputari curatorem abſenti, quando agitur de examinandis teſtibus in iudicio civili, certum eſt quod debeat præcedere citatio ad videndum eos iurare, ut firmant omnes Practici; In Etruria tamen adſignatur terminum viginti quatuor horarum utilium ad danda interrogatoria abſque alia citatione ad videndum eos iurare, *Vulpin. in ſucc. Farinacc. qu.* 72. *n.* 15. & hæc ſiquidem eſt praxis etiam hodierna.

De Effectibus Citationis legitime factæ.

Legitime executa citatio quamplures effectus parit, & primo inducit præventionem, facit rem litigioſam, præſcriptionem rumpit, cogit ad comparendum non legitime impeditos, facitque legitimum contradictorem citatum, inducit contumaciam, ſuſpendit poteſtatem Iudicis durante termino, inducit fictam confeſſionem, remiſſionem caducitatis, inhibitionem, moram, alioſque effectus, de quibus *Tuſch. litt. C. concl.* 262. & *ſeqq. De Luc. de feud.*

feud. diſc. 33. *ſub num.* 2. *de iuriſdict. diſc.* 50. *n.* 2. *Tondut. de prævent. par* 1. *cap.* 9. *per tot. ad mater. Ridolfin. in prax. part.* 2. *cap.* 6. 7. 10. 11. 12. *&* 14. *Baron. de cit. qu.* 45.

De Citatione per Arreſtum, ſeu perſonale per Capturam.

STatuendum eſt, quod in civilibus de iure communi non ſit a Captura inchoandum: *Leg.* 1. *Cod. de execut. rei iudic. Leg. nulla ff. de eod. Scacc. de iud. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 5. attamen quia frequenter contingit debitores ſolutionem debiti vitare ſatagentes fugam meditari, vel creditores de eorum fuga pertimeſcere, propterea ne iudicium contra fugientes eluſorium reddatur, excogitatum fuit remedium mediante arreſto, ſeu ſequeſtratione ad effectum aſſecurandi iudicium tantummodo: *Leg. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Rot. par.* 13. *recent. dec.* 401. modus iſte dupliciter exequi poteſt, ſcilicet in perſona, & rebus: In perſona eam carcerando uti de fuga ſuſpectam, quoniam ſi noluerit retineri, poterit cautione præſtita de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolvendo excarcerari: *Mauſon. de cauſ. executiv. in prælud. n.* 10. *& ſeqq.* in rebus vero, ſequeſtrando eaſdem pœnes quem depoſitæ a debitore fuerint, nam ſi in omni caſu ſuſpicionis fugæ licitum eſt capere perſonam, multo magis poterunt res ſequeſtrari. *Barboſ. in auth. ſi iam tantum n.* 3. *Cod. depoſit.*

Et quamvis contra debitorem de fuga ſuſpectum procedatur nullo iuris ordine ſervato: *Tuſcb. litt. I. concl.* 524. *num.* 8. neque Iudex debitorem audiat, ſed quacumque omiſſa citatione illius capturam concedere debeat, ne celerius ad fugam inſtruatur: *Card. De Luc. de iudic. diſc.* 9. *num.* 32. *Trentacinq. reſolut.* 10. *n.* 13. *Peregr. in prax. par.* 2. *ſect.* 1. *ſubſect.* 2. *n.* 3. *Ricc. collect.* 260. *Tuſcb. litt. F. concl.* 524. *n.* 59. *&* 526. *n.* 42. attamen nonnulla neceſſaria ſunt, ne iudicium iſtud, aut eluſorium aut iniurioſum reddatur, & primo quod ſaltem ſummarie de credito conſtet, de deterioratione debitoris a die contracti debiti, quod non poſſideat bona ſufficientia, & quod creditor iuret eumdem habere ſuſpectum de fuga: *ad mater. Ramon. conſ* 320. *num.* 3. *Sabell. reſol.* 39. *n.* 1. *Mantic. de iuram. par.* 4. *effect.* 6. *Zaul. ad Statut. Favent. lib* 3. *rubr.* 4. *n.* 2.

NOTÆ.

Si quis de fuga ſuſpectus allegetur non debet poſſidere in Civitate, Comitatu, vel diſtrictu bona immobilia ad debitam ſatisfa-

tiſfationem: *Sabell. reſol.* 39. *n.* 8. *Menoch. de arbitrar. iudic. caſ.* 87. *n.* 13. *Scannarol. de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 8. *cap.* 2. *n.* 59. *De Luc. de credit. diſc.* 193. *n.* 10. *Gratian. diſcept. for.* 875. *n.* 11. *&* 12. *Rot. dec.* 485. *num.* 4. *par.* 18. *t.* 2.

Quod ſi fuga inſtet tunc ſolum iuramentum ſufficit, docendo non poſſidere poſt Capturam, *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 19. *Conſtant. annot.* 19. *n.* 187. 188.

Quoad creditum, certum eſt illud liquidum eſſe debere, & neceſſarium eſſe quod creditor probet ſe eſſe talem, non quidem prævio rigoroſo examine ſed ſolum ſummarie, & ſemiplene: *Maſcard. de probat. concluſ.* 456. *Gaill lib.* 2. *oſſervat. lib.* 2. *obſerv.* 44. *n.* 6. *&* 8. *Cancer. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 17. *Tuſch. litt. C. concl.* 71. *n.* 19. *Rot. dec.* 354. *num.* 2. *par.* 14. *recent.* quoad ſemiplenam probationem intelligendum eſt non reſpectu probationis, in ſe imperfectæ, ſed ratione iudicii, itaut imperfectio reſpiciat ſolum defectum citationis, *Rot. poſt Scannarol. de viſit. carcer. dec.* 3. *n.* 10. Tenent enim nonnulli quod requiratur actualis productio documenti, ſeu inſtrumenti itaut non ſufficiat verbalis productio, *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 13. Captura enim ob ſuſpicionem fugæ nulla eſt, niſi præcedat iuſtificatio nec convalidatur ex ſubſequenti iuſtificatione, limita tamen ubi agitur de modica ſumma, & cum forenſibus ruſticis, *Manſon. de cauſ. executiv. qu.* 3. *n.* 52. vel ubi debitor eſſet in actu fugæ. *Natt. conſ.* 29. *num.* 10. *&* 11. *Soccin. Senior. conſ.* 113. *n.* 3. *lib.* 3. *Conſtant. annot.* 19. *n.* 187. *&* 188. *Tuſch. litt. F. concl.* 524. *n:* 10. 67. 68. *cum. ſeqq. Caſtrenſ. conſ.* 31. *& conſ.* 474. *verſic. ex iis*, neque vitare poteſt fugæ ſuſpicionem debitor, ſi probet extra locum ubi convenitur poſſidere immobilia, vel habere debitores, *Pariſ. conſ.* 99. *n.* 39. *lib.* 3. *Sabell. in ſumma §. debitor n.* 29. *verſ quod ſi ſolutio*; vel ſaltem in loco contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, *Rot. cor. Celſ. dec.* 361. *n.* 7.

Si tamen poſſideret bona immobilia in loco vicino, capi non poſſet uti ſuſpectus: *Trentacinque variar. reſol. lib.* 3. *de ſolut. reſolut.* 10. *ſub n.* 21. quæ quidem locum habent, in concive, comitatino, & diſtrictuali debitore, non autem forenſi, ſive advena, *Gaill. practic. obſerv.* 44. *n.* 11. *lib.* 2. *Manſon. de cauſ. executiv. prael.* 2. *n.* 19.

Poſſidens etiam bona mobilia ad debiti ſatisfactionem ſufficientia, & quæ de facili celari non poſſunt, nec aſportari, de fuga ſuſpectus allegari nequit: *Sabell. reſol.* 39. *n.* 15. *in ſumma §. debitor. num* 29. *Rot. in rec. dec.* 354 *num.* 8. *par.* 14.

Suſpectus de fuga poteſt etiam allegari, & reſpective carcerari

rari debitor in diem, vel ſub conditione, non quidem, ut ſolvat, ſed ut caveat: *Coccin. dec.* 2216. *num.* 10. *Merlin. dec.* 87. *num.* 4. *Sabell. reſolut.* 39. *num.* 24. *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 98. *n.* 15. *&* 17.

Sed quando periculum eſt in mora, quia nempe agitur de fuga inſtanti a debitore preparata, tunc opus non eſſet probare concludenter per Teſtes, ſeu Inſtrumenta, ſeu Chirographo, ſed reſervanda eſt probatio poſt capturam, *Ancharan. conſ.* 192. *n.* 10. *Caſtrenſ. conſ.* 31. *per tot. lib.* 1. *Tuſch. litt. F. concl.* 524. *n.* 61. *&* 63.

Conſtat etiam quod is qui ex eodem inſtrumento tenetur ad aliquid adimplendum, nequit aliquem de fuga ſuſpectum allegare & carcerari facere, *Tuſch. dict. concl. n.* 19. *Carocc. de locat. & conduct. in rubr. de evictione. n.* 57. *il* 2. *Poſtio reſol.* 114. *num.* 23. *Urceol. de transact. qu.* 5. *n.* 64. *qu.* 6. *num.* 46. *& qu.* 91. *ſub num.* 5. *De Luc. de uſur. diſc.* 14. *num.* 8. *Rot. par.* 19. *rec. dec.* 246. *num.* 13.

Deterioratio debitoris probatur per iuramentum creditoris; *Conſtantin. ubi ſupra n.* 47. 76. 95. *Rot. dec.* 81. *num.* 9. *par.* 16. quæ tamen deterioratio probandum eſt quod ſecuta fuerit poſt obligationem, *Rot. cor. Buratt. dec.* 351. *n.* 6. *& in recent. dec.* 160. *n.* 12. *& ſeqq. par.* 14.

Stante neceſſitate, & periculo fugæ, ſufficiunt atteſtationes extraiudiciales, *Marin. ad prax. proceſſ. executivi dec.* 3. *Conſtant. ubi ſupra num.* 3.

Plures ſunt quæſtiones, quæ in hac materia ſuſcitantur, pro quorum reſolutione legentes remitto ad citatos Auctores, quia reſpicere poteſt aliquando præſcripta a reſpectivis locorum Statutis, & quodammodo arbitraria Iudici evadit, ut videre eſt penes *Menoch. de arbitr. iudic. caſ.* 87. *ſub num.* 19. *& num.* 20. *Rodriguez. de concurſ. credit. par.* 1. *artic.* 6. *num.* 75. *Cavalcan. dec.* 2. *num* 3. *& ſeqq. n.* 18. *par.* 1. quibus ad materiam addo *Surd. conſ* 68. *Covarruv. practicar. quæſt. cap.* 10. *n.* 5. *Scannarol. de viſit. carcer. lib.* 2. §. 8. *cap.* 2. *num.* 42. *& cap.* 4. *num.* 35. *Borgnin. Cavalcan. dec.* 1. *num.* 4. *& dec.* 2. *n.* 3. *& ſeqq. par.* 1. *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 160. *n.* 3. *&* 10. *Pecch. de iur. ſiſt. & manuum iniect. cap.* 4. *num.* 5. *&c. & cap.* 7. *n.* 7. *Scaccia de iudic. lib.* 1. *Caccialup. de debit. ſuſpect qu.* 1. *n.* 1. *Marant. in prax. par.* 4. *diſt.* 9. *n.* 125. *Thomat. dec.* 85. *n.* 22. *Cartar. dec. Genu.* 40. *per tot. Cephal. conſ.* 407. *per tot. Theſaur. deciſ.* 220. *Gratian. diſcept. for.* 641. *Aleſſandr conſ.* 192. *lib.* 7. *Facchin. controv. iur. lib.* 8. *cap.* 58. *Giurba dec.* 4. *Rot. dec.* 61. *par.* 11. *rec.*

Surd.

Surd. dec. 307. *Maſcard. de probat. concl.* 406. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 40. *Maſcard. concl.* 456. *Rot. poſt conſ. Ramon. dec.* 18. *Addent. ad Buratt. dec.* 531. *Dec. conſ.* 75. *Bald. conſ.* 285. *Ubert. de cit. cap.* 7. *Boer. dec.* 215. *Onded conſ.* 49. *Ricc. collect.* 115. *Rot. cor. Cavaler. deciſ.* 3. *Mareſcot. lib.* 1. *cap.* 24. *Monac. dec. Bononienſ.* 26. *Fontanell. dec.* 230. *Myſinger. obſervat.* 65. *centur.* 7.

De probationibus.

PRobatio, pro ut hic ſumitur, eſt actus iudicialis, quo per teſtes, aut inſtrumenta, aut alia argumenta idonea, fides Iudici fit de eo quod in controverſiam deductum eſt.

Probatio variis modis fieri poteſt, ut puta confeſſione partium, depoſitione Teſtium, Inſtrumentorum exhibitione, Iuſiurandi religione, inſpectione Iudicis, notorietate rei, vehementi fama, atque aliis adminiculis.

Probationes pariter fieri poſſunt per ſcripturas, aut publicas, aut privatas animadvertendo quod in concurſu ſcripturæ publicæ cum privata, publica ſemper præferenda eſt, eo quia privata ſubiacet ſuſpicioni antidatæ, ad *Text. in Leg. Scripturas Cod. qui pot. in pign.* huiuſmodi tamen ſuſpicio purgari poſſet cum depoſitione duorum Teſtium. *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 30. *artic.* 3. *num.* 296. *vidend. Gratian. dec.* 186. *per tot.* & hoc præcipue notandum eſt, quod recognitio Notarii abſque præſentia Teſtium antedatæ forſan ſuſpicionem non tolleret, quia Notario fides non denegatur, eo ſolum caſu ſi adhibeat duos Teſtes. Quomodo poſſit ſcriptura privata, etiam inſtrumento publico præferri, de hiſtoria & libris mercatorum latius diximus alibi, cum de publicis, ac ſcripturis privatis egimus.

Probationis loco ſtat aliquando præſumptio, quæ regulariter ad fundandam Actoris intentionem deſervit; præſumptio hæc alia eſt hominis, alia iuris, alia iuris, & de iure; Prior eſt quædam urgens veriſimilitudo rei in Lege tamen non ſcripta, ut præſumptio ſolutionis, quoad divitem, pauperis debitorem; hæc tamen ſola Actoris intentionem non fundat, ſecunda eſt eſuberans rei veriſimilitudo in Lege ſcripta, & hæc utplurimum intentionem Actoris fundat ac transfert onus probandi in adverſarium, ſed corruit probata veritate, ut eſt præſumptio iuſtitiæ in decreto, aut ſententia: Tertia demum non ſolum eſt ſcripta in Lege, ſed

ob

ſed ob eius robur approbata, ita ut contrariam probationem non admittat, prout eſt præſumptio oriens ex centenaria, vel immemorabili ad mater. *Menoch. de præſ. lib.* 1. *q.* 4. *&* 5. *tom.* 1. *Rot. Rom. Ind. Gen verb. præſumptio*. Itemque probationis loco ſtat iuris regula, *Sabell. ſumm.* §. *regul. num.* 14. unde eam pro ſe habens fundatam habet intentionem. Interdum etiam probationis loco ſtat, & ipſa negativa, unde eam pro ſe allegans, onus affirmativam probandi transfudit in alium; ut puta ſi quis Titium ſine filiis deceſſiſſe allegaret, exiſtentiam filiorum negativam probare non teneretur, ſed adverſarius adfirmativam probare deberet. *Rot. dec.* 121. *n.* 2. *par.* 16. quando vero negativa continet affirmativam, tunc etiam reus eam probare tenetur ex regula, quod reus in ſua exceptione ſit actor *De Luc. de credit. diſc.* 57. *num.* 11.

De Iure Iurando, præſtando in materia Iudiciorum.

IUramentum, ſpeciem probationis eſſe firmant DD., ergo de hac probationis ſpecie hic agendum eſt, prætermiſſis diſtinctionibus iuris iurandi, quæ a Doctoribus excogitantur, & præcipue a Canoniſtis. Nos hic breviter ad rem agendo dicimus tria eſſe iuris iurandi ſpecies, litis & controverſiæ decidendæ gratia comparata, ſcilicet voluntarium, neceſſarium, iudiciale, ut ex *rubr. digeſtorum de iure iurand. & Cod. eod. tit.*

Voluntarium eſt, quod ex conventione a parte parti defertur extra iudicium, ideſt ante cæptum iudicium, *Leg. iuſiurandum* 17. *dict. tit.* voluntarium autem dicitur, quia ex voluntate partium totum pendet, & ab initio ſuſcipi, vel non ſuſcipi poteſt, nec is cui delatum eſt, illud referre, nec is qui detulit cogitur iurare, ſi ab adverſario referatur, ut ex *d. L. iuſiurandum*.

Iuſiurandum neceſſarium eſt, quod in iudicio propter defectum probationum in cauſis dubiis uni ex litigatoribus a iudice defertur ad inſtantiam Actoris, vel ex officio reo invito. *L. admovendi* 31. *ff. de iur. iur. L.* 3. *Cod. de reb. credit.* quod ita appellatur primo relative ad cauſam, quæ expediri nequiret propter probationum inopiam, 2. reſpectu perſonæ cui defertur, quia ſubire cogitur aut pati contra ſe ſententiam ferri, 3. reſpectu ipſius iudicis, eo quia, vel quando non defert, vel ſine cauſa defert litem ſuam facit, *Maranî. in ſpecul. aur. par. 6. de iuram. num.* 2. Iſtud ſiquidem, & ſuppletorium dicitur, quod generali

nerali appellatione iudicialis iuriſiurandi continetur, *Leg. penult.* §. 1. *&* 2. *Cod. de reb. cred.*

Iuſiurandum iudiciale eſt, quod in iudicio, ſeu lite iam conteſtata defertur, vel ab ipſo Iudice, uno ex litigatoribus inſtante, vel ab uno litigatore alteri præſente, & approbante Iudice *Leg. iuſiurandum* 34. §. *ait prætor.* 6. *Leg. tutor.* 35. *ff. de iur. iur.* Hoc iuſiurandum in ſpecie dicitur iudiciale, & eſt ſpeciei mixtæ; nam ſi deferentem ſpectamus, voluntarium omnino eſt ſi eum cui defertur ex parte neceſſarium; neceſſitas enim in eo conſiſtit, quod ſaltem referre cogitur; Imo & qui ſemel detulit referente adverſario ipſe iurare debet, aut pati ſententiam pro adverſario ferri *dict. Leg. manifeſtæ* 38. *ff. de iureiurand.* Ad hanc autem poſtremam ſpeciem, quæſtio quæ hic proponitur pertinet.

Quæritur igitur, an actor qui nihil probavit, nullaque iuris præſumptione adiuvatur poſſit reo deferre iuramentum iudiciale, ea de cauſa ut niſi reus iuret, aut iuſiurandum referat, ſit condemnandum, negant *Maſcard. de probat. vol.* 2. *concl.* 957. *num.* 7. *Carocc. de iurament. lit. deciſ. qu.* 1. *ubi num.* 1. hanc opinionem dicit eſſe communem.

Sunt tamen aliqui qui contrariam ſententiam ſequuntur, *Fachin. controv. Donell. ad tit. de iure iurand. cap.* 12. *num. penult. & ult. Paul. Chriſtineus dec.* 1. *num.* 2. *vol.* 3. *Cuiac. obſerv.* 28. *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 10. ubi quod poteſt etiam ab initio, nullis propoſitis probationibus iuramentum deferri, quibus addo *Oinot. in* §. *item ſi quis inſtit. tit. de action. n.* 11. *Soccin. reg.* 255. *Gratian. dec.* 121. *per tot.*

Sed ad rem noſtram, ut clarior practice loquendo, ſpecies hæc evadat dicendum videtur, quod omne iuramentum attentis circumſtantiis poteſt eſſe litis deciſivum; Alia inſuper inſpectio cadere poteſt, præciſe ponderanda, quia aliquando reſpicere poteſt Actorem, aliquando Reum, quandoque Teſtes, ideo explanandi ſunt modi, quibus illud deferri poſſit, vel non relate ad dictas circumſtantias, ergo primum agemus.

De iuramento in litem, ſeu extimatorio.

IUramentum in litem aliud veritatis eſt, aliud ſecundum intereſſe commune, ſeu commune pretium, vel valorem rei, ut communiter omnibus res valeat; ad hoc ut locum habeat duo requi-

quiruntur, primo dolus, ſecundo difficultas probationis, ut eſt caſus in *Leg. ſi quando Cod. unde vi* „ ibi „ Si non potuerit qui = vim ſubſtinuit, quæ perdidit ſingula comprobare; Taxatione a = Iudice facta pro perſonarum, atque negotii qualitate, ſacra- = mento æſtimationem rerum, quas perdidit manifeſtet, nec li- = ceat ei, ultra taxationem a Iudice factam iurare = Sufficit etiam aliquando mora in non reſtituendo, cum difficultate probationis veluti, quando debitor ſpeciei eſt in mora reſtituendi, & ſpecies deinde periit; quo caſu valor probatur iuramento, ſecundum communem æſtimationem, de qua ſpecie iuramenti in litem veritatis agit, *Text. in Leg. actionibus ff. de in lit. iurand.*

Aliud iuramentum in litem eſt affectionis, non ſecundum commune intereſſe, vel ſecundum communem valorem rei, ſed ſecundum ſingulare intereſſe, & ſecundum particularem affectionem ipſius Actoris, quia illud intereſſe, illaque affectio non aliis, ſed Actori ſolo competit: Quod defertur quatuor concurrentibus: I. Natura rei petitæ, ut ſit res in quem cadat affectio, nam in rebus in quibus non cadit non datur iuramentum, ut eſt in pecunia: Hæc enim cœteris paribus habet uniformem, & certam æſtimationem ideo non iuratur in litem, *Leg. nummis 3. ff. de in lit. iurand.* „ ibi „ Nummis depoſitis Iudicem non opor- = tet in litem iuſiurandum deferre, niſi forte de eo quis iuret = quod ſua interfuit, nummos ſibi, ſua die redditos eſſe. II. Ut agatur actione bonæ fidei, vel etiam ſtricti iuris, Scilicet arbitraria propter contemptum mandati Iudicis: III. Ut concurrat dolus condemnati in reſtituendo rem quam habet, ſeu illam quam dolo deſiit habere, neque hoc caſu ſufficit lata culpa *d. Leg. in actionibus verſ. in his*. IV. Ut perſona iurans ſit dominus rei, vel quaſi: V. Requiritur ut Iudex deferat: Ad mater. quid iur. ſit in lit. quotuplex, & alia, *De Luc. de Tutor. & Curator. diſc. 8. & 9. Cyriac. controv. 5. 60. & 89.* in quibus caſibus locum habere poſſit, vel non, *Plot. de in lit. iur. Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 2. n. 150. ad 229.*

De Iuramento ſuppletorio.

Suppletorium iuramentum regulariter defertur ſemiplene probanti ad probationem ſupplendam: *Leg. admonendi 31. ff. hoc tit.* vel dum de re modica agitur, quod regulatur plerumque Iudicis arbitrio, vel ex diſpoſitione Statuti, ut Florentiæ

ex *lib.* 2. *Rubr.* 3. 4. Sunt tamen aliquæ cauſæ in quibus iuramentum ſuppletorium excluditur, & primo in cauſis matrimonialibus, criminalibus, beneficialibus, vel de inſolitis, vel de præſcriptione odioſa, interdum cauſis criminalibus æquiparantur cauſæ magni ponderis, ſeu magni præiudicii, vel de ſemiplena probatione præſumptive tantum, & non neceſſario concludente: Tertio quando cui defertur non poteſt teſtimonium perhibere de ſenſu proprio, quia hoc eſt iuramentum veritatis non credulitatis: Quarto parti infami, ſuſpectæ de periurio, alias modicæ fidei quod Iudicis arbitrio relinquendum eſt, *Aleſſandr. conſ.* 39. *num.* 10. *Gratian. dicept forenſ. cap.* 144. *num.* 41. *Magon. dec. Florent.* 12. *n.* 13. hactenus de iuramento actorem reſpiciente.

De Legitimatione, & Legitimitate perſonæ in iudiciis probanda, vel facienda.

IN omni iudicio legitimitatem perſonarum probandam eſſe compertum eſt, *Leg. ſi quæramus ſſ. de Teſtam. Leg. non ignorat. Cod qui accuſar. non poſſ.* Sed ad vitanda æquivoca ſcire oportet, aliam eſſe legitimitatem, aliam perſonæ legitimationem. Prima namque probatio fit demonſtrando ſe ex iuſtis nuptiis ortum eſſe, vel aliquo ex modis, alias in prima parte expoſitis legitimatum: Regulariter fit iuris præſumptione, cum legitimus quiſque præſumatur: Verum quando legitimi ac naturales ſunt vocati, tunc *legitimitas* uti qualitas expreſſe a Teſtatore volita, non ſola iuris præſumptione, ſed facti probatione eſt concludenda; ut ex fide baptiſmatis vocatæ perſonæ, eiuſque patris, & matris matrimonio, aut coniecturis idem concludentibus, veluti enunciativis in inſtrumentis, aut ſcripturis publicis, aut quia officium ſive dignitatem haberet, nonniſi legitimis conferendam, vel bona poſſederit, quæ alio titulo poſſideri non poſſent.

Secunda vero eſt probatio tituli, quo quis in iudicio compareat uti Procurator, uti Tutor &c. tunc enim exigitur legitimatio, probatio nempe, ſe talem eſſe qualem ſe facit. Certum ſiquidem eſt in omni iudicio tam ordinario, quam ſummario, & executivo hanc probationem faciendam eſſe, *Aſinio in prax.* §. 28. *cap.* 1. *n.* 2. *Rot. poſt Zacchia de Obligation. Cameral. dec.* 76. *n.* 6. Quod quidem intelligendum eſt procedere, parte opponente, & contradicente, alias valet proceſſus etiam non facta legitimatione perſonarum. *Rot. par.* 9. *rec. deciſ.* 307. *n.* 24. *&* 25. *& par.* 15. *dec.* 535. *n.* 2. *par.* 17. *dec.* 310.

Qua-

Qualiter ſit facienda in iudicio; ex quibus facta, & reſpiciat perſonas, non cauſam, & requirat cognitionem, ad materiam vidend. *Tuſch. litt. L. concl.* 244. 245. *&* 246. *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 535. *per tot. De Luc. de iudic. diſc.* 12. *per tot. Ridolphin. in prax par.* 1. *cap.* 6. aliquando etiam requiritur in iudiciis quod identitas perſonæ probetur, de qua materia vidend. *Index general. Rot. Rom. in verb. identitas perſonæ* .

De Probatione, quæ fit per confeſſionem Rei mediante Iudiciali Iuramento, & quomodo illud deferendum ſit.

QUandoque aliis deficientibus probationibus Actor ſolet confugere ad probationem mediante iuramento, quod auctoritate Iudicis Reo defert. Quod ſi Reus confiteatur potiſſimum iuramento accepto de veritate dicenda, liti finis imponitur, quia partium confeſſio omnium probationum efficacior eſt, cum ſententiæ ac rei iudicatæ æquiparetur *Leg.* 1. *ff. de confeſſis* . Vulgare etenim dicterium habemus = non eſt maior probatio quam propria oris confeſſio = Præſumendum etenim non eſt, quod quiſpiam ſe velit remque ſuam perdere, *Leg. non alienum ff. de interrogator.*

Apud Practicos quamplures terminos habemus inter ſe implicantes qui Tyronibus dubietatem afferre poſſunt, igitur iiſdem, morem gerendo, dicimus quod paſſim legimus dari articulos, interrogationes, interrogatoria, poſitiones, capitula, quæ vocabula promiſcue uſurpantur nam quandoque nomen = Capitulum = comprehendit, poſitionem, & articulum = Articulum = interrogatoria & ſic de ſingulis, ut paſſim videre eſt penes *Peregr. in prax. par.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 14. *n.* 14. & paſſim alibi, In hoc enim regionis noſtræ ſequemur praxim , ubi = poſitiones ſunt, quæ dantur ab Actore Reo, ad eruendam veritatem, & definiuntur ſic: = Simplex aſſertio facti, ad cauſam pertinentis, medio iuramento = in ſcriptis exhibita, ad hoc ut per reſponſionem adverſarii ad = Interrogationem Iudicis pars relevetur ab onere probandi = Dicitur ſimplex aſſertio, quia ponens debet diſpoſitive ponere omnia ad differentiam interrogatorii in quo interrogans nil confitetur, vel adfirmat: *Alex. conſ.* 92. *in princ. lib.* 5. Dixi facti, quia poſitio debet eſſe ſuper facto, non ſuper iure, *Tuſch. litt. T. concl.* 393. In ſcriptis, poſitiones enim debent in ſcriptis exhiberi , *Clement. ſæpe §. verum de verbor. ſignificat.* & prout latius infra &c.

Hæc

Hæ nullo limite circumſcriptæ ſunt, & fieri poſſunt tam ſuper negotio principali, quam ſuper acceſſoriis; & ſic concipi ſolent = Primo pone, come la verità fu, ed è che detto ponen- = te, pagò a detto riſpondente ſotto dì... ſcudi cento per ſal- = do di quanto gli doveva fino al tal tempo &c. = quibus poſitionibus a Reo reſpondendum eſt = per verbum = credo, o non credo =

Poſitiones tamen ſunt in actis ab Actore producendæ, præſtito ab eodem iuramento, quod eaſdem veras eſſe credit alias Reus non teneretur illis reſpondere, *Alexandr. conſ.* 151. *n.* 2. *lib.* 5. ſed ſi pars non opponeret iuramenti deficientiam & reſponderet, valida eſſet reſponſio, *Papienſ. in prax. in forma excipiend. contra poſitiones §. petens ante omnia in verſ. ſub eius calumniæ iuramento:* Pariterque reſponſio fieri debet previo reſpondentis iuramento. *Gaill. obſerv.* 79. *num.* 10. *obſerv.* 82. *n.* 1. *lib.* 1.

Quandoque non tenetur quis reſpondere poſitionibus, & primo ſi eſſent interrogative conceptæ, *Marant. de ordin. iudic. tit. de poſitionibus num.* 13. ſi eſſent criminoſæ, captioſæ, obſcuræ, dubiæ, impoſſibiles, iuri contrariæ, non facientes ad cauſam, *Papien. in forma exception. contra poſit.* quare inſtante parte viſitari per Iudicem, ac reſecari debent: & quæ reſecandæ. *Conſtant. ad Stat. Urb. art.* 8. *num.* 63. *& ſeqq.*

In noſtris Tribunalibus producuntur poſitiones ſigillo obductæ, nec de illis datur copia.

Obſervandum tandem eſt, quod poſt productionem Iudex aſſignat terminum ad reſpondendum, quo elapſo, & non facta reſponſione in contumaciam reſpondere debentis eaſdem declarat habendas eſſe pro confeſſatis, quæ confeſſio præiudicat non reſpondenti, & contumaci, *cap.* 2. *de confeſſis in* 6. *ubi Gloſſ. in verbo pro confeſſo*, *Cavaler. dec.* 562. *n.* 1. *Peregr. in prax. par.* 2. *ſect.* 11. *ſubſect.* 4. *n.* 23. *pag.* 156.

Poſſet etiam poſitionibus reſponderi per Procuratorem ſi ad hoc haberet ſpeciale mandatum ad reſpondendum = *ſic & ſic* = *Speculator. de poſit. lib.* 2. *in §. ſexto tractandum &c.* quamplura ſcitu oportuna videri poterunt penes citat. Auctores.

Agendo nunc de interrogatoriis diverſimode conſiderari poſſunt, ſcilicet aut ſunt quibus Actor a Reo reſponderi contendit, vel quibus a Teſtibus; quoad primam partem huius diviſionis dicendum quod pars non poſſet audiri per modum interrogatorii, niſi ſuper præparatoriis Iudiciorum, de quibus in *tot. tit. de geſtorum de interrogat. action.* ſed in negocio principali, & cauſæ meritis non debet audiri niſi per modum poſitionis: *Caſtrenſ.*

in. Leg.

Digitized by Google

in L. Iudic. n. 7. ubi tradit hoc eſse notandum in praxi, quia pauci ſciunt, & ibi *Iaſon. n. 6. C. de iudic. Marant. in ſpec. aur. de ord. iudic. par. 6. membro 7. n. 6. vid. Text. in L. prima ff. de interrogator. action.* magiſtraliter agent *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 51. per tot.* Verum præparatoria admittuntur interrogatoria tantummodo ſuper quibuſdam iudicii tantum præparationem reſpicientibus, ne alias hærede, vel poſſeſſore non exiſtente, Actor fruſtra fatiget = videlicet an quis, & pro qua parte ſit hæres = = an, & pro qua parte poſſeſſor = quod ſi quis præparatoriis reſpondere recuſet poteſt per Iudicem oportunis iuris remediis compelli, *Leg. ſi defenſor. §. illud ff. de interrogat. action. Papienſ. in form. interrog. ſiend. §. compellatis num.* 1. Hactenus de interrogatoriis præparatoriis inter reum, & actorem, veniendo nunc ad ſecundam partem diviſionis, explanandum eſt de interrogatoriis reſpicientibus teſtes, ſed priuſquam ad eam accedamus videndum quis ordo ſervandus ſit in huiuſmodi circumſtantia.

Certum ſiquidem eſt quod aliquando probatio fieri poteſt per teſtes; iſti enim inducuntur examinandi vel ſuper atteſtationibus ab ipſis, vel ab aliis de eorum mandato conſcriptis, vel ut aiunt, ſuper articulis, vel ut noſtrates aiunt, ſuper capitulis, & ex *Peregr. in prax. tit. de poſition par. 2. ſect. 2. ſubſect.* 4. Articuli ſunt = Pars intentionis, continens id quod quis probare intendit per Teſtes, aut per Scripturas, quatenus dicta Teſtium = negarentur =

In praxi exhibentur in iudicio atteſtationes, vel articuli, ſeu capituli, qui ſic concipi ſolent, præmittendo primum = articulos infraſcriptos, dat, facit, & exhibet NN. ſuper quibus petiit examinari teſtes nominati, vel nominandi = Primo capitolo, = e provare intende NN. che nel meſe di &c. pagò a Tizio ſcudi cento = poſt exhibitionem de ſtylo noſtræ Curiæ adſignatur terminus Parti adverſæ viginti quatuor horarum ad danda interrogatoria, cum comminatione, quod eo elapſo, devenietur ad recognitionem iudicialem atteſtationum, ſeu capitulorum abſque interrogatoriis, & nota, quod dictus terminus eſt horarum iuridicarum, quod ex conſuetudine extenditur ad triduum. Iuxta praxim in Etruria vigentem non citatur Pars ad videndum iurare teſtes, ut obſervatum fuit cum de iure iurando egimus.

Si Pars velit, quod Teſtes examinentur etiam ſuper interrogatoriis poterit in dicto termino eoſdem exhibere.

Interrogatoria inſuper teſtibus danda plerumque ſunt = Quædam circumſtantiarum facti requiſitiones ad eruendam veritatem, & ad dignoſcendum ſi ea quæ deponunt in atteſtationi- = bus

= bus, ſive in capitulis vera ſint, & conveniant, cum dictis cir-
= cumſtantiis, nec ne =

Interrogatoria ſigillo obducta, & clauſa exhibentur, neque ab Adverſario copia prætendi poteſt: *Marant. in ſpecul. aur. par. 6. tit. & quando ſiunt interrogationes* §. *de interrogat. ſeptimo membr. iudicii num.* 20.

Exacto examine publicantur depoſitiones cum aſſignatione termini parti notificanda, ad dicendum, vel ad faciendum quidquid &c. Uſus tamen plura docebit: Animadvertendo pro coronide huius materiæ, quod ſicut poſitiones, interrogatoria etiam parte inſtante viſitari, & reſecari poſſunt.

NOTÆ.

Teſtes compelli poſſunt ad examen, *Paulut. diſſert.* 96. *n.* 2. *& ſeq. tom.* 2. *Sanfelic. in prax. ſect.* 50. *n.* 16. *Surd. dec.* 196. etiam mulcta indicta, & captis pignoribus, *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 11. *n.* 143. Limita primo, in conſanguineis, & affinibus, qui cogi nequeunt, *Alexandr. conſ.* 18. *n.* 3. *& ſeq. lib.* 1. ſecundo, in filio contra patrem, *Alexandr. dict. conſ.* ultimo, in teſte qui repellitur a teſtificando ob crimina ſibi obiecta, *Clar. in prax. crim. qu.* 24. *circa fin.*

Et an reiiciendi ſint ſi irrelevantes prætendantur, vel cum clauſula ſalvis exceptionibus ſint admittendi, vel altera poni ad partes, hoc eſt extra iudicii acta eorum examen reponendum, donec Iudex ad cauſam conferre recognoſcens de actis fieri iubeat, vidend. *De Luc. index general. verb. remiſſor. de iudic. diſc.* 31. *n.* 2. 3. 20. 21. utplurimum materia hæc remittitur prudentis Iudicis arbitrio.

De Reo, & alia, & de aliis rebus ad eum pertinentibus.

REI olim appellabantur non qui arguebantur, ſed omnes, quorum de re diſceptabatur, ut tradit *Cic. l.* 2. *de Oratore cap.* 43. Reus ergo in iudicio civili, de quo agimus, a re dicitur, & eſt cum quo agimus, *Leg.* 3. *in princ. ff. de iur. iurand.* hic autem dupliciter conſiderari poteſt, aut uti contumax, aut uti ſe defendens; videndum igitur primo quid ſit contumacia, & quos pariat effectus: contumacia, a contemnendo deſcendit, & ab *Hoſtienſe in ſum. tit. de contum. n.* 10. definitur = inobedientia a legitime vocato erga Iudicem in iis, quæ ad eundem pertinent com-

commiſſa. Cum enim Reus plerumque iudicii aleam ſubire recuſet, Iuſtinianus eum ſæpe vocat fugientem, ut in *Leg. properandum §. & ſi quidem Cod. de iudic. ibique Gloſſ. in verb. fugiente*, hic invitus quoque cogendus eſt, ut coram Iudice compareat, ne actoris intentio eludatur, ad *Text. in Leg. neque fœminæ ff. de Procurator.*

Contumacia Rei non comparentis duplex eſt, vera, ſeu evidens, vel ficta, ſeu interpetrativa, ſeu præſumptiva: vera eſt cum quis legitime citatus nullo iuſto impedimento detentus, latitat, & proteſtatur ſe numquam compariturum: præſumpta eſt, cum quis non fuit perſonaliter citatus, quia non fuit inventus, ſeu per Ædictum affixum ad domum, vel valvis Curiæ, ita ut dubium ſit ſe fuiſſe citatum nec ne, & tamen non comparet, nec eligit Procuratorem in termino ad comparendum conſtituto, tunc enim præſumitur contumax niſi moram purget allegando cauſam ſuæ contumaciæ *Pax Iordan. lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 13. num. 183. Rot. dec. 254. n. 5. par. 6. rec.* Pœna qua punitur Rei contumacia eſt, quod ſi ſit contumax poſt litem conteſtatam, abſque cauſa legitima in iudicio non compareat, & liqueat de cauſſa, ferenda ſit ſententia definitiva contra ipſum; ſin autem de cauſa non liqueat, Actor a Iudice mitti debeat in poſſeſſionem bonorum Rei, reſervata ipſi facultate agendi ſuper proprietate, per *Text. in cap. pro ut de dolo, & contumacia*, ſin autem ſit contumax ante litem conteſtatam actor mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum Rei cuſtodiæ cauſa, iſtud remedium a iure inductum eſt ut Reus talis immiſſionis tædio affectus reſponſurus accedat, quare hæc immiſſio a DD. tedialis vocatur, ut apud *Connan. in Leg. ſi finita §. Iulianus ff. de damn. infect. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 120. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 6.* hæc autem immiſſio actoris in poſſeſſionem bonorum Rei contumacis dicitur fieri, ex primo decreto, & definitur = Sententia interlocutoria Iudicis, = qua ob contumaciam rei, actor in poſſeſſionem bonorum mit= titur, cuſtodiæ cauſa, ut ea pignoris vice detineat =

Obſervandum tamen eſt, quod agens actione reali puta reivindicatione, mittitur in poſſeſſionem rei controverſæ, puta eius rei quam ſuam eſſe dicit, *Leg. Fulcinius §. Celſus ff. ex quibus cauſis &c. Leg. ſi finita §. Iulianus ff. de damn. infect.* Agens autem actione perſonali mittendus ſit in poſſeſſionem omnium bonorum, *Leg. cum proponas Cod. de reb. auctor. iud. &c.* Ratio eſt, quia actio realis dirigitur ad rem petitam, quamque Actor dicit eſſe ſuam, quod non evenit in actione perſonali denique ſi de Reo in iudicio comparente agatur, certum eſt eidem compe-

tere

tere poſſe exceptiones; hinc oritur, quod de exceptionibus dicendum ſuperſit.

De Exceptionibus.

EXceptio definitur = Actionis excluſio = vel eſt defenſio Rei, qua intentionem Actoris elidere conatur, *Leg.* 2. *in princ. ff. h. t.* Exceptiones aliæ ſunt Dilatoriæ, aliæ Perentoriæ. Dilatoriæ dicuntur, quæ principale negocium eiuſque cognitionem, vel iudicium ad tempus protrahunt = ut ſi procurator negetur habere mandatum. Peremptoriæ vocantur, quæ ius Actoris perimunt, ut exceptio pacti de non petendo. Verum ſi Dilatoriæ Iudicis perſonam reſpiciant, dicuntur Fori declinatoriæ: notandum tamen eſt, quod Reus in ſua exceptione fit Actor, nam ſi opponat v. gr. ſolutionem, eam probare tenetur, cum ſit quid facti, alias condemnandus eſt.

Exceptioni contraria eſt replicatio, qua Actor elidit, vel negat exceptiones Rei: Sed contra replicationem datur reſponſio, quæ dicitur duplicatio, triplicatio &c. de quibus fuſe agunt Canoniſtæ in hiſce titulis, ad quos plura cupientes remitto.

Quum baſis bene inſtructi iudicii ſit competentis Iudicis iuriſdictio, unde diligenter animadvertendum, quod aut Iudex ordinariam habet iuriſdictionem, ſed ad quaſdam tantum cauſas limitatam, & tunc eius defectus erit opponendus, alias per ſimplicem apud eum comparitionem, ſine huiuſmodi defectus oppoſitione ordinaria de partium conſenſu excitata videretur: Aut ordinariam non habet iuriſdictionem, ſed ad certas tantum cauſas delegatam, & tunc eius defectus, ſemper opponi poteſt, imo neque eo oppoſito, ſententia nulla eſt.

Nullitas etiam oriri poſſet ex lapſu inſtantiæ, ultra quam Iudici ſententiam ferre eſt prohibitum.

Inſtantia eſt tempus Cauſæ Iudici ad eiuſdem terminationem prefinitum, quod *Florentiæ ex Leg.* 14. *Maii* 1532. a partibus prorogari nequit, & iuxta *Legem diei primæ Ianuarii* 1772. Sic preſcribitur in §. XXXIII. = Le Iſtanze delle Cauſe tanto intro-
= trodotte a principio, quanto devolute per appello, o per via
= di Compromeſſi neceſſari avanti i Magiſtrati di Firenze, vo-
= gliamo che ſiano di meſi ſei correnti da decorrere dal giorno
= in cui reſteranno commeſſe per Decreto de medeſimi Magiſtra-
= ti = e al §. XXXVII. = nelle Cauſe poi di ſeconda, ed ulte-

= riore

= riore Iſtanza, che dovranno eſſere commeſſe alla Ruota ſirà = l' Iſtanza della Cauſa ſoli quattro meſi da decorrere dal gior- = no, che ſarà ſegnato il Decreto di Commiſſione della Cauſa.

Exceptionem declinatoriam parit præventio, quæ eſt quædam Cauſæ ante competentem Iudicem anticipatio, ſeu Iudicis competentis exercitium, priuſquam alter pariter competens circa eamdem Cauſam, ſua utatur iuriſdictione. Præventio ſiquidem altera eſt Iudicis, altera partis; poſtremæ huius natura eſt cum quis ius ſuum coram Iudice competenti prius quam adverſarius deducit coram altero pariter competenti; præventio vero Iudicis ea videtur, cum Iudices inter plures, parem ſeu ſolidalem iuriſdictionem habentes, eorum alter in exercitio prævenit, *Sabell. in ſumm. §. præventio, De Luc. de iudic. diſc. 3. num.* 37. An vero per ſimplicem executam citationem, vel aliud medium induci queat, *Tondut. de præventione par. 2. cap.* 58. *per tot. Caball. conſ. deciſ.* 49. *lib.* 2. *Carleval. de iudic. lib.* 2. *diſp.* 7. *per tot. Franc. dec.* 505. *per tot.* & præcipue *ſub n.* 15. inter alios præventionis effectus ille eſt, ut cauſa præventa, ſi de Iudicis præventione agatur, coram præveniente terminari debeat; at ſi de illa partis coram Iudice a parte prævento, qui alterius Iudicis manus per inhibitionem ligabit: *Leg. ubi cœptum ff. de iudiciis ibique DD.*

Alter præventionis effectus eſt impediendi cauſarum diviſionem, ne contingat ſententia contra ſententiam colluctari, *Tondut. de prævent. par.* 2. *cap.* 58. *per tot. Carleval. de iudic. lib.* 2. *diſput.* 7. *per tot.*

Iudicium concurſus creditorum præventionem ſemper inducit, omnemque particulare ſilere facit, imo ubicumque debitor communis ſit reus omne ad ſe trahit, ne bis idem decerni, vel ſententia contra ſententiam ferri contingat, *Leg.* 1. *&* 2. *ff quarum rerum ad eumdem Iudicem eatur, Carleval. de iudic. lib.* 2. *tit.* 2. *diſput.* 2. *Salgàd. labyr. cred. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. 15. *&* 22. *Anſald. de commerc. diſc.* 11. *num.* 21. ut videbimus in ſua ſede.

Florentiæ ex Stat. Curiæ Mercatorum aliud datur univerſale iudicium, quod dicitur Syndacatus, in quo conquaſſatis hypothecis præter aliquas in dicto *Stat. ac Lege* 11. *Aprilis* 1713. contentas, ut alibi obſervatum fuit, creditores per contributum, ſive per æs, & libram concurrere debent; at iudicium hoc non niſi a creditore negocii, aut officinæ vulgo = dello ſportello = promoveri poteſt: hoc aliud civile, aliud criminale eſt; primum contra debitorem, non doloſum inſtituitur, de quo loquitur in

Statuto dictæ Curiæ *lib.* 3. *Rub.* 2. = Secundum contra doloſe decoctum, de quo loquitur *Lex anni* 1581. *diei* 20. *Aprilis* = vid. *Sabell. in prax. verb. Falliti*.

NOTÆ.

Iudex poteſt recuſari uti ſuſpectus, & quibus de cauſis, *Menoch. de arbitr. caſ.* 485. *per tot. Gratian. diſcept. cap.* 4. *per tot. & cap.* 100. *per tot. Geriſpin. conſ.* 95. *per tot. Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 117.

Alia exceptio in iudiciis oriri poteſt, quæ oritur ex defectu aſſecurationis; eſt enim aſſecuratio Iudicii, cautio quæ datur, ut aiunt = de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolvendo = Florentiæ tamen nec a Procuratore, nec a Principali, huiuſmodi ſatiſdatio prætendi poteſt, etiam ſub prætextu paupertatis, niſi tamen fuerit Clericus, aut Forenſis, quo caſu regulariter danda eſt cautio, ut ex *Statut. Mercantiæ Rubr.* 13. *lib.* 2. *& Rubr.* 4. *lib.* 3. *ac ex Stat. Commun. Florent. Rubr.* 17. *lib.* 2. At quæ cautio a non ſubdito iuriſdictioni præſtanda ſit *Conti dec.* 76. *n.* 20. *dec.* 29. *num.* 3. *tom.* 2. *Palm. dec.* 481. *tom.* 5. in partibus cautio hæc nuncupatur = ſodo di Banco.

De Reconventione.

REO etiam ſubvenitur alio iuris remedio, quod dicitur reconventionis, ſeu mutuæ petitionis, de quibus in decretalibus extat expreſſa rubrica. Quod accidit, quando Reus, viſo Actoris libello eiuſque petitione, illud viciſſim ipſe petit, adeoque uterque, in eodem iudicio, & coram eodem Iudice, quoad diverſa conſtituitur Actor ſimul, & Reus.

Huiuſmodi reconventio locum habet in omnibus cauſis, ubi expreſſe prohibita non reperitur; Prohibetur enim in cauſis criminalibus, in cauſis ſpolii, niſi ſuper alio ſpolio cadat, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus; Item prohibetur in cauſa appellationis, de qua ſolum cognoſcit appellationis Iudex; Item in cauſa depoſiti; denique prohibetur quotieſcumque qualitas cauſæ reconventioni repugnet, ita ut Iudex reconventionis de illa cauſa cognoſcere nequeat Actorem ſuper Cauſa mere Spirituali, & Eccleſiaſtica, de qua Laicus Iudex cognoſcere non poteſt. Animadverrendum tamen eſt, quod in cauſis in quibus reconventio non prohibetur, illa facienda eſt coram eodem Iudice, qui

qui de utraque debet cognoſcere, & ſi de utraque liqueat, una Sententia terminare (1).

(1) *Ad mater. Maranta par. 4. diſt. 6. n. 56. Coſta de remed. ſubſid. remed. 120. num. 31. Tondut. de prævent. par. 2. cap. 58. per tot. Caball. conſ. dec. 79. lib. 2. Fontanell. dec.* 309. *&* 310. *Carleval. de iudic. lib. 2. diſput. 7. per tot.*

De Replicationibus.

POST exceptiones dantur in iure, & replicationes = replicatio autem eſt = *Actoris contra Reum allegatio* = congrua ſiquidem replicatio, ut exceptio actionem, ita exceptionem elidit; Reo enim opponenti Actoris petitioni, ex. gr. *pactum de non petendo*: Actor deinde, novum petendi pactum, vel dolo extortum replicat: hæc tamen Actoris, replicatio per Rei duplicationem poterit elidi, & ſic deinceps, ut *inſtit. h. t.* §. 1. Replicatio enim, nil aliud eſt quam Actoris exceptio, qua Rei exceptionem replicando de medio tollere conatur, *Leg.* 2. §. 1. *de exception.* quæ quidem neceſſariæ ſunt, ut exceptiones excludant, ſemper enim replicatio idcirco obiicitur, ut exceptionem oppugnet, *Paulus in Leg. antepon ff. de exception. Leg. non exceptionibus* 10. *Cod. eod*

De Sententia, & eius Requiſitis.

CErtum eſt aliud eſſe ſententiam, aliud rem iudicatam: de re iudicata oportuniori in loco dicendum erit; ideo hic de ſententia agemus, quæ definitur = propoſitæ controverſiæ legitima, & abſoluta declaratio=& duplex eſt, una quæ definitiva dicitur, altera quæ dicitur interlocutoria; Definitiva eſt illa, qua Iudex cauſam principalem definit, & toti controverſiæ finem imponit; Interlocutoria vero, quæ inter principium, & finem cauſæ non ſuper quæſtione principali pronunciat.

Hæ duæ ſententiæ inter ſe multum differunt; quia definitiva cauſam terminat, non ſic interlocutoria: Interlocutoriam Iudex revocare poteſt, ſecus definitivam: quam tamen declarare poteſt, & ſaltem eodem die ſupplere, ſi aliqua omiſit, quæ in conſequentiam rei, & condemnationis principalis omiſerit v. gr. Si omiſerit imponere reſtitutionem fructuum, *Leg. Paulus* 42. *ff.*

 de

Digitized by Google

de re iudic. Ratio differentiæ eſt, quod per definitivam Iudex ſit functus officio ſuo, & in cauſa principali deſinit eſſe iudex, non vero per interlocutoriam *Leg. Iudex* 55. *ff. de re iudic.*

Varia ſunt Sententiæ requiſita, quarum alia ſolemnitatem iudicialem, alia ordinatam Cauſæ Deciſionem reſpiciunt, *Leg.* 1. *Cod. de ſent. ex pericul. recit.* & multa alia, quæ videri poſſunt apud Canoniſtas præcipue ſecundi generis, quod debeat eſſe conformis libello, abſolutoria, vel condemnatoria, certa, & iuſta, *Maranta par.* 6. *tit. de ſent. n.* 123. *Oinot. §. Curare inſtit. de action. n.* 40. *&c.* monendum quod etſi multa ſolemnia præſcribantur, nihilominus attendenda eſt locorum rationabilis conſuetudo, nec non Tribunalium ſtylus.

Non eſt prætermittendum dari etiam quædam ſpecies ſententiæ, quæ = ab obſervatione iudicii = dicitur, procedens quandoque ab inepta petitione, vel ab inſtantia perempta, & ſimilibus, in quibus caſibus Reus abſolvitur. Hæc ſiquidem principale negocium non diſcutit, ſed iura in alio iudicio experienda ſeu exprimenda præſervat, & ſententia mixta regulariter vocatur, præſeferens Actoris condemnationem in expenſis: differt tamen ab abſolutoria Rei, quia Actor non probabit, & tunc eſt definitiva tranſiens in rem iudicatam, & tollens viam agendi de novo; ex iſta pereunt tantummodo acta ordinatoria, veluti libellus &c. non autem deciſoria, v. gr. probationes. In hac materia vidend. *Ridolphin. in prax. par.* 3. *cap.* 2. *a n.* 127. *per tot.*

De Remediis contra Sententiam, & Rem iudicatam.

POST quam de ſententia actum fuit; de remediis eamdem, modo dubiam, modo irritam conſtituentibus agere oportunum eſt; quæ quidem cum aliquando æque aptari poſſint, & ſententiæ, & rei iudicatæ, ideo varios adacti caſus promiſcuos, ſimpliceſque complectemur: Iudicio completo ſententia mediante, quandoque Parti, quæ ſe læſam ſenſerit, quædam defenſionis ſpecies tribuitur, quod appellatio vocatur, & definitur = ab = inferiori Iudice, ad ſuperiorem Iudicem ratione gravaminis = illati, vel inferendi facta provocatio = Hæc de iure communi interponenda eſt intra decemdium a die publicationis, vel notificationis (ubi viget conſuetudo notificandi) eiuſdem ſententiæ. A læſo hæc, ſeu ab eius Procuratore interponi poteſt nedum apud acta Iudicis (qui dicitur a quo) qui ſententiam tulit,

lit, ſed & apud acta Iudicis ad quem: Provocans intra triginta dies a die interpoſitæ appellationis, inſtare debet apud iudicem a quo ſibi tradi Apoſtolos, id eſt, fidem dictæ interpoſitæ appellationis; intra aliud decemdium cauſa debet committi, & intra annum proſequi cum actorum translatione. Gravatus ea prætermittens, ſententia in rem iudicatam tranſit, ac exequi permittitur, pariterque de iure communi bis appellare licet, ideo ad conſtituendam rem iudicatam tres conformes ſententiæ requiruntur. Verum ex Statuto Florentino *lib.* 2. *Rubr.* 127. ſic diſponitur = quilibet, qui voluerit appellare ab aliqua ſenten= tia, vel præcepto poſſit infra decem dies, a die latæ ſenten= tiæ, & præcepti facti, & inferius debeat præſentare &c. dicto = Iudici appellationis infra octo dies utiles, a die appellatio= nis &c. „ ibique unica tantum appellatio admittitur, & ſic duæ tantum ſententiæ conformes rem iudicatam conſtituunt: idem fere ſtatuit Lex diei primæ Ianuarii 1772.

§. XXII. = Chiunque ſi crederà aggravato dalle Sentenze = proferite dai Tribunali di Firenze, potrà domandare la nulli= tà, e la reſtituzione in integrum dalle medeſime d' avanti il = medeſimo Magiſtrato, che l' averà proferite, e queſto rime= dio a guiſa in tutto, e per tutto dell' Appello produrrà in = avvenire ſempre indiſtintamente, e indifferentemente, e ſen= za curare della prevenzione la ſoſpenſione dell' eſecuzione = della prima Sentenza, purchè venga interpoſto dentro dieci = giorni correnti dal dì che quella ſarà ſtata proferita, e che = ſia proſeguito colla commiſſione della cauſa di reſtituzione in = integrum da farſi dentro altri venti giorni correnti da inco= minciare dal dì che ſarà preſentata negl' Atti la domanda &c. = alias &c. = che al §. XXI. quanto ai Lodi = E proferito che = ſia il Lodo tanto nei compromeſſi volontari, che neceſſari ſia = permeſſo alle Parti intentare il rimedio ſoſpenſivo, interpoſto = che ſia in tempo debito, come ſi dirà in appreſſo, o della = reſtituzione in integrum, o della reduzione *ad arbitrium bo= ni viri* = il qual rimedio nei compromeſſi neceſſari dovrà in= = tentarſi avanti quello ſteſſo Magiſtrato, ove è ſtato fatto il = compromeſſo, e nei compromeſſi volontari avanti qualunque = Magiſtrato competente con obbligo però di commetter la cau= = ſa agl' Auditori di Ruota, ſecondo il Turno &c.

§. XXIII. = Similmente quando la prima, e la ſeconda Sen= = tenza ſaranno difformi, ſi potrà interporre lo ſteſſo rimedio = ſoſpenſivo della reſtituzione, nel termine, e nel modo, e for= = ma detta di ſopra: E quando due Sentenze ſaranno fra di

= loro

= loro conformi, ancor che vi foſſe nata di mezzo una Sentenza = contraria, vogliamo che ſia data alle due conformi la più = piena Eſecuzione, eſcluſo ogni rimedio contro le medeſime =

Quæ dicuntur de ſententiis prolatis in Tribunalibus Civitatis Florentiæ quoad fatalia, & tempus appellationis &c. locum habere non videntur in Sententiis Iudicum Forenſium, ſed uſus plura docebit.

NOTÆ.

Appellare non licet a Sententia Principis, vel Iudicis Delegati a Principe, nec ubi adſunt duo conformes, in quibus caſibus permiſſa eſt ſupplicatio pro reviſione a Principe impetranda, *Sanfelic. dec.* 381. *cum addit.* nec a Decreto de aperiendo Teſtamento, nec ubi periculum eſt in mora, nec in cauſa alimentorum futurorum, nec a Sententia contra Adminiſtratorem & in multis aliis caſibus, de quibus *Ridolphin. in prax. cap.* 13. *num.* 112. *& ſeqq.*

Nec regulariter de iure civili admittitur appellatio ab interlocutoria, niſi habeat vim definitivæ, idem *Ridolphin. loc. cit.*

Aliquando poteſt admitti appellatio ad effectum devolutivum tantum, non ſuſpenſivum, quia non obſtante appellatione fit executio, & valet appellatio, quoad devolvendum negocium coram Iudice ad quem, & accidit præcipue in iudicio mere poſſeſſorio, in quo non admittitur ad effectum ſuſpenſivum, *Leg. unic. Cod. ſi de moment. poſſ. appellat. fuerit Maranta. ſpecul. aur. par.* 6. *tit. & quando appellatur &c.* & in aliis etiam caſibus, videlicet ſi agatur de alimentis futuris in mandato de evacuando ſive de extractando, & ſimilibus, de quibus *Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 167. *&* 169. *cap.* 6. *n.* 27. *cap.* 10. *n.* 76. *cap.* 11. *n.* 89. *cap.* 12. *n.* 277. *cap.* 13. *n.* 142. *partis ſecundæ*.

Quæſtio eſt an appellans, ſeu appellatus teneantur pro fundamento ſuæ intentionis tranſportare acta Iudici ad quem: vide pro, & contra *Gratian. diſcept. for. cap.* 121. *per tot. Guid. Pap. dec.* 20. *&* 30. *per tot. Cavaler. dec.* 43. *deciſ.* 67. *& deciſ.* 119. *Merlin. dec.* 74. *& dec.* 127. ubi quod acta diverſi iudicii non ſunt tranſportanda etiam ſi fuerint exhibita, *Rot. par.* 9. *recent. dec.* 270. *num.* 26. *Surd. dec.* 327. *per tot.* ubi videtur concludere, quod appellanti ſufficiat exhibere Sententiam, a qua dicit ſe eſſe gravatum, ſed limitatur ſcilicet quod appellans regulariter tenetur tranſportare omnia acta, niſi appellatus ipſe inſtaret pro confirmatione Sententiæ, & in his terminis volunt procedere *dec. Surdi*, & ſequacium, ſed vidend. *Pax. Iordan. Lucubrat.*

volum.

volum. 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *Rot. par.* 10. *rec. dec.* 35. *n.* 49. *&c.* ubi agitur quomodo appellans poſſit repetere ab appellato expenſas pro rata, ſi uti voluerit actis tranſportatis, ſalva locorum conſuetudine, *Scacc. de appell. qu.* 20. *n.* 63. *per tot.*

Notæ Ad Materiam Iudiciorum.

Animadvertendum primo eſt in Ordinatoriis iudicii Statutum Iudicis ad quem, ſeu ſecundæ Appellationis, vel ulterioris Inſtantiæ obſervandum eſse: In deciſoriis vero illud Iudicis a quo, ſive prioris Inſtantiæ, *Conſtant. ad Stat. Urb. in prælud. tit.* 1. *n.* 115. 139. *&* 149 Item ſcire oportet abſentem Reum in exteri Principis Iuriſdictione morantem in loco Domicilii conveniendum, hæredem vero in loco ubi defunctus degebat: At Reus etiam in loco rei ſitæ poterit conveniri, ſi præſens ſibi fuerit, vel ibidem Procuratorem habuerit, *Text. in Leg. ſed etſi ſuſcepit §. ultim. ff. de iudic. Gloſſ. in Leg. hæres abſens §. proinde verba debebit ff. eod.* Florentiæ viget Praxis deputandi per Iudicem, ſeu Magiſtratum Curatorem dicto abſenti, cum termino Curatori ad certiorandum Principalem, quo elapſo Curator erit citandus ad omnes actus, qui ſi Reo ſit perſonaliter notificandum, veluti ad reſpondendum poſitionibus &c. tunc erit obtinenda facultas a Magiſtratu Supremo Prætori Urbis directa, ut hic in ſubſidium iuſtitiæ literas Ordinario Iudici Principis exteri tranſmittat, verum uſus hic plura docebit.

Obiter erit quoque notandum, quod iudicio incohato inter Actorem, & Reum, nova perſona poteſt intervenire, quæ intereſse prius in cauſa (ſaltem apparenter) probato ad hanc petens admitti, erit admittenda, ſed querendum eſt an = in ſtatu, & terminis = aut ex integro = ſive prout in prima = & dicendum eſt, quod ſi tertius admitti petens, ſecundarium, ſeu conſecutivum intereſſe tantum habeat, non autem principale, quia Defenſor ſit neceſsarius, ſive Auctor laudatus, unum nempe ex collitigantibus moleſtiam in re patientem defendere obligatus, vel etiam defenſor voluntarius, quia uti Fidecommiſsarius ob ius in Fidecommiſso ſperatum ad hæredem gravatum ſublevandum in illo moleſtiam patientem admitti petat, & tunc quia citato hærede ius principale habente, ſecundarium habens intereſse non debet neceſsario citari, cum acta, ac ſententiæ ſine huius citatione valida ſint; erit hoc *in ſtatu, & terminis*, ut acta, atque Sententias, at ſi ſecum latas ſufficiat ſolum admittendus.

Verum ſi Tertius ad Cauſam veniens principale habuerit inte-

intereſse, quia utriuſque Collitigantis ius prætendat excludere, vel quia uni ex eis ius habeat coæquale; Primo caſu cum ius Collitigantium nullam cum eius iure habeat connexionem, tertius *ex integro, & tamquam in prima* erit admittendus: Secundo caſu erit diſtinguendum aut coæquale ius eſt dividuum quia de cohæredibus, aut ſociis circa rem communem agatur, & tunc quia acta cum collitigante geſta, ſunt valida, ſed tertium non afficiunt, ac ideo ius ſuum ſalvum remanet, & erit *in ſtatu, & terminis* admittendus: aut vero ius ſuum cum Collitigante eſt individuum, & tunc quia proceſsus, & acta cum Collitigante geſta, ipſius Tertii reſpectu nulla ſunt, cum in individuis unius ex intereſse habentibus, citationis defectus nullitatem operetur, ideoque Tertius ſtare iis non tenetur, & tunc erit *ex integro, & tamquam in prima* admittendus.

Tertio autem *in ſtatu, & terminis* admiſso licet acta, & ſententiæ ad faciendum numerum ipſi obſtare videantur, ei tamen res iudicata obſtare non poterit, quominus ab ea appellare non poſſit, etſi collitigans victus id facere nequeat; verum quidem conſiderandum eſt in hoc caſu Tertii intereſse, ne detur occaſio fraudibus.

Ad materiam quale Statutum in ordinatoriis, vel deciſoriis, *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 645. Reus abſens ubi citandus *Conti dec. Flor.* 87. *num.* 32. *tom.* 2. *par.* 1. *Sabell. in prax.* §. *Citazioni per tot.* Tertius ad Cauſam an, & quomodo admittendus, *De Luc. de iudic diſc.* 17. *per tot.* Tertius quando executionem Sententiæ impediat, *Sabell. in ſumm.* §. *executio* 18.

Appendix.

Notandum aliud eſse ſententiam, aliud rem iudicatam; Sententia etenim eſt propoſitæ controverſiæ legitima declaratio appellationem admittens, res vero iudicata eſt Sententia inappellabilis, vel ob excellentiam Iudicis, ſuperiorem non habentis, vel ob appellationem interpoſitam, & non proſecutam, aut ob tranſitum in rem iudicatam a Iudice declaratum, vel denique ob ulteriorem vetitam appellationem ſuper quibus videnda eſt ultima reformatio quam per extenſum retulimus.

Nullitas per quam Sententia impugnatur commune dicitur auxilium ad actum irritandum competens contra Sententiam, deducendum, ſi notorie iniuſta ſit, vel aliquo careat ſubſtantiali requiſito, quare animadvertendum eſt tres eſse de iure communi præcipuas, & inſanabiles nullitates, iuriſdictionis ſcilicet, mandati, ac citationis ad ſententiam defectus, illa mandati ſilet

Flo-

Florentiæ ex dec. 169. *ſub n.* 11. *apud Palm. tom.* 2. de qua iam dictum fuit, cui tamen ſubrogata videtur altera non ſolutæ Gabellæ.

Nota quod ſolutio Gabellæ, quandocumque facta ante Sententiam, validat proceſſum factum ante dictam ſolutionem, ut in *reformat. diei* 30. *Maii* 1489. *Tuſch. litt. G. concl.* 19. *n.* 5. ſed hoc eſt intelligendum ſi hæc exceptio iam in iudicio non fuerit oppoſita, nec deducta *id. Tuſc. d. lit G conc.* 12. *n.* 11. nec Statutum aliter diſponat *Rot. poſt Girond. de gabell. dec.* 21. *n.* 16.

Sententiam quoad unam partem nulla ex defectu Gabellæ non ſolutæ pro iuribus gabellabilibus, ſuſtinetur quoad aliam partem fundatam ſuper iuribus non gabellabilibus, *Rot. poſt dict. Girond. dec.* 18. *num.* 10.

Sententia licet lata in loco ſubiecto ſolutioni Gabellæ, ſed ſuper proceſſu facto in terra exempta eſt valida *dict. Rot. dec.* 7. *num.* 14.

Quæ Sententiæ dicantur conformes, ſeu difformes.

DUÆ conformes Sententiæ, quoties validæ ſint, & iuſtæ liti finem imponere ex patriis præcipue legibus compertum eſt, quærendum igitur quæ difformes, vel conformes ſint, ut res iudicata executioni mandari queat, ad effectum conformitatis inquit *De Luc. de iudic. diſc.* 36. *num.* 53. = Generaliter tam de = Iure Communi, quam Statutario iſta conſideranda non eſt in = cortice verborum, ſed ſufficit in ſubſtantia veritatis, unde pro= pterea ſecunda Sententia, quæ mandet exequi primam, ſeu = quod alias virtualiter, & implicite id contineat dicitur con= formis atque facit numerum, quamvis id expreſſe non dica= tur: Præter quam ubi ſecunda lata eſſet in diverſo iudicio, = ſeu in diverſa actione, aut exprimeret cauſam omnino no= vam, & diverſam, quamvis quoad condemnationem, vel effe= ctum eſſet conformis, cum ſuper illa nova cauſa, vel actio= ne, revera dicatur prima, non autem ſecunda; verum tota = vis eſt in ratione, ſive in fine, vel effectu, ut ubi binum ad= ſit iudicium ſuper eodem, aliud exquirere non oporteat = hactenus *De Luc.* quibus ſic conſtabilitis, plures adſtipulantur Deciſiones, ex quibus patet, quod ubi Sententiæ diſcordent in verbis, ſufficit, ut concordent in ſubſtantia, *Rot. deciſ.* 472. *par.* 9. *recentior.* ulterius, quod licet diſcordent in aliquo, tamen ad evitandum recurſum, in eo in quo concordant dicantur con-

formes, *Franc. dec.* 664. *& dec.* 710. *Scacc. de appellat. qu.* 17. *limit.* 1. *Bich. dec.* 28. *& ex Merlin. dec.* 550. *per tot.* habetur quod in aliquibus conformes, & in aliis difformes debeant executioni demandari, pariterque ex *dec.* 147. *n.* 36. *par.* 11. *rec.* quod in ea parte in qua ſunt conformes debent exequi, & ſufficit, ut concordent in negocio principali, licet diſcordent in condemnatione expenſarum, vel reformatione aliquorum, *Caball. conſ.* 93. Vlterius, quod plures Sententiæ continentes diverſam ſummam, dicuntur concordes in minori ſumma, *Bich. dec.* 28. *num.* 4. *Rot. par* 17. *rec. dec.* 271. *num.* 3. *&* 4. *& dec.* 240. *&* 571. *par.* 18. demum quod conformitas inducitur ex ſimplici confirmatione alterius Sententiæ, *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 87. *n.* 1.

Ad clariorem rei intelligentiam enumerabimus hic, in quibus caſibus Sententiæ ſint difformes.

I. Difformitas reſultat ex eo, quod non concordet cum effectu, & ſubſtantia, *Rot. dec* 53. *n.* 8. *dec.* 76. *num.* 4. *par.* 9. *dec.* 262. *num* 28. *par.* 8. *& dec.* 36. *num.* 5. *par.* 12.

II. Reſultat difformitas ex incertitudine Sententiæ, *Rot. dec.* 76. *n.* 23. *par.* 9. *tom.* 1.

III. Reſultat ſi ſecunda dicat primam eſſe reformandam *ibidem num.* 7

IV. Reſultat ſi in primo iudicio ſolum poſſeſſorium, in ſecundo etiam petitorium fuerit intentatum, *dec.* 138. *n.* 3. *par.* 15.

V. Reſultat ex Sententiis pronunciatis ſuper diverſis articulis, *ibid. num.* 5.

VI. Quando in poſteriori datur gravamen quod non erat in præcedentibus, *dec.* 93. *num.* 1. *par.* 1. Intelligendum tamen eſt quod ſi difformitas ſit in aliqua parte, poſſit ab ea appellari, non in ea parte quæ conformis eſt, ut ex iuribus ſupra relatis.

De Executione Sententiæ, & de aliis rebus, materiam executionis reſpicientibus.

EXecutio alia Iuris eſt, alia facti, & quæ utraque, *Soccin. ſen. conſ.* 89. *num.* 1. *lib.* 3. Prior ea dicitur, quæ ut competat Iudicis indiget pronunciatione, vel quæ eſt a Iudici pronunciata, *Sabell. in ſumm.* §. *executio ſub n.* 11. *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 1. *ſub. n.* 59. *& ſeqq.*

Se-

Secunda eſt quæ iam a Statuto conceſſa, vel a Iudice pronunciata, actualiter deinde fit, aut inchoatur per relaxationem executorialium, vel per capturam perſonæ, vel pignorum, ad cuius complementum, executionis iam factæ decretum confirmationis neceſſarium eſt; & quod executio iuris, & facti inter ſe differant, *Altogr. conſ.* 40. *n.* 11. *per tot. lib.* 1. & hic prænotandum quod Florentiæ Executionem paratam habet tam Scriptura privata, quam Inſtrumentum, *Rot. Florent. lib mot.* 104. *a* 401. *&* 82. *a* 549. *de Comitib. dec.* 27. *n.* 1. 2. 3. *tom.* 1.

Facta ſemel Executione realiter, vel perſonaliter, nec creditori adhuc non ſit ſatisfactum, poteſt ipſe una via electa ad aliam redire, vel convolare, quando agitur de cauſis executivis, *Pech. de iur. ſiſtendi & man iniect. cap.* 4. *num.* 15. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 125. *num.* 18. *Urceol. conſ. for. cap.* 43. *per tot.* & quod in huiuſmodi iudiciis ſit licita variatio de principali ad fideiuſſorem, de perſona ad rem, de una re ad aliam, *id Merlin. dec.* 623. *Rot. in noviſsim. par.* 6. *dec.* 161. & non ſolum coram eodem Iudice, ſed coram alio, quia hoc peculiare eſt in via executiva, in qua non habet locum regula, *Leg. ubi ceptum ff. de iudic.* nec exceptio litis pendentiæ coram alio Iudice, ſecus ſi fuiſſet actum via ordinaria, nam tunc Actor variare non poſſet, *Rot. deciſ.* 161. *par.* 6. *recent.* quod quidem limitatur in multis caſibus, & præcipue quando ille qui egit via ordinaria proteſtatus fuit ſibi reſervari velle viam executivam *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *qu.* 17. *limit.* 9. *n.* 46. *& ſeqq.* ulterius quando via ordinaria eſt præambula ad viam executivam, prout ſi antequam petatur executio, implementum conditionis probare neceſſe ſit, vel conditionalis inſtrumenti liquidationem, *Guttierez. practicar. qu. lib.* 3. *qu.* 39. *num.* 11. *& ſeqq.* cœtera ſi quæ ſint vid. apud dd. Auctores.

In ea quæſtione quibusnam exceptionibus executio retardari queat, habemus ex *Statut. Florent. Rubr.* 8. *lib.* 3. *de execut.* quod ad tres tantummodo reducuntur, nempe ad exceptionem ſolutionis, compenſationis, & finis, quæ paſſim canonizata videntur a quamplurimis noſtrorum Tribunalium Deciſionibus, quod quidem procedit etiam eo caſu, quo exceptio literaliter, reſultaret ex Inſtrumento, *Florentina Nullitatis Executionis in Cauſa Paci, e Pinelli diei* 28. *Februarii* 1750. *cor. D. Aud. Ioſeph. Bizzarrini Paolut. diſſert.* 15. *num.* 4. *&* 7. demum omnes, & quæcumque exceptiones Iudicium executivum impediunt, quatenus liquidæ, & claræ ſint, & incontinenti probari poſſint, ſecus ſi fuerint turbidæ, *Rot. apud Merlin. dec.* 735. *Liburnen.*

Nn 2 *Pecu-*

Pecuniaria 19. *Maii cor. Farſetti*; & an executio retardari queat per exceptionem in mero iuris Articulo conſiſtentem, *Conti dec. Senen* 4. *num.* 4. quid de Statuto reiiciens omnes exceptiones an hæc reiiciatur, *Caſareg. de commerc. diſc.* 163. *n.* 10. *tom.* 3.

In iure habemus executionem, quæ pro non facto dicitur. Hæc ſpecies executionis dupliciter conſiderari poteſt, nempe cum contra aliquem fit ratione non adimplementi præcedentis obligationis, vel condemnatur pro non facto in ſpretum Iudicis, ſic, & ſic iubentis: Quoad primam partem plures caſus diſtinguuntur: & primo, cum quis eſt obligatus ex Inſtrumento guarantigiato ad faciendum aliquid, vel ex Sententia tranſacta in iudicatum: Secundus eſt caſus, cum quis ſe obligavit ad aliquid faciendum, & poſt moram ex ſupervenienti caſu non poteſt facere quod promiſit: Tertius eſt caſus quando obligatio facti incepit a promiſſione, & in confirmationem prioris obligationis adiicitur ſtipulatio pœnalis: Quartus eſt caſus, cum contractus non incipit a diſpoſitione, ſed a conditione: Quintus tandem, cum quis ſe obligat alternative ad factum: ex iſtis etenim caſibus exurgunt duo capita: Primum quomodo, & quando debitor poſſit præciſe compelli ad factum, & quid agendum docet *Text. in Leg. qui reſtituere* 68. *ff. de rei vindic*

Secundum caput eſt, vel quando debitor non poteſt compelli præciſe ad factum, ſed liberatur ſolvendo intereſſe, vel creditor vult potius intereſſe quam factum: ſuper hiſce Articulis, quæ decernenda ſint, *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 35. *n.* 43. *Rot. par.* 10. *rec. dec.* 43. *n.* 36. *& par.* 11. *dec.* 150. *per tot. et p.* 18. *dec.* 471. *n* 16. magiſtraliter *Carlevall. de iud. lib.* 1. *t.* 3. *per t.*

Redeundo nunc ad ſecundam partem, certum eſt poſſe aliquando Iudicem præceptum facere cum pœnæ comminatione, niſi quis pareat mandato, quod quidem in eiuſdem arbitrio reſidet, attentis facti circumſtantiis, & perſonarum qualitatibus; Monendi tamen ſunt in hac materia, ne excedant, in mulcta imponenda, quando arbitraria eſt: Quibus tandem caſibus detur executio pro non facto: *Tuſch. litt. F. concl.* 26. *Sanfelic. deciſ.* 216. *per tot.*

Executio contra hæredem fieri non poteſt, ex obligatione defuncti intra tempora conficiendi inventarium id eſt infra tres menſes: *Leg. fin. §. donec & §. ſi præfatam Cod. de iure delib. Aſin. in prax. §.* 31. *limit.* 1. *ampliat.* 16. quod tamen intelligendum eſt Florentiæ quoad illos qui huiuſmodi ſortiantur privilegium, nam ex Statut. Florent. illo non gaudentes, & poſſidentes bona defuncti per quindecim dies poſt obitum eiuſdem abſque

Digitized by Google

abſque alio legitimo titulo quam hæreditario, ſtatim hæres eſt adeoque obſtare non poſſet ſupradicta regula, animadvertendo tamen quod qui prætendit aliquem moleſtare tamquam hæredem debet probare eumdem talem eſſe, prout vulgati iuris eſt.

Executio facta pro maiori ſumma, quam ſit debitum non irritatur in totum, ſed ſubſtinetur pro rata *Surd. dec.* 65. & ceſſante dolo exceſſus cum expenſis compenſatur, *Calvin. de æquitate lib.* 1. *cap.* 24. *Coſta de ratione ratæ qu.* 137. *per tot.*

Executio fieri non poteſt ſuper bonis ad Agricolturam pertinentibus: *Ciarlin. controv. for. cap.* 152. quod ſervari tradit Florentiæ, *Sabell. in prax.* §. *Bovi num. prim. &* §. *Contadini num.* 2. *&* 7.

Et poteſt fieri contra debitorem debitoris concurrentibus tribus requiſitis ſcilicet: debitoris principalis condemnatio, eiuſdem bonorum diſcuſſio ac non ſolvendo repertus, & quod debitor debitoris ſe deberi non neget, *Paulut. differt.* 45. *n.* 78. *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 81.

Facta in re communi, nulla eſt in totum, *Paulut. differt.* 72. *n.* 55. *Ludoviſ. dec.* 319. *ibique addit. n.* 7. *Duran. dec.* 39. *n.* 9. Quæ quidem nullitas vitari poſſe certum eſt ſi in actu relaxationis executionis, adiuncta ſit expreſſio quod fiat = pro indiviſo, vel pro rata, vel pro medietate = *Rot. cor. Dunozet. iun. dec.* 360. *num.* 9. *Urceol. de tranſact. dec.* 42. *num.* 4.

De Cautela Angeli.

OBvia eſt apud DD. pertractatio huius Cautelæ, ideo ſupervacaneum fortaſſe videri poterit de ea diſſerere, ſed ratio plures allata in hoc opere, nos movet ad aliquid ſummatim tradendum, ea potiſſimum de cauſa quod cum in præcedentibus de iudiciis, & re iudicata actum fuerit, oportune agendum viſum eſt quomodo retardari, ſeu potius impediri poſſit rei iudicatæ executio.

Primo igitur prænotandum quod ideo hæc Angeli Cautela vocatur quia ab Angelo de Peruſio fuit excitata ex *Leg. a Divo Pio* §. *ſuper rebus num.* 1. *de re iudic.* & continet, quod ſi tertius timeat, ne res iudicata contra alium obtenta executioni mandetur contra bona propria, vel per ipſum Tertium poſſeſſa, idem contra victorem proteſtatur, ne aliquam executionem faciat ſuper bonis ab ipſo poſſeſſis, vel in quibus habet ipſe ius, ita ut ſi poſt huiuſmodi proteſtationem, fiat executio ſuper bonis

nis in Cautela contentis illa remaneant attentata, & contrario mandato ſummarie revocetur, ut in praxi ſervari teſtatur *De Luc. de iudic. diſc. 40. n. 19. Rot. dec. 381. n. 1. p. 10. dec. 373. num. 1. & ſeqq. par. 12. dec. 67. n. 1. ad 4. par. 19. rec. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 9. n. 12. 26. & 27.*

Procedit tamen executionis revocatio, ſi Cautela a Tertio fuerit intimata ante factam executionem, ſecus ſi poſt; hoc enim caſu pro validitate executionis ſtat præſumptio, donec per ipſum Tertium contrarium probetur, *Rot. cor. Buratt. dec. 191. n. 5. & dec. 196. n. 1. & dec. 730. n. 5. & 6. par. 18. tom. 2. rec.* quæ tamen concluſio procedit quoties executio facta ſit directe contra ipſum debitorem ac ſuper bonis ab eo poſſeſſis, tunc enim ſubſiſtit dicta præſumptio, & propterea Tertius debet concludenter docere de iure ſuo ſuper bonis moleſtiæ ſubiectis, ſecus autem ſi executio facta ſit contra ipſum Tertium poſſeſſorem, & contra bona ab eodem poſſeſſa. Hoc enim caſu Tertius habet præſumptionem pro ſe, & creditor qui prætendit illa ſpectare ad ſuum debitorem, debet hoc iuſtificare, non autem Tertius qui ſummarie poterit docere de iuribus ſuis iuxta diſtinctionem, *Rot. dec. 730. n. 6. par. 18. tom. 2. recent. & cor. Dunozet. dec. 332. & 366.*

Intimata Cautela prædicta, creditor ſuper bonis in illa contentis executionem explere nequit, ſub prætextu, quod intimans illam, aut non poſſideat, aut iuribus validis, ad eam retardandam ſit deſtitutus, ſed prius debet citare ad iuſtificandum, alias videndum mandari non afficere, vel videndum procedi ad ulteriora in executione mandati, ſeu in bonorum liberatione executioni obnoxiorum (quando tamen Cautela fuit intimata poſt factam executionem) qua citatione non præmiſſa cum cognitione, & Iudicis Decreto qui mandet Cautelam non afficere, ſubhaſtatio erit nulla, & attentatorum vitio obnoxia, *Card. De Luc. de iudic. diſc. 40. n. 19. verſ. ac etiam*, & tanquam attentata revocabitur, ſpretorque Cautelæ, uti attentans in expenſis condemnabitur, *Rot. par. 16. rec. dec. 29. per tot.* Verum ſi Cautela non fuerit expreſſe cum inhibitione admiſſa ceſſant attentata *Rot. par. 17. rec. dec. 201. num. 2.*

Pariterque non ſuffragatur Cautela quando ex confeſſione illam allegantis apparet, contenta in illa vera non fuiſſe; *Rota dict. dec. 201.* & quando incontinenti conſtat per inſtrumentum confeſſionem partis, vel rem iudicatam quod Tertius qui allegavit Cautelam, fovet malum ius clarum ſuper bonis in eadem contentis, & quod ille ad cuius petitionem facta fuit executio

fovet

Digitized by Google

fovet bonum ius, non eſt agendum de revocatione executionis ex capite attentatorum: *Rot. dec.* 212. *n.* 11. *&* 12. *cor. Buratt. ad mater. vidend. De Luc. de iudic. diſc.* 40. *n.* 19. *§. regula itaque iuris eſt verſ. quoniam alias Rot. dec.* 177. *n.* 4. *cor. Cerr. Rota dec.* 24. *par.* 7. *rec. dec.* 296. *par.* 3. *dec.* 214. *par.* 14. *dec.* 150. *cor. Buratt. Rot. dec.* 349. *num.* 8. *&* 9. *par.* 1. *rec. Urceol. conſ.* 14. *num.* 41. *Andreol. contr.* 376. *num.* 4. Cautela tamen hæc non poteſt impedire ſubhaſtationem, quando intentatur a creditore poſteriore *Poſt. de ſubhaſtat. inſpect.* 19. *n.* 6.

Queri etiam poteſt, quis ſit Iudex dictæ Cautelæ, & coram quo allegari poſſit, & ſentiunt aliqui quod allegari debeat coram Iudice competente ipſius creditoris, qui ſuſtinet partes Rei in hoc iudicio, ſed monemus iterum, iterumque, quod uſus, praxis Tribunalium, & locorum ſtylus plura docebit.

Affirmative inſuper reſpondetur in ea quæſtione, an ſcilicet poſſit Angeli Cautela allegari coram Iudice mero Sententiæ ac mandati executore, ut ſi agatur de mandato relaxato in actione perſonali, quod executioni demandatur a Iudice de partibus, cum executor non tangat merita mandati, quod facere non poſſet ad inſtantiam Tertii, ſed ſolum incidenter cognoſcat de poſſeſſione, vel iure Tertii ſuper re contra quam executio petitur, *Caſtrenſ. in dict. Leg. a Divo Pio §. ſuper rebus Rot. dec.* 67. *n.* 3. *par.* 19. *rec.*

Sed qui allegavit Cautelam Angeli opponere nequit contra rem iudicatam obtentam a creditore, contra debitorem ſuum, quia in hoc iudicio poteſt tantummodo docere de iure ſuo executionem impediente, ſuper re in Cautelà expreſſa, non de illo creditoris iam contra debitorem diſcuſſo.

Cæterum videri poſſunt quamplura penes laudatos actores, qui ſingulos caſus iuxta circumſtantiarum contingentiam ad trutinam revocant: Notandum inſuper eſt quod multa ad hanc iudiciorum materiam ſpectantia, ad praxim etiam aptabilia videri poſſunt in *tit. de Actionibus, & penes Auctores ibi relatos*, ut obvium legentibus futurum putamus.

Com-

Compendium Diſceptationis Teorico-Practicæ de reductionibus, ſeu diminutionibus pretii vulgo = sbaſſi = vel dationibus in ſolutum faciendis, præcipue in vim rei iudicatæ.

§. I.

AN, & quando in ſubhaſtationibus, ac deliberationibus bonorum, quæ fiunt ad favorem Tertii, vel creditoris tamquam extranei licitantis, fieri poſſit diminutio iuxti pretii.

Ex diſpoſitione Statuti Florentini *lib.* 2. *Rubr.* 57. certum eſt, quod in venditione bonorum debitoris, vel eorum dationem in ſolutum per Iudicem faciendam præcedere debeat duorum Peritorum electio, & ſucceſſiva æſtimatio, cum quo concordat reformatio anni 1551. §. *Che occorrendo in futuro*. Hæc ſane municipalis ſanctio ceſſare facit antiquam quæſtionem, utrum in ſubhaſtationibus neceſſaria ſit æſtimatio, de quo Articulo vid. *Poſth. de ſubhaſtat. inſpect* 47. *num.* 3. *cum ſeqq. Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 15. *n.* 140. *& ad mater. Mangil. de ſubhaſt. qu.* 154. *n.* 7. *verſ. quidquid aliud Rot. dec.* 388. *n.* 8. *& ſeqq. par.* 14. Nam Statuto contrarium iubente illius forma ſervanda eſt, *Mangil. de ſubhaſt. qu.* 154. *num.* 12. *Poſth. eod. tract. inſpect* 47. *n.* 113.

Creditor vel Licitator an teneatur ſtare æſtimationi Peritorum.

§ II.

CUM ſæpe contingat, ut nemo inveniatur, qui offerat pretium a Peritis taxatum, & nulla Lex de Iure Communi talem neceſſitatem imponat Licitatoribus, *Mangill. eod. tract. qu.* 19. & de Iure Municipali non recipiatur oblatio minor æſtimatione, quare Licitatores ſe abſtinent ab offerendo, neque creditor cogatur invitus accipere bona in ſolutum, iuxta dict. Statutum ibi = Si recipere voluerit = & infra = ſi creditor voluerit = quam ex diſpoſitione Iuris Communis, ut in *Leg. a Divo Pio §. ſi pignora ff. de re iudicata Mangil. de ſubhaſt. qu.* 20. *n.* 4. & multo minus pro pretio exceſſivo *Mangill. eod. tract. qu.* 19. *n.* 6.

Hinc invaluit conſuetudo in Tribunalibus huius Civitatis Florentiæ, quod reperto emptore, qui offerat pretium præfiſſum obtineatur a Iudice illius diminutio, & quidem non ſemel, ſed plu-

Digitized by Google

pluries gradatim; ita nempe = ut pro prima vice fiat diminutio = decem pro centenario = pro ſecunda, & tertia vice ad rationem = quinque = & deinde aliis vicibus duorum cum dimidio, donec diminutio, ſive reductio perveniat ad quartam partem, & aliquando plus veri valoris rei ſubhaſtandæ, ut practicari certum eſt uſque ad viginti ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, ad mater. rationem indicant *Mangill. de ſubhaſt. qu.* 19. *n.* 2. *& ſeqq. Rot. poſt eumd. dec.* 100. *num.* 18. tamen cavendum eſt a nimia facilitate indulgendi huiuſmodi deductiones, quod erit prudentis Iudicis arbitrio decernendum.

Quo vero ſpectat ad Æſtimatores, ſeu Peritos damnatur abuſus per quem iſti augent pretium ad hoc ut æſtimatio adæquet sbaſſos poſtea faciendos, qui abuſus tolerari non debet, quia Periti colludentes cum debitore iniuſtitiam committunt, & iurant falſum, adfirmando iuſtum pretium ab ipſis taxatum, quod tamen ſciunt eſſe exorbitans, & exceſſivum, nam veritas eſt, quod deductiones fiunt de vero, & legitimo valore per modum novæ appretiationis, cui quidem occurrere volens abuſui ſuaſum videtur Tabellionibus, & Actuariis, ut recipiendo relationes Peritorum, eiſque iuramentum deferendo, illos ſerio moneant, ne ſub obtentu futurarum defalcationum, audeant augere iuſtum valorem bonorum, & ulterius per illos exprimi, & iurari faciant, quod pretium ab ipſis taxatum eſt verum, & iuſtum, ut ex Formula deprompta a *Pellegrino in praxi Vicariorum par.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 2. *ſub n.* 80.

Sbaſſi utrum fieri debeant a tota æſtimatione, an vero de ſummis gradatim reductis.

§. III.

SED utrum hæ deductiones ſingulatim fieri debeant ab integra ſumma pretii ab initio taxati, an potius proportionabiliter, & gradatim diminuant æſtimationem, ita videlicet, ut prima deductio fiat ſuper tota quantitate æſtimata, ſecunda, & aliæ deinceps ſuper ſummis, quæ remanent factis prioribus ſubductionibus, in quo Articulo certum eſt locorum ſervandam eſſe conſuetudinem, & ſtylum loci in quo fit ſubhaſtatio ex traditis per *De Luc. de iudic. diſc.* 40. *n.* 58. *Mangill. dict. tractat. quæſt.* 24. *num.* 1. *Rot Florent. apud Palm. Nep. dec.* 366. *num.* 15. In Civitate Florentiæ viget conſuetudo has deductiones faciendi a

ſummis qualibet vice attenuatis, & obſervandum eſt quod in dicta Civitate ſolent affigi Edicta, quod bona vendantur cum defalco viginti quinque pro centenario, unde ſi poſtmodum talis defalcatio fieri debuiſſet ad rationem ſcutorum viginti duo cum dimidio remaneret immutata forma ſubhaſtationis.

An, & quoties in defectum Oblatorum Bona adiudicantur Creditori in ſolutum, fieri poſſit, ac debeat diminutio iuſti pretii, & in qua quantitate.

§. IV.

DE Iure Communi Creditor a Iudice accipiens bona ſui debitoris in ſolutum tenetur ea recipere ad iuſtam æſtimationem per *Text. in Leg. a Divo Pio §. ſi pignora ff. de re iudicata Salgad. in labyr. creditor. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 139.

Quo fit ut adiudicationem precedere debeat appretium per Peritos faciendum, & ideo videtur dicendum, quod non poſſit fieri aliqua diminutio. Contrarium tamen deciditur *ex auth. hoc ius porrectum Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ut nempe decima pars ultra verum valorem adiudicari debeat Creditori, quod idem eſt ac diminuere pretium rei adiudicandæ in decima parte, ſed obſervandum eſt quod ſi in loco extet Statutum, vel Lex, aut Conſuetudo particularis, diſponens, ut Creditor non teneatur Bona accipere niſi cum defalco iuſtæ æſtimationis, talis ſanctio ſervari debet *De Luc de credit. diſc.* 32. *ſub n.* 22. *verſ. in altera.*

In Civitate Florentiæ non extat aliquod Statutum, vel Lex diſponens, ut Creditori Bona adiudicentur in ſolutum cum lucro alicuius partis, quin immo Statutum *lib.* 2. *Rubr.* 57. expreſſe iubet, ut adiudicatio fiat uſque ad concurrentem quantitatem crediti, & pro menſura debiti declarati, unde emergit quæſtio utrum adiudicatio fieri debeat pro primo pretio ab æſtimatoribus præſtituto an potius pro pretio ut ſupra reducto.

Tres ſunt opiniones ſuper hoc Articulo. Prima quod fieri debeat cum ultimis sbaſſis, ut deciſum pluries fuiſſe obſervatur Florentiæ ex *deciſ. diei* 4. *Februarii.* 1683. *coram Farſetto.* Altera opinio eſt quod datio in ſolutum fieri debeat pro prima æſtimatione Peritorum, ut deciſum fuiſſe videtur a *Dominis CC. LL in Cauſa Fattoi, e Sgberri* 18. *Febbraio* 1681.

Tertia eſt opinio, quod bona adiudicentur Creditori pro nova æſtimatione facienda, ut pluries obſervatum fuit, cum hoc tamen

tamen ordine, ut ſuper nova æſtimatione fiat denuo ſubhaſtatio, & non comperto oblatore poſt binos sbaſſos fiat adiudicatio creditori pro eadem æſtimatione, ut deciſum fuit in *Cauſa Lupi cum Monialibus, & in Cauſa Vanni cum Creditoribus ſub die* 8. *Auguſti* 1698. quibus tamen non obſtantibus putant aliqui id totum pendere a prudentis Iudicis arbitrio ad quem pertinet de iuſtitia pretii decidere, ac pronunciare, & in preciſis terminis dationis in ſolutum, *Menoch. de arbitr. caſ.* 143. *num.* 2. *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 47. *num.* 106.

Creditor, & Debitor an, & quando petere poſſint quod bona adiudicentur in ſolutum, non factis sbaſſis extraordinariis ſive arbitrariis.

§. V.

HÆC quæſtio dirimenda videtur ex circumſtantiis facti iuſta quas temperari debet arbitrium; veluti ſi agatur de adiudicatione coacta, ad *Text. in auth. hoc niſi Cod. de ſolut.* vel ſi debitor ſit hæres beneficiatus, aut de illis, qui non tenentur niſi in quantum facere poſſunt, vel ſi Creditores ſint plures, & bona pro cunctis non ſufficiant, vel ſi impoſſibile videatur quod ſuper novis sbaſſis inveniantur oblatores, in his caſibus tum ne lædatur ius Tertii, tum ad evitandas inutilis ſubhaſtationis expenſas, videtur annuendum petitæ bonorum adiudicationi in ſolutum abſque ulterioribus sbaſſis, quod remitti debet prudentis Iudicis arbitrio, vidend. *Mangill. de ſubhaſt. qu.* 18. *n.* 7. *& qu.* 112. *n.* 14. & ita pluries iudicatum fuit Florentiæ &c.

DE CENSIBUS TRACTAT.

§. I.

MAteriam Cenſus expoſituri animadverti volumus, quod in univerſo Iuſtinianæo iure de illo ne verbum quidem colligi poteſt: Vox quidem *Cenſus* Latina eſt, & multiplici ſignificationi aptata, ut videre eſt (1), & potiſſime pro qualibet annua præſtatione, ſeu contributione uſurpatur.

Nos vero Bullæ felic. record. S. Pii V. Pont. Max. editæ de ann. 1565. veſtigiis inhærendo, dicimus Cenſum in genere de-

finiri = ius percipiendi annuam penſionem ex re alterius = Ius ſtat loco generis, Dominia, Hæreditates &c. Iura ſunt, Cenſus non ſunt; dicitur = percipiendi annuam penſionem ex re alterius = nam in re propria Cenſus nequit regulariter conſtitui. Cenſus itaque ſic definitus dividitur in *Conſignativum, & Reſervativum*.

(1) *Cenc. de Cenſ. in præfat.*

N O T Æ.

Cenſus redimibilis inter immobilia numeratur, habeturque pro re immobili, ſed hoc eſt intelligendum de Cenſu formali & perpetuo, ſcilicet de iure illo percipiendi, non vero de materiali, ideſt de pecunia, quæ pro eiuſdem emptione ſolvitur: *Cenc. de cenſ. qu.* 30. *Gratian. diſcept. for. cap.* 981. *n.* 37. *Surd. dec.* 24. *per tot. Magon. dec. Flor.* 107. *n.* 9. adeoque de eo iudicandum eſſe prout de re immobili. *dict. Gratian. cap.* 585.

Cenſus exiſtentia probari poteſt non tantum per publicum Inſtrumentum, ſed etiam per quælibet alia probationum genera, veluti per confeſſionem, per teſtes aliosque ſimiles modos: *Maſcard. de probat. concl.* 279. *et ſeqq. Cenc. dict. tract. qu.* 43. *n.* 7. ubi qualiter per annuam ſolutionem Cenſus nomine, & quamvis non reſultet de contractu inducatur præſumptio Cenſum impoſitum fuiſſe. *Cenc. qu.* 43. *num.* 15. *Rot. dec.* 391. *n.* 14. *et ſeqq. par.* 17. *rec.*

Solutio Cenſus facienda eſt etiam ſi Fundus, uno vel pluribus annis non ferat fructus ſufficientes; ex æquitate tamen debitor eſt tolerandus, donec annis ſequentibus percipiat tot fructus, quibus Creditori ſatisfaciat, niſi ſterilitas proveniat ex culpa eiuſdem: *dict. Cenc. qu.* 37. *n.* 4. *per tot.*

Cenſus poteſt imponi ſuper alio Cenſu, intellige ſuper illo iure formali exigendi, non autem ſuper Cenſu materiali: *dict. Cenc. quæſt.* 31. *num.* 1. *& ſeqq. Guttierez. de Gabell. quæſt.* 57. *num.* 2 *et* 12.

Cenſus ſimpliciter a pluribus impoſitus ab unoquoque pro ſua rata exigi poteſt: Ubi non adeſt ſolidalis obligatio: *Urceol. conſ. forenſ. cap.* 40. *num.* 32. & quod hæres volens redimere partem Cenſus ſibi tangentem compellere poſſit cohæredem ad alteram partem redimendam. *Tomat. dec.* 145 *n.* 12.

Gabella.

Pro Cenſu ſolvenda eſt Gabella: *Tuſch. lit. C. concl.* 194. *Rot. dec.* 441. *n.* 2. *par.* 11. *rec. Guttierez. de Gabell. qu.* 45. *per tot.*

De

De cenſu conſignativo.

§. II.

CEnſus conſignativus = eſt ius percipiendi reſponſionem ſuper re alterius, iuſto modo acquiſitum, ad Hæredes, & Succeſſores quoſcumque tranſitorium, manente re apud Imponentem = Dicitur reſponſionem, & non penſionem, ne videatur definitus Cenſus *pecuniarius* tantummodo, non item *fructuarius*.

Dicitur = iuſto modo acquiſitum = Scilicet ſervatis ſolemnitatibus de quibus inferius agemus.

Dicitur = tranſitorium ad Hæredes = quod intelligendum eſt tam active, quam paſſive, ideſt tam ex parte Creditoris, quam Debitoris.

Dicitur = & Succeſſores quoſcumque = quia acquiri, & transferri poteſt quovis titulo ſingulari, puta Legati &c.

Dicitur = remanente re apud Imponentem = quia per impoſitionem Cenſus, nec poſſeſſio, nec dominium rei cenſitæ in eius Creditorem tranſit.

Dividitur in *Realem*, qui fundatur ſuper re aliqua, ut prædio: *Perſonalem*, qui conſtituitur immediate ſuper perſona alterius, eam obligando immediate, bona vero eius mediate tantum: *Mixtum*, qui fundatur ſuper utriſque, ita ut re pereunte, adhuc perſona maneat obligata. Et *Vitalitium*, de quo infra agemus in ſpecie.

De Cenſu Reſervativo.

§. III.

REſervativus Cenſus eſt = Translatio Dominii, omniſque iuris = quod quis habet in re, quam alteri tradit, nullo alio = iure ſibi reſervato, quam annua penſione ab accipiente ſolvenda = ut ex. gr. penſio ex renunciato Beneficio Renuncianti reſervata, itemque Vitalitium ex pecunia, vel prædio donato, durante vita Donatoris a Donatario exigendum, & in hoc potiſſimum differt Cenſus Conſignativus a Reſervativo, quia in Conſignativo, tam poſſeſſio, quam dominium Fundi retinetur a debitore Cenſus qui huiuſmodi onus in dicto Fundo impoſuit; At in reſervativo omne Ius tranſit in Debitorem annui Cenſus (1).

(1) Ita

Digitized by Google

(1) Ita *Bartol. in Leg. 1. §. 1. num. 4. ff. de Publican. & Vectigal.*

De Vitalitio Cenſu in ſpecie.

§. IV.

SPecies hæc Cenſus de ſui natura ab aliis Cenſibus non differt niſi in aliquibus circumſtantiis, quæ veri Cenſus aliqua ex parte naturam immutant, quæve explananda breviter de more ſuſcipimus: Ad clariorem rei explicationem dicendum eſt quod Vitalitium nil aliud eſt, quam emptio annuæ penſionis, vel redditus, vel etiam rei alicuius mobilis &c. ad Ementis, aut Vendentis vitam, aut ad alium annorum incertum, atque indeterminatum numerum, veluti quouſque Paternam ingrediaris Hæreditatem, ut ex (1), vel virtualis ſponſio nixa eventui fortuito.

Huiuſmodi Contractus neceſſaria requiſita eſſe videntur, quod fiat ad tempus incertum, ſeu indeterminatum, & ſub eventu caſuali, quodque pecunia ſoluta non debeat reſtitui, & cum perſona extinguatur (2).

His poſitis licitus eſt, etiam ſi evenerit recipi in maiori quantitate penſiones quam fuit quantitas pro illis data (3), dummodo tamen pretium commenſuratum ſit iuſta ſpem, quæ eſt vel plus, vel minus Cenſum duraturum, attentiſque aliis circumſtantiis, de quibus infra; & ratio eſt quia iſte Contractus videtur innominatus, & ſub alea fortunæ; (4) nam poteſt contingere illum eſſe æqualiter damnoſum, quam utile, ideo procedit regula non eſſe inſpiciendum ipſius Contractus eventum, ſed quid actum fuerit ab initio, quare Læſio ex eventu ſubſequuto non poteſt deduci, ſi acciderit, quod de facili evenire poteſt, nam incertitudo Læſionem excludit (5): Incertitudo ſiquidem plana eſt, quia Emptor, ſeu Venditor poteſt ſtatim, vel paulo poſt decedere, pretiumque ammittere, etenim iſta vitæ incertitudo, & periculum ſubintrat loco fundi, cuius expectatur peremptio, & ius petendi annuum redditum habetur loco mercedis.

Redeundo nunc ad circumſtantias ſuperius indicatas, iuſta quas regulanda videtur quantitas pretii Cenſus huiuſmodi, dicendum videtur ſi agatur de Vitalitio mere perſonali quod tradit *Ludovic. Molin. impreſſ. poſt Cenc. de cenſ. diſput.* 389. *num.* 5. „ ibi „ Ut ſi Vitalitium ſit decem ducatorum quotannis, & is

= in

= in cuius vitam conceditur ſit ſexagenarius, ſpereturque vivere = poſſe uſque ad annos nonaginta, pretium iuſtum huius Vitalitii ſint centum aurei, qui penſionem æquant decem annorum, atque ideo dimidii latitudinis, quæ eſt a ſexaginta, uſque = ad octuaginta = *& ſub n. 6.* = quando vero Vitalitium eſt Cenſus realis, collocatus in aliquo prædio &c. tunc pretium illius = taxandum iuſta illam regulam non eſt, ſed prudentis arbitrio, attentis ætate, complexione, periculis vitæ eius pro quo = Vitalitium emitur.

Florentiæ obſervatum vidi quod plerumque materia hæc regulam ſumit a quadam norma, quæ vulgo dicitur, *Scala di S. Maria Nuova*, quam tranſcribere omittimus, cum obvia ſit.

(1) *Navarr. in comment. ad Bull. S. Pii V. Gaill. obſerv.* 7. *et* 8. *n.* 2. *lib.* 2. (2) *Leg. ſi iactum retis* 13. *ff. de action. empti Bartol. in Leg. Cotem ferro* 11. §. *qui maximos num.* 6. *ff. de publicanis, et vectigal. Cenc. de cenſib. dec.* 514. *Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.* 46. *art.* 3. (3) *Roland. dict. conſ.* 281. *num.* 24. *Rota dec.* 374. *par.* 13. *et dec.* 629. *n.* 3. *par.* 4. *rec.* (4) *Roderic. de ann. reddit. lib.* 1. *qu.* 5. *num.* 17. *et* 18. *Roman. conſ.* 302. *n.* 1. *Guid. Pap. tract. de uſur. n.* 31. (5) *Palm. nep. alleg.* 386. *n.* 14. *et* 15. *Rot. dec.* 374. *n.* 14. *et ſeqq. par.* 13. *recent. dec.* 6. *num.* 15. *par.* 14. *et dec.* 408. *num.* 11. *par.* 16.

NOTÆ.

Doctrina magiſtralis pro regulandis huius ſpeciei cenſus dimanat a *Leg. hereditatum ff. ad Leg. falcid.* Sciendum tamen eſt, quod in hac ſpecie certa regula, plerumque ſtatui non poſſit cum id menſurandum ſit conſiderata qualitate perſonæ, illius artificio, complexione temperamento, modo vivendi, qualitate loci, in quo habitat, & aliis circumſtantiis, vitam hominis abbreviantibus, vel protrahentibus: *Conſtant. ad Stat. Urb. de læſione annot.* 46. *ſub num.* 214. ſub quo eſt votum incipiens = *Loca* 27. *Montium Cameralia* = tradit *Altograd. conſ.* 19. *per tot.* quod in Cenſu Vitalitio non ſit neceſſaria numeratio pecuniæ in actu Inſtrumenti, ſed ſufficiat fuiſſe ante numeratam, vel vere debitam ita ut ſufficiat confeſſio debitoris de recepto, iunctis adminiculis, exceptionem non numeratæ pecuniæ excludentibus.

Valere etiam ſine ſolemnitatibus facto a muliere, vel minore, firmat *Gratian. diſcept. for. cap.* 756. *per tot. ubi n.* 20. quod inter immobilia computatur.

De Cenſu Perſonali perpetuo, et an licitus ſit.

§. V.

INter ſpecies Contractus cenſualis, datur etiam Cenſus mere perſonalis, & eſt ille qui dupliciter conſtituitur, non ſuper re aliqua immobili, vel quæ pro immobili habeatur, ſed primo præciſe ſuper perſonam Debitoris, ita ut Debitor pro pecunia, quam in pretium recipit obligetur perpetuo Creditori ad ſolvendam annuam penſionem, vel in fructibus, vel in pecunia numerata, ac interim dictæ obligationi adiungat etiam hypothecam ſuorum bonorum.

Secundo conſtituitur, eumdem fundando ſuper aliqua perſona extranea, dummodo talis perſona ſit utilis, & non debilis, & inutilis (1).

Contractus hic primo aſpectu illicitus videtur, cum ex Laudata Bulla nullum Cenſum validum eſſe compertum ſit, qui non fuerit impoſitus ſuper re immobili, certa, & de ſui natura fructifera.

Nos breviter ab hac quæſtione expediendo, dicimus quod hic Cenſus reddi poteſt licitus ex lucro Ceſſante Creditori illius, & damno emergente, periculis quibus penſiones exigendæ ſubiaceant, vel aliis circumſtantiis, a quibus elici poteſt licite minori pretio emi Cenſus Perſonalis, ac ſint penſiones in infinitum ex ipſo exigendæ: In hac ſpecie lubet per extenſum tranſcribere ea quæ tradit *Paul. Antoine in ſuo Tract. Theol. moral. tit. de Contract. cap.* 7. = Communis Sententia affirmat hunc Contractum de Iure Naturæ licitum eſſe, modo ematur iuſto pretio, ideſt Lege, vel Conſuetudine conſtituto, & venditor Cenſus poſſit ſua opera, vel induſtria lucrari, aut habeat bona in re, vel in ſpe certa, ex quibus penſio duci poſſit, nec obligetur ad Cenſum redimendum, licet ſemper pro libito eum redimere eodem pretio poſſit, ibique *Cenc. loc cit.*

(1) *Cenc. de cenſ. qu.* 3. *et* 4. *art.* 6.

Qui Cenſum imponere non poſſint.

§. VI.

QUum ex vulgata contrariorum regula optime dignoſci poſſit qui Cenſus imponere poſſint, ideo dicendum operæ pretium duximus de illis qui Cenſum imponere nequeant.

Scien-

Sciendum primo quod nemo ſuper re aliena (niſi tamen rei Dominus conſenſerit) Cenſum imponere poteſt (1); quod adeo verum eſt, ut ſi plures rei alicuius Domini ſint, neceſſario omnium conſenſus requiratur ad Cenſum ſuper tota illa re imponendum (2). Diximus ſuper tota illa re, nam ſi ſit imponendus ſuper aliqua illius parte, ſatis eſt quod Dominus partis prædictæ conſentiat (3), & quod ſpeciale eſt , ſufficit quod conſenſus ſit tacitus (4) . Hinc oritur quod Cenſum imponens debeat eſſe Dominus rei ſuper qua illum imponit, & quidem tempore impoſitionis (5). Sufficit tamen quod habeat utile dominium, vel directum tantum (6), nec turbat quod ex mente laudatæ Bullæ, Cenſus debeat imponi ſuper re de ſui natura fructifera, & quod habens nudam proprietatem videatur habere dominium rei ſterile , quia ſufficit rem aptam eſſe ad fructus reddendos.

Proſequendo materiam inſpectionis noſtræ, recenſendi ſunt in ſpecie qui Cenſus nequeunt imponere, & primo Minores abſque Curatoris conſenſu, & dato quod Minor Curatorem non habens Cenſum creaverit actus validus eſt, ſed reſcindi poteſt ope reſtitutionis in integrum (7).

Fœmina quoque abſque Iudicis Decreto nulliter Cenſum imponit, & præcipue iuxta cenſuram Statut. Florentin. ut alibi obſervatum fuit.

Filius familias, etiam maior , non poteſt Cenſum imponere ſuper peculio adventitio, ſeu profectitio, in quo Pater habeat Uſumfructum (8), ſecus ſi agatur de Peculio Caſtrenſi, vel quaſi.

In quæſtione an Maritus ſuper re dotali poſſit Cenſum conſtituere diſtinguendum eſt, ſi fundus dotalis traditus fuerit æſtimatus æſtimatione venditionem efficiente, maritus poterit ſuper illo Cenſum imponere, ſecus ſi agatur de fundo inæſtimato, vel æſtimato tantummodo ad valorem dignoſcendum, vel ut aiunt *Cauſa taxationis* (9).

Inquirendum quoque videtur an Hæres Fideicommiſſo gravatus, qui poſt mortem ſuam obſtrictus ſit alteri ſubſtituto Hæreditatem per Fideicommiſſum tranſmittere, poſſit ſuper bonis Fideicommiſſo obnoxiis Cenſum imponere, & dicendum videtur.

Quod aut Hæres fuit ſimpliciter gravatus Hæreditatem reſtituere, aut expreſſe fuit illi prohibita alienatio, & primo caſu poterit Cenſum imponere, duraturum tamen durante vita Imponentis (10), in ſecundo caſu nulla erit Cenſus Impoſitio, (11) quæ tamen concluſio limitatur ſi Cenſus Impoſitio facta fuerit ex cauſa neceſſaria, puta reparationis bonorum hæreditario-

rum (12); Limitatur inſuper ſi impoſitus fuerit Cenſus ex cauſa dotis, tam conſtituendæ, quam reſtituendæ dummodo verſio pecuniæ in eam cauſam probetur (13): limitatur etiam ſi Hæres alienare prohibitus prædium melioraverit, nam ſuper dictis Melioramentis Cenſum imponere valet (14).

Neque erit abs re inquirere, an Vaſſallus ſuper Re Feudali Cenſum imponere poſſit, & regulariter eſt pro negativa pronunciandum (15), quæ concluſio non procedit primo ſi Vaſſallus velit Cenſum imponere ſuper Re Feudali durante iure ſuo, ſicut poteſt Uſufructuarius durante uſufructu ſuper re ad utendum, fruendum conceſſa Cenſum conſtituere, quod facere poteſt Vaſſallus ſuper Melioramentis in Feudo factis (16); itemque ſubſiſtere poterit Cenſus ab eo factus, cum reſervatione impetrationis aſſenſus Domini directi (17); Sufficit enim conſenſus poſt celebratum Contractum (18); at ſi agatur de Feudo Hæreditario, pariter de conſenſu Domini Cenſus erit valide conſtitutus (19). Quod de Feudo dictum eſt dicendum eſt de Emphiteuſi (20).

Beneficiatus quoque nequit ſuper bonis beneficialibus, & pro Eccleſiaſtico Patrimonio adſignatis Cenſum imponere; limitanda tamen eſt dicta concluſio, ſi id fiat cum evidenti Eccleſiæ utilitate, ſeu neceſſitate, prævio, ut aiunt, Beneplacito Apoſtolico: Poteſt tamen Beneficiatus abſque dictis ſolemnitatibus, temporalem ſuper dictis bonis Cenſum imponere, duraturum ſcilicet durante ſua vita.

(1) *Cenc. de cenſ. qu.* 14. *num.* 5. *&* 8. (2) *conſ.* 43. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 15. (3) *Cenc. de cenſib. loc. cit.* (4) *Text. in cap. quem ſit de elect. in* 6. (5) *Giurba dec. Regn. Sicil.* 84. *num.* 1. 2. *&c.* (6) *Cenc. qu.* 14. *num.* 15. *& ſeqq.* (7) *Odd. de reſtit. in integr. par.* 1. *qu.* 17. *art.* 7. *Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec.* 21. *& dec.* 19. *num.* 3. (8) *Cenc. quæſt.* 17. *per tot.* (9) *Cenc. quæſt.* 18. *num.* 6. (10) *Rot. poſt Cenc. dec.* 40. *num.* 8. (11) *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 206. *num.* 5. (12) *Rot. poſt Cenc. dec.* 52. *per tot.* (13) *Rot. cor. Coccin. dec.* 244. (14) *Rot. poſt Cenc. dec.* 55. *num.* 6. (15) *Intrigliol. ſuper Bull. de Cenſ. qu.* 21. *num.* 16. (16) *Cenc. qu.* 21. *n.* 16. (17) *Rot. par.* 16. *rec. dec.* 57. *n.* 2. *& par.* 17. *dec.* 21. *num.* 7. (18) *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de alienat. qu.* 3. *n.* 10. *Rot. dec.* 168. *num.* 15. *par.* 19. *tom.* 1. (19) *Intrigliol. qu.* 26. *n.* 11. (20) *Rot. poſt Cenc. dec.* 402. *& dec.* 48. (21) *Rot. poſt Cenc. dec.* 30. *per tot.* (22) *Felician. de cenſib. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 10.

Su-

Super quibus Bonis poſſit, vel non Cenſus conſtitui.

§. VII.

IN ſuperiori §. viſum fuit de illis qui Cenſus imponere poſſint, vel non, in præſenti inquirendum videtur ſuper quibus bonis nec ne Cenſus conſtitui queat.

S. Pius V. in laudata Bulla quamplura exigit circa fundum Cenſui ſubiiciendum; primo quod ſit immobilis, vel pro immobili habeatur; ſecundo quod de ſui natura fructum ferat: tertio quod ſit certis finibus deſignatus: quarto quod ſit liber, & alteri privato oneri non ſubiectus.

Inter Immobilia Loca Montium enumerantur, ergo ſuper illis Cenſum conſtitui poſſe dicendum eſt, ſi tamen agatur de Locis non vacabilibus, & de quolibet alio iure perpetuo, in aliqua Civitate, vel Loco exiſtente (1).

Difficultas tamen oriri poſſet ſuper Molendinis, inſpecta earum ſpecie, nam alii ſunt, navium inſtar, ſuper Fluminibus ambulantes, & iſti Cenſui ſubmitti non poſſunt; perpetuo alii ſolo inhærent, & ſuper iſtis recte Cenſus conſtituitur (2).

Cenſus inſuper perpetuus conſtitui poteſt ſuper alio Cenſu, eo quia hic inter Immobilia recenſetur, ut communi voto ſentiunt DD. (3).

Ex centies Laudata Bulla alia emergere poteſt dubietas, utrum ſcilicet, idem, & unus Cenſus conſtitui poſſit ſuper pluribus fundis, cum fundus Cenſitus debeat eſſe certis finibus deſignatus: Pro reſolutione huius quæſtionis diſtinguendo reſpondendum eſt; Vel Cenſus conſtituitur ſuper fundo certo, ſuiſque finibus deſignato, & univerſaliter ſuper reliquis bonis conſtituentis; Vel imponitur ſuper re certa, & limitata, adiecta hypoteca ſuper omnibus bonis Imponentis.

Primo caſu Cenſus nullus erit, cum non careat uſuræ labe; Etenim tollitur hoc caſu omne periculum rei emptæ eidem Emptori, nam ſemper in hoc ſyſtemate tutus eſſe poteſt, redditus ſalvum habere, & eſſet fere impoſſibile quod huiuſmodi Cenſus per fundi peremptionem extingueretur (4). Secus autem dicendum eſt in ſecundo caſu, & tenendum quod Cenſus ut ibi conſtitutus valeat, tunc enim fundi cenſiti locum obtinet res certa Imponentis, & ſuis finibus deſignata, reliqua autem bona non retinent partem fundi, ſed remanent tantummodo obnoxia pro ſecuriori Cenſus ſolutione (5), ex quibus inferri poteſt quod

 vali-

valide Cenſus ſuper pluribus fundis certis, & deſignatis cum eorum certis Vocabulis, & Confinibus conſtitui poſſit (6). Verum imponens Cenſum ſuper re communi cenſetur elegiſſe in ſuam partem fundum Cenſitum (7).

(1) *Rot. poſt Cenc. dec.* 441. *n.* 1. (2) *Cenc. qu.* 29. *num.* 7. (3) *Paulut. diſſert.* 98. *art.* 1. *n.* 34. *Rot. cor. Seraph. deciſ.* 234. *n.* 4. *et cor. Cenc. dec.* 14. *et* 83. (4) *Rot. poſt Cenc. dec.* 80. *n.* 3. (5) *Urceol. conſ. for. cap.* 22. *n.* 31. *Leotard. de uſur. qu.* 28. *n.* 43. *Gratian. diſcept. for.* 141. *n.* 11. (6) *Covarruv. lib.* 3. *variar. cap.* 7. *n.* 6. (7) *Paulut. diſſert.* 72. *n.* 57. *Card. De Luc. de regal. diſc.* 160. *Palma alleg.* 194. *n.* 15.

Quibus conditionibus, & pactis Cenſus imponi debeat.

§. VIII.

CUM noviſſimam huic Contractui formam præſcripſerit S. Pius V. videndum quomodo Cenſus imponi debeat.

Iam obſervatum fuit Cenſum imponendum eſſe ſuper re certa, nunc ſciendum pretium Cenſus, quod vulgo ſors principalis dicitur, vere, & non ficte in pecunia numerata ſolvendum eſt, nam ſi pro parte ſolutum fuerit in pecunia numerata, partim in alia re, corruit Contractus: Pretium hoc ſolvi debet integrum, & iuſtum coram Teſtibus, quod ſi Notarius ſimpliciter aſſerat fuiſſe ſolutum, non exprimendo exburſatum fuiſſe in actu Inſtrumenti, vel ante, in dubio præſumendum eſt Cenſum fuiſſe legitime conſtitutum, quia ſemper interpretatio fieri debet pro vitando delicto (1). Dubium tamen excitari poſſet quale ſit iuſtum pretium, & reſpondendum quod illud aut a legitimo ſuperiore declaratum fuit, vel non; Si fuerit declaratum, evaneſcit difficultas, ſin minus, variari poterit, & decerni iuxta varietatem circumſtantiarum (2).

Prohibet inſuper dicta Bulla paciſci quod a Debitore Cenſus anticipatæ ſolutiones fiant; quod ſi ſponte Debitor anticipate ſolverit, id rite factum erit.

Improbat Pontifex pactum quod ad caſus fortuitos obligetur qui ex natura Contractus non tenetur; nam in hac materia proceditur ad normam regulæ quod periculum, & commodum rei venditæ ſpectet ad Emptorem (3).

Reprobatur quoque pactum, quo auferatur, aut reſtringatur Debitori facultas alienandi rem Cenſitam. Certum tamen eſt quod

ſi

ſi vendatur, onus ſolvendi Cenſum in Emptorem transfertur: Præſcribitur tamen, quod ſi Debitor Cenſus cenſitum fundum vendere voluerit, debeat cœteris præferre Cenſus Creditorem, eique denunciare conditiones, quibus fundus ſit vendendus, illumque per menſem expectare, & beneficium hoc Creditori competens eiuſdem Hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque competit.

Menſis Creditori præfixus ad deliberandum an emere velit rem cenſitam eſt tempus continuum, non utile, quia non aſſignatur ad aliquid faciendum in iudicio; Tempus enim utile conſideratur reſpectu iudicii, illud tamen Creditori legitime impedito non currit (4). Ulterius obſervandum eſt, quod verbum venditio, ſeu vendere, de quo ſupra, comprehendit omnem Contractum oneroſum, non autem lucrativum, vel per ultimam voluntatem; etenim in lucrativis non eſt neceſſaria dilatio, quæ datur Creditori in caſibus de quibus ſupra.

Non ſunt admittenda pacta, quæ ad intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vel ad alias pœnas moroſum Debitorem obſtringant. Quod tamen limitatur quando Creditor pactus fuerit quod Debitor in caſu moræ teneatur ad illud intereſſe, ad quod teneretur de Iure Communi.

Prohibet etiam S. Pontifex ne ex penſionibus Cenſus non ſolutis, ſeu etiam ſolvendis in poſterum novus Cenſus creetur, aut ſuper eadem re, aut ſuper quacumque alia, tam favore Domini Cenſus, quam cuiuſcumque.

Nullius roboris pronunciat pacta continentia ſolutionem onerum ad eum pertinere, ad quem alias de iure natura Contractus non ſpectarent, & proſequendo iubet, quod ſi fundus Cenſitus pereat in totum, vel infructuoſus evadat, Cenſus quoque pereat; Si vero dictus fundus pereat in parte, vel infructuoſus reddatur, Cenſus quoque proportionabiliter pereat, & hic animadverti volumus, quod infructuoſus non dicitur fundus, qui conſuetos pro duobus, aut pluribus annis nullos fructus ferat, ſed qui omnino ad fructus ferendos impar evaſit &c.

Continet quoque laudata Bulla, quod poſſit a debitore redimi, & extingui ad ſui libitum, pro eodem pretio, quo fuit emptus, non obſtante quacumque præſcriptione, vel pacto, & quod Debitor Cenſus volens illud redimere debeat hoc denunciare Creditori, per bimeſtrem ante (quod dicitur *diſdictam facere*) qui creditor poterit poſtea Debitorem, etiam invitum ad Cenſum intra annum redimendum cogere, & facta diſdicta fructus exigi nequeunt (5).

Ve-

Vetita ſunt quoque pacta (extra caſus ſupra expoſitos) quæ ſtatuant pretium Cenſus repeti poſſe a debitore invito.

Proſequendo declarat Pontifex pœnas ab eodem ſtatutas in caſibus contraventionis, firmando Contractus Cenſuales præter formam præſcriptam initos uſurarios eſſe, & ita Contrahentes uſurariorum pœnis affligi debere, quodque Fiſcus acquirat ipſo facto omnia, quæ contra Bullæ formam tacite, vel expreſſe data vel remiſſa fuerint.

Poſtremo iubet Pontifex pretium ſemel Cenſui conſtitutum augeri non poſſe, vel minui quacumque de cauſa, nec unquam Cenſus Emptorem diverſo pretio, ſeu ſaltem maiori vendere poſſe.

(1) *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 2. *n.* 6. *Cenc. quæſt.* 51. *n.* 7. *&* 14. (2) *Covarruv. var. lib.* 3. *cap.* 10. *Cenc. qu.* 47. *a n.* 5 *uſque ad* 8. (3) *tot. tit. ff. de peric. et commod. rei vend.* (4) *DD. in cap. ſciſcitamur de reſcriptis* (5) *Leotard. de uſur. qu.* 68. *n.* 9. *De Luc. de cenſ. diſc.* 31. *n.* 8. *et diſc.* 75. *n.* 6. *Gob. conſ.* 33. *n.* 24.

Notæ ad hunc §. VIII.

Quamvis ſupra dictum fuerit quod Contractus Cenſus factus abſque interventu pecuniæ numeratæ nullus ſit, attamen ſciendum eſt quod D. Pius V. in eius declaratione ſuper hanc materiam, incipiente = Etſi Apoſtolica Sedes = pronunciat etiam ſine pecunia aliquando conſtitui poſſe Cenſum, ut ex cauſa aſſignandæ dotis, adeoque certum eſt, quod ex dicta cauſa ac etiam cauſa donationis creari poſſit abſque pecunia: *Manſ. conſ.* 207. *tom.* 3. *fol.* 746. *et* 758. Conſtat inſuper ex dicta declaratione poſſe loco pretii conſignari Cedulam Banchariam.

Oportune quæritur an Emptor fundi non habens pecuniam, poſſit emere Cenſum, vel aliud onus ſuper re empta imponere favore Venditoris, & decernitur quod poſſet id facere, ſi in Inſtrumento appareret de integra ſolutione, quæ poſtea illico eſſet reſtituta emptori fundi pro pretio Cenſus, quem imponeret: *Cenc. de cenſ. quæſt.* 4. *num.* 21. *Gratian. diſcept. for. cap.* 588. *per tot.*

Obſervandum quoque eſt quod Dominus Cenſus, fundum Cenſitum emens poteſt compenſare pretium Cenſus cum pretio fundi ſibi venditi.

Etſi generalis regula ſit quod impoſitor Cenſus nequeat compelli ad illum redimendum, addendo nunc aliqua ſuperius dictis, regula non procedit quando Dominus Cenſus inopinate reperit fundum aliis anterioribus vinculis obnoxium, poteſtque tunc

Digitized by Google

tunc cogere Venditorem ad redimendum, dummodo probet anteriores obligationes abſorbere totum valorem fundi Cenſiti, *Cenc. qu.* 3. *Manſ. conſ.* 319. *tom.* 4. poteſtque eo caſu ſortem petere, una cum fructibus loco damnorum, prius vero tenetur excutere fundum Cenſitum; Procedit quoque hæc limitatio quando ex parte Venditoris non fuerunt adimpleta pacta conventa. *Cenc. loc. cit.* ubi fuſe multas tradit limitationes hoc articulo, & quid obſervandum in cauſa Graduatoria, *Salgad. in labyr. credit. par.* 1. *cap.* 19. quid in caſu Retractus *par.* 1. *cap.* 5. *qu.* 2. *art.* 5.

Primo per redemptionem, ſi videlicet Debitor Cenſus pretium Creditori reſtituat; ſecundo ſi pereat fundus in totum, vel in parte, obſervata tamen proportione, de qua ſupra actum fuit & excepto caſu, quo culpa Debitoris fundus pereat, tunc enim Creditor ſortem principalem repetere poteſt tanquam purum creditum (1).

Extinguitur quoque Cenſus, evicto fundo cenſito (2), datur tamen Creditori actio ad damna, & intereſſe ſi fundum evictioni obnoxium fuiſſe ignoraverit (3), ſi vero futuram Evictionem ſciebat non poterit uti dicta actione, quia tunc Cenſus tranſit in purum creditum pecuniarium, ex quo ſecluſo caſu moræ, nullum intereſſe exigi poteſt (4).

Opportune hic obſervandum remanet licitum eſſe pactum, quod ſi Cenſus extinguatur, pretium reinveſtiatur in ſtabilibus pro aſſecuranda puta dote &c. qua de re in caſu extinctionis, debitor Cenſus curare debet quod reinveſtiatur ad formam pacti, alias Cenſus non diceretur extinctus (5). Cenſus denique poteſt extingui etiam cum alia re, quam cum pecunia numerata.

(1) *Rot. poſt Cenc. dec.* 448. *n.* 1. *et* 2. *et in rec. dec.* 300. *n.* 4. *et* 5. *par.* 19. *tom.* 1. (2) *Cenc. qu.* 49. *n.* 6. *dec.* 356. *n.* 1. *par.* 39. *recentior.* (3) *dict. Cenc. quæſt.* 14. *Rot. par.* 19. *recentior. deciſ.* 336. (4) *Cenc. loc. cit. Boccacc. cod. tract: par.* 2. *num.* 14. *et Rot. par.* 19. *loc. cit.* (5) *Cenc. qu.* 97. *et* 108. addo inſuper, quod Cenſus non poteſt extingui minutatim, nam Creditor non poteſt cogi recipere veram ſolutionem diminutam, & in minori quantitate, quam requiratur ad faciendam extinctionem Cenſus ex diſpoſitione ſupra laudatæ Bullæ, ita nec ſolutionem fictam diminutam qualis eſſet ex compenſatione, quæ propterea eo invito minutatim, nec in parte exigua cum ſorte fieri nequit, niſi conſtet de reſidui oblatione, *Gratian. diſcept. forenſ.* 105. *n.* 9. *et* 10. *Surd. dec.* 191. *n.* 17. *et* 18. *Rot. dec.* 354. *n.* 9. *par.* 5. *tom.* 1. *rec. et dec.* 148. *par.* 6. *et dec.* 373. *n.* 1. *par.* 1. *et dec.* 194. *n.* 12. *et* 13. *par.* 13.

Con-

Digitized by Google

Concurrente partium conſenſu quod minutatim Cenſus extingui poſſit, valet extinctio, & tunc pro ratha extincta, licet dimidiam partem non equaret fructus amplius non debentur: *Rot. dec.* 435. *num.* 5. *et* 6. *par.* 13. *et deciſ.* 396. *num.* 24. *par.* 15. *recent.* & quidem conſenſus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus, aut præſumptus: *Surd. dec.* 191. *num.* 17. *et* 18. *Rot. cor. Merlin. dec.* 741. *n.* 6.

An Fideiuſſor in Contractu Cenſus accedere poſſit.

§. X.

IN hoc Contractu, ſicuti in aliis ſimilibus, poteſt Fideiuſſor accedere pro ſecuritate ſolutionis penſionum, ac pro libertate fundi cenſiti, & non ſolum unus, ſed plures poſſunt Fideiuſſores conſtitui.

Verum ſi Fideiuſſor in Contractu cenſuali convenerit cum Cenſuario, ſeu impoſitore, quod intra certum tempus debeat Cenſum extinguere, poterit elapſo dicto tempore cogere Cenſuarium ad Cenſum redimendum.

Excitant nonnulli ex DD. dubium utrum Fideiuſſor Cenſus poſſit a Cenſualiſta pro quo fideiuſſit Cenſum emere, ſed receptior Sententia adfirmativa eſt, & ſolidis rationibus probat *Gratian. diſcept. for. cap.* 499.

Valet utique pactum quod Fideiuſſor Cenſus debeat renovari de decennio in decennium, ſeu alio breviori, vel longiori tempore, at ſi non renovetur, Dominus Cenſus poterit agere ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad ſortis repetitionem.

Monita pro Neotericis Tabellionibus.

Sciendum Cenſum commenſurandum eſſe a fructibus rei, non ab eiuſdem pretio, & valore; Notarius itaque ut bene agat debet animadvertere ad redditum rei annualem, deductis expenſis neceſſariis, & oneribus, quare optima cautela erit apponere in Inſtrumento Cenſus (quod Impoſitor Cenſus aſſeruit talem fundum eſſe frugiferum, & capacem ad ſubſtinendum onus impoſitum). Cavendum ulterius eſt quod fructus rei Cenſui ſupponendæ non excedant exorbitantem penſionem Cenſus ſolvendam, quia talis Contractus non careret uſuræ ſuſpicione, quia oriri poſſet præſumptio quod Emptor reſpexerit ſecuritatem a peremptione Cenſus. No-

Notarius in Contractu reſtitutionis, ſeu, ut aiunt, extinctionis Cenſus, moneat Partes, quod ſuper credito fructuum decurſorum, ſuper Cenſu iam impoſito novus Cenſus conſtitui nequit & quod multo minus poteſt conſtitui, & ſucceſſive vendi Cenſus, & loco pretii eiuſdem compenſare ſibi facere creditum, quod ex alia cauſa Emptor habeat cum Venditore.

Animadvertat quod pro pretio Cenſus realiter, & integraliter pecunia numeretur.

Sciat pactum valere, quod ſi lis oriatur ſuper Cenſu, Venditor teneatur ad debitas expenſas, & intereſſe.

Quod non valet pactum, quod ſi Cenſuarius in ſolvendo Cenſu moroſus fuerit, Fundus cenſitus intelligatur Domino eiuſdem iuſto pretio venditus.

Non valet pactum, quod Fideiuſſor Cenſus in caſu moleſtiæ poſſit aliquid de iuribus principalis Debitoris Cenſus habere.

Valet pactum (dummodo non ſit conceptum per modum pœnæ) quod pro faciliori exactione penſionis, dominus Cenſus poſſit propria auctoritate, & abſque Decreto Iudicis capere fructus fundi obligati, caſu quo Debitor ſit moroſus in ſolvendo, maxime in vim clauſulæ conſtituti, precarii &c. quo caſu poterit Dominus Cenſus capere poſſeſſionem dictorum fructuum, etiam contra Tertium Poſſeſſorem, dummodo compareat in iudicio, & ſimpliciter petat nuncium pro aſſociatione : vidend. *Genc. qu.* 17. *per tot.* ubi tradit quid agendum in caſus contingentia, & paſſim alibi, præcipue *qu.* 4.

In Cenſibus conſtituendis a Minoribus, & Mulieribus adhibeat Notarius omnem diligentiam ut ſerventur iuris, ac Statutorum ſolemnitates, non ſolum pro ſecuritate Contrahentium cum Minore &c. verum etiam pro utilitate Minorum.

Primum igitur ſi a Pupillo, ſeu minore Cenſus conſtituatur, erit neceſſarius interventus Tutoris, ſeu Curatoris, ac Decretum Iudicis, prout obſervatum fuit alibi.

Animadvertendum præterea eſt in materia Fideiuſſorum, quod ex regula generali procedit ſi obligatio Principalis fuerit ipſo iure nulla, fideiuſſionem quoque nullam eſſe, quæ regula in multis caſibus fallit.

Primo quando Fideiuſſor animo novandi, principaliter, & in ſolidum ſe obligavit, & omni meliori modo.

Secundo quando Contractus non eſt nullus propter aliquem defectum, ex diſpoſitione Iuris Communis dimanantem, ſed nullitas oritur ex aliquo ſpeciali favore, puta propter diſpoſitionem Statuti.

Digitized by Google

Tertio quando Fideiuſſor expreſſe ſe declaravit = quod vult = etiam teneri in omnem eventum nullitatis, ac invaliditatis = Contractus provenientis, ex quocumque cauſa =

Si contigerit Notarium rogari de Inſtrumento, in quo Impoſitor Cenſus velit Cenſum impoſitum ſuper uno fundo transferre in alium fundum, hæc adhibenda erit clauſula, videlicet = citra Novationem, & citra præiudicium iurium quorumcum= = que, quoad alios obligatos = ne videatur aliquid innovari præter fundi mutationem, nam ſi hæc clauſula omitteretur, accidere poſſet quod remanerent extinctæ priores obligationes, & novus conſtitueretur Contractus, cum amiſſione hypothecæ antecedentis, & antiquioris, quod eſt valde cavendum, iuſta ea quæ tradita ſunt cum de Novationibus actum fuit.

Differitur an recipiens pecuniam ad Cenſum poſſit partem illius amico dare hac lege, ut ſolvat partem proportionabilem fructus, & affirmative reſpondetur, ideoque ſi Notario occurrat de ſimili contractu rogari, ſollicitus ſit exprimere, quod Cenſuarius creavit illum in ea parte contemplatione amici, qui ideo recognoſcendo bonam fidem, promittit eum indemnem ſervare, ac aſſumit in ſe onus dictum Cenſum ſolvendi pro rata, & ad eius libitum extinguendi: *Cenc. qu.* 34. *per tot.*

Formula Obligationis, caſu, quo primus Emptor Cenſus vendere illum voluerit = N. N. promittit Cenſum ſic venditum ma= = nutenere verum, certum, bene fundatum, ac exigibilem, ſed = etiam ad maiorem dicti Emptoris cautionem voluit, & vult = pro ipſa manutentione teneri pro Debitore Cenſus, & tamquam = Principalis principaliter, & inſolidum cum eo obligatus, non = ſolum reſpectu ſortis Principalis ſed etiam reſpectu fructuum = in poſterum decurrendorum.

Poſtremo notandum illicitum eſſe pactum quod Dominus Cenſus conducat fundum cenſitum, & quod locatio duret quouſque duraverit Cenſus (hoc tamen non vitiat Contractum) ſed locatio invalida tantummodo eſt: *Cenc. de cenſib. qu.* 60. *n.* 41. ſed uſus plura docebit.

Clauſularum explicatio ad ornatum Formulæ Cenſus.

Clauſ. = Perpetuum, & redimibilem = intelligi debet, quod perpetuitas reſpicit Venditorem Cenſus tantummodo, quia cogi non poteſt ad redimendum ab Emptore.

Clauſ. = Quam ſummam promiſit ſolvere in pecunia numerata = Hæc Clauſula tenet, attamen poſſet paciſci ſolutio etiam

in

in fructibus, ac propterea Cenſus alius dicitur *pecuniarius*, alius *fructuarius*.

Clauſ. = Quam ſolutionem promiſit facere de ſemeſtre in ſemeſtrem = Hic opportune obſervandum eſt quod ſi Cenſus eſt fructuarius debet ſolvere de tempore collectionis fructuum; ſi pecuniarius eo tempore, quo fuit conventum; at ſi nihil de tempore ſolutionis actum ſit, ſervanda eſt Regionis conſuetudo, & in dubio facienda eſt in fine cuiuſcumque anni.

Clauſ. = Quam ſolutionem promiſit dictus Debitor facere Florentiæ, Piſis, Senis &c. = Hæc Clauſula quamvis licite apponatur in aliis Contractibus, illicita prorſus, & reprobata eſt in Contractu Cenſus = Debet autem creditor mittere, vel accedere pro accipiendis fructibus a Debitore, ſuo periculo aſportandis, ita *Boccaccius de Cenſibus* = *par.* 3. *n.* 53.

Clauſ = Quod ſi in præſenti Inſtrumento aliquid eſſet appo-
= ſitum Bullæ, ſeu Conſtitutionibus S. Pii V. repugnans, id omne
= volunt Contrahentes haberi pro non appoſito, & e converſo ſi
= quid defecerit ad formam dictæ Bullæ adimplendum volunt
= haberi pro appoſito, redigentes ideo totum præſentem Contra-
= ctum, & ſingula in eo contenta ad verum ſenſum, & teno-
= rem dictæ Bullæ, quia iuxta illius formam ſe velle contrahere
= & non aliter, nec alio modo proteſtantur, omni &c. = Clauſula hæc non debet a Notariis omitti, quia præſervat Contractum a quacumque nullitate ob non ſervatam formam &c.

Clauſ. = Sub pœna dupli = Hæc Clauſula nil operatur in hoc Contractu, imo fortaſſe illum derueret, quia nulla pœna apponi poteſt in caſu inobſervantiæ, & ceſſationis a fructuum ſolutione, ut ex laudata Bulla, ergo omittenda eſt.

Clauſ. = Et ad omnia damna, & intereſſe expreſſe ſe obligavit venditor Cenſus = Iſta Clauſula inter alios effectus, quos producit, operatur quod ſi Cenſus eſſet nullus agi poſſet vigore dictæ obligationis, ad damna & intereſſe: *Rot. poſt Cenc. deciſ.* 38. *per tot.*

DE CAMBIIS TRACTAT. CUM ADDIT.

De hac materia agentes tradunt, Cambium barbaram vocem eſſe non uſu receptam apud Latinos, *Scaccia de commerc.* §. 1. *qu.* 3. *n.* 1. Certant inſuper an Venditionis, ut ſentit *Du-Pui tratt. delle Lettere di Cambio cap.* 3. *n.* 16. vel permutatio-

Contrahentes ad certas Nundinas Cambia ſimulent celebrare, ad quæ iis qui pecuniam recipiant, literas quidem ſuas Cambii tradunt, ſed ex poſt eædem non mittuntur, ſeu alio quocumque modo ficto, & ſimulato præſcripta requiſita negligunt, quos modos late, fuſeque enumerat *Carolus Mazzi loc. cit. par.* 1 *cap.* 25. *&* 26. *Leotard. de uſur. qu.* 25. *num.* 648. *Carl. Mazzi par.* 3. *cap.* 6. *degli Spicciolati, che danno a Cambio, Antoine Theolog. Moral. cap.* 9 *ſub* §. 2. apud quem, Auctor in notis damnare quoque videtur Cambia, quæ communiter *obliqua* nuncupantur, videlicet cum quis indigens, pecunia ab aliquo accepta, eidem facultatem tribuit æquivalentem ſummam accipere ad Cambium, & Recambium, vel a ſe, vel ab alia perſona, obligans ſe ei ſolvere quidquid ratione Cambii impendere deberet ſi a Campſore pecuniam accepiſſet.

NOTÆ.

Quidquid in abſtracto ſentiant aliqui Moraliſtæ (quorum doctrinam veneramur) in concreto, & relative ad quaſdam circumſtantias amplectenda videntur ea quæ practice tradunt melioris notæ Iuris Conſulti, & Tribunalia Catholicorum decernunt (remoto tamen Cambiorum exceſſu) ad rem *De Luc. de camb. diſc.* 27. *Italice ſcripto al* §. *e queſto* Ed in queſto conſiſte l' equivoco = di molti, che non praticano il Foro di Città grandi, e Piazze Mercantili, ſenza la pratica de quali è impoſſibile intender bene queſta materia, e diſtinguere i termini dalla confuſione de quali naſcono gli equivoci = & paſſim alibi ad ſatietatem eod. tit.; nam ſublata eſse videtur iſta ſuſpicio uſurariæ pravitatis in cambio, quod iuxta formam ſupra deſcriptam contraheretur, cum modernus uſus neceſſitatem litterarum, ſeu ſpacciorum ſuſtulerit, quia ipſimet Debitori, ſeu pecuniæ Receptori onus iniungatur Cambium perficere, ipſaſque litteras tranſmittere, & alia exequi quæ pro Cambiorum ſtylo gerenda ſunt, *De Luc. in ſumm. de camb. n.* 11. 12. 13. *& diſc.* 5. *per tot. Rot. par.* 10. *rec. dec.* 199. *& dec.* 256. *num.* 6. *& dec.* 338. *& par.* 13. *dec.* 234. 413. 439. 524. *num.* 15. Nam caſu quo Debitor ſupra ſe onus aſsumpſerit cambiandi tenetur ad ſolutionem Cambiorum, ſi non ea ratione, ſaltem ratione intereſse Creditoris, ob non adimplementum, imo Creditor non debet ſe amplius ingerere in negocio ne videatur facere novationem. *De Luc. diſc.* 10. *ſub n.* 3. *Rot. par.* 17. *rec. dec.* 131. *n.* 13. *& ſeqq. dec.* 385. *& cor. Bich. dec.* 121. *n.* 7. quod quidem potius utile, quam damnoſum debitori eſt, *De Luc. diſc.* 28. 32. *eod. tit.* (ut demonſtra-

ſtrabitur oportuniori in loco) & hoc procedit ex validiori ratione quando agitur de Cambio obliquo, *De Luc. diſc.* 8. *dict. tit. & Caſareg. de commerc. diſc.* 27. optime explicat quid ſit Cambium Siccum; quo iure licite exigantur uſuræ, ſeu fructus ex mutuo, ibique ſub *n.* 11. quando Cambia, quæ plerumque creantur Florentiæ mediantibus, ut aiunt = le uſuali Scritte di Cambio = minime uſurariæ pravitati obnoxia ſint, & latius deſcribendo particulam dictarum Apodixarum id probat in *diſc.* 148. ubi declarat quod ad dignoſcendam huiuſmodi Contractuum naturam magis ſcire oporteat ſtylum Platearum, & Negociorum, quam legale Articulum, ad rem generice loquendo facit *Bernardus Davanzati Florentinus in ſuo tractatu de Cambiis* „ ibi „ E
= dandoſi denari a Cambio non per biſogno di averli altrove,
= ma per riaverli con utile, e piglianſi non per trar denari ſuoi
= in alcun luogo, ma per ſervirſi di quei d' altri alcun tempo
= con intereſſe; Sant Antonino, il Gaetano, e gli altri Teologi
= lo concedono, oltre le altre ragioni per la comune utilità;
= concioſiachè ſe non ſi cambiaſſe per arte, i Cambi ſarebbono
= rari, e non ſi troverebbe riſcontro = *& Sotus de iuſt. & iur. lib. 6. qu.* 8. ait = Ars Campſoria, quam Nummulariam Ariſto-
= teles vocat, in malum ſonat, non tamen ſic habet intrinſe-
= cam malitiam quin bona fide, & circumſtantiis fieri poſſit
= licita =

Obſervandum tamen eſt quod vere, & realiter Cambium Siccum dari poſſet, eo potiſſimum caſu, quo Creditum oriretur uſque ab initio a puro mutuo, abſque eo quod Debitor fuiſſet in mora conſtitutus, vel ab alio Contractu de ſui natura infructifero, unde ſubiaceret Cenſuræ Bullæ S. Pii V. vidend. addit. ad *n.* 3. *& ſeqq. diſc.* 27. *Caſareg. ex autorit. Rot. Rom. dec.* 52. *n.* 2. 3. *par.* 1. *rec.*

Neque hic omittere volumus licitam evadere poſſe fructuum exactionem concurrentibus requiſitis, *Paul. de Caſtro in Leg.* 2. *§. fin. ff. de eo quod certo loco*, quæ ſunt I. Quod dans pecuniam negociari ſolitus ſit, & quomodo probari debeat *Marzimedic. dec.* 14. *num.* 10. II. Prompta occaſio erogandi pecuniam *Caſtrenſis in Leg. non utique, §. nunc ff. de eo quod cert. loc. Marzimedic. dict. dec.* 14. *n.* 12. III. Mora debitoris, urgente etiam Creditore pro ſua ſatisfactione, *Leg.* 2. *§. ſi navis ff. ad L. Rhodiam de iactu*, *Marzimedic. d. dec.* Quæ quidem requiſita præſumuntur interfuiſſe quando ſumus in Emporiis, & Civitatibus mercantilibus, ita quod ad ea iuſtificanda nemo teneatur, *De Luc. de dot. n. 6. diſc.* 68. *& diſc.* 161. huius opinio communiter appro-

approbata eſt, & receptior *Caſareg. de commerc. diſc.* 41. *n.* 16. 17. *&* 18. quod procedere adfirmat in perſonis utriuſque ſexus & cuiuſcumque conditionis, præcipue Genuæ *num.* 18. & Florentiæ *in addit. num.* 15. ex auctoritate *Io. Torre variar. qu.* 1. *num.* 7. 8. *tom.* 2. vidend. *Marzimedic. dict. dec.* 14. quod locum habere etiam ait in addit. ad *dict. diſcurſ. ad n.* 2. *&* 5. *ſub num.* 18. *idem Caſareg.* ubi notat quod quando aliquis eſt obligatus ſine præfinitione temporis ad aliquid faciendum, vel ad remittendas alicui pecunias per eumdem exactas, dicitur in mora ſi ſtatim ac potuit eas non remiſit, aut non fecit id ad quod tenebatur, quia de iure intelligitur ipſi præfinita illa dies, qua id quod promiſit adimplere poterit, & ſic ſtante prædicta mora tenebitur etiam ad intereſſe, ex *Sabell.* §. *promiſſio n.* 27. *&* 28. *Surd. dec.* 226. *n.* 10. & hæc dicta ſint ſi non appoſite, ſaltem ad rudimentum perdiſcentium.

Pro coronide huius §. notandum eſt quod in Etruria aliquando ſuſpenditur curſus uſurarum, ſeu Cambiorum. Etenim viget *Lex diei* 31. *Auguſti* 1693. „ ibi „ Che chi ha dato, o darà = a Cambio a perſone non negozianti ſia tenuto almeno per = ogni ſette anni far notificare per Atto pubblico, ed in modo = equivalente al Debitore la preciſa ſomma del ſuo debito, e = paſſati detti ſette anni ſenza eſſere ſtata fatta, e reſpettiva= mente innovata detta notificazione, ceſſi l' intereſſe fino a che = la medeſima non ſia ſeguita, e morendo il Debitore ſia tenu= to il Creditore far notificare agli Eredi dentro il termine di = un anno, mentre ſiano nello Stato, ed eſſendo il Credi= tore, o gli Eredi del Debitore fuori dello Stato Fiorenti= no debba farſi detta notificazione tra due anni, e ceſſino = gl' intereſſi fino a tantochè detta notificazione non ſia ſegui= ta „ & inferius „ non intendendo che debba farſi notificazio= ne alcuna a quei Debitori che anderanno pagando annualmen= te gl' intereſſi, non potendoſi in queſti præſumere l' ignoranza =

Viget inſuper Lex altera *diei* 28. *Maii.* 1717. quæ explicat, augetque præcedentem „ ibi „ Il che appare molto contra= rio alla giuſtizia, e pia mente di S. A. R. che ha ordinato det= ta notificazione, in quanto al ſuppoſto che i Debitori, e maſ= ſime i loro Eredi non abbino notizia di tal debito cambiario = e che perciò continuando i Cambi, poſſino cauſare dei pre= giudizi ai Debitoori, il che ceſſa ogni volta che i medeſimi = pagano i frutti correnti annualmente, o parte anco del capi= tale, perchè da queſto ſi deduce in loro la ſcienza di tal = debito = & quamvis in prædictis Legibus videatur requiri Iu-

dicialis

Digitized by Google

dicialis intimatio pro forma, attamen ſuppleri poſſe per equipollens (quia agitur de interpellatione ad effectum ſcientiæ tantummodo) deciſum fuit in *Florentina Cambiorum cor. DD. Bartolomæo de Arcbis, diei* 20. *Iunii* 1719. *& cor. Uguccioni in Burgi Santi Laurentii fructuum Cambii diei* 14. *Decembris* 1717. *& cor. Finetti in Emporien. Cambior. diei* 26. *Septembris* 1755. quibus addo *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 34. *num.* 10. *De Luc. de dot. diſc.* 171. *num.* 76. *verſ. non eſt* = attamen fluctuat adhuc an-
= ceps Rot. Florent. in hoc Art. quando agitur de fructibus non
= ſolutis, & decurſis pro tempore in dictis Legibus expreſſo,
= ita quod ad vitandas controverſias ſuaderem Creditoribus Iu-
= dicialem Intimationem non eſſe omittendam, eo maxime quia
= pacta antecedentia, quæ quoquomodo deſtruere poſſent diſ-
= poſitionem dictarum Legum nullimode attendenda ſunt, ut
= patet ex earumdem contextu.

De Cambio Reali inter præſentes.

§. II.

Cambium Reale, ſeu Verum, eſt vera permutatio æqualitate inter datum, & acceptum ſervata, & dividitur in Cambium inter præſentes, quod minutum, ſeu manuale, purum ſine litteris dicitur, quod eſt permutatio monetæ diverſæ ſpeciei, & rationis, ut aureæ cum argentea, minoris cum maiore, patriæ cum extranea &c. & viciſſim &c. aliqua statuta mercede, ſeu lucro iuſta Collybyſtarum, ſeu Campſorum inſtitutum.

N O T Æ.

De hoc agit laudat. *Mazzi loc. cit. cap.* 17. „ ibi „ In eſſo
= nè eſplicitamente, nè implicitamente vi ſi può conſiderare il
= mutuo, dal quale propriamente naſce l' uſura: Inoltre è molto utile, e neceſſario = *Du-Pui loc. cit. §. la prima e il Cambio minuto*. Iuſtus enim titulus a labore, & periculo, quibus quotidie ſubiacet Campſor, & pro quibus condigna debetur merces, *Leg qui Romæ* 122. *§. Callimachus ff. de verb. oblig. Leotard. de uſur. qu.* 25. *n.* 10. 12. *&* 13. *De Luc. de Cambiis diſc.* 24. *num.* 7. Poteſt tamen in eo dari deceptio, & læſio, quoad exceſſum pretii, ſeu quoad falſitatem monetæ &c. vidend. *De Luc. de camb. diſc.* 27. *§. in queſto Cambio &c.*

Sub

Sub hoc venit etiam altera Cambii ſpecies, quæ fit inter præſentes de una monetæ ſpecie ad aliam eiuſdem regionis, eodemque in loco, ſed cum aliqua temporis dilatione, ut ex *De Luc. dict. diſc.* 27. §. *la ſeconda ſorte*, & inferius „ ibi „ Tizio da oggi a Sempronio cento Ducati in moneta di Rame, = perchè tra un meſe reſtituiſca i medeſimi in moneta d' argento, o oro &c. & ad §. *in queſta* „ ibi „ In queſta ſorte di = Cambio cade chiaramente l' uſura, perchè vi entra il mutuo = con la dilazione del tempo, per mercede del quale ſi riceve quell' utile, e in queſto conſiſte l' uſura di cavar frutto = dalla ſola dilazione, ed uſo del denaro.

De Cambio Reali inter abſentes, ſeu per litteras.

§. III.

CAmbium inter abſentes, ſeu per litteras, quod locale nuncupatur, eſt = Permutatio pecuniæ præſentis, cum abſente = ut ſi des Caio pecuniam, & Caius tradat tibi Litteras Cambii Florentiæ, quarum ope eamdem ſummam recipias Romæ, Campſori prius debito collybo, ſeu mercede ſoluta, & definiri poteſt = Conventio ultrocitroque obligatoria, dandi reddendique tantumdem in eodem, vel diverſo genere pecuniarum, quæ conſenſu, re, & pretio, non ſine temporis dilatione, locorumque = diſtantia perficitur = dividitur in *ſimplicem* ſine Nundinis, & in *Plateale*, ſeu *Nundinale*.

NOTÆ.

Allata definitio congruere videtur huiuſmodi Cambio, quia ex laudato *Scaccia* §. 1. *qu.* 5. *num.* 34. dicitur differre Cambium minutum ab hoc ſimplici per litteras quod non poſſit in iſto hinc inde incontinenti cambiari, & fieri numeratio. Ex eo oritur neceſſario quoddam creditum, nam qui prius dat ut poſtea recipiat in alio loco efficitur Creditor, & conſtituitur loco Emptoris, & alius qui eſt ſoluturus poſtea alio in loco remanet debitor veluti Venditor, *Du-Pui loc. cit. cap.* 2. *num.* 16. & quomodo conveniat cum primo proſequitur idem *Scacc. loc. cit. n.* 30. & paſſim alibi.

De hoc pariter agit *Mazzius cap.* 18. *ubi in* §. *ult.* hæc habet = Queſta è una ſpecie di Cambio di ſua natura libero, e puro = nelle coſe eſſenziali, ſimile al Cambio minuto =

In hac, atque in Nundinalis Cambii ſpecie duplex eſt, *intrinſecum* ſcilicet, ſeu *accidentale*. Oritur primum a maiori, vel minori monetarum intrinſeca bonitate, vel ab eiuſdem materiæ pondere, ſeu a diverſo monetarum valore in uno, vel alio loco: alterum ex ſola æſtimatione traiectionis, ac periculi ſuſceptionis, & mercedis Campſorum, eorumque correſponſalium, aut a ſola ratione materiæ inferioris traditæ, puta argenteæ pro ænea, iuſta temporum varias circumſtantias, cuiuslibet monetæ valorem intrinſecum, & ordinarium alterantes; & ex quo fit in hoc licitam eſſe lucri exactionem, etiam ad mentem *Pianæ Bullæ in §. porro curandum*, adfirmat *Roſignol. de contract. controv. 5. prænot. 2. & 3. ad rem Scacc. de commerc. §. 1. qu. 1. n. 42. De Luc. de Camb. diſc. 27. verſ. queſta mercede.*

Exordium ſumit Contractus iſte ex conventione, ac ſimultaneo Contrahentium conſenſu, cuius vigore Campſuarius pretii nomine ſaltem virtualiter exhibet in loco Contractus, certa ſtatuta mercede pro Campſore, certam, determinatamque pecuniæ quantitatem; Iſte vero promittit ſe alio in loco ſoluturum certo tempore, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam conventam pecuniæ quantitatem, nomine rei emptæ venientem; virtualiter inquam, cum ad illius ſubſtantiam haud actualis pecuniæ numeratio requiratur, ſed ſufficiat iuſta emptionis naturam præcedens debitum, induens rationem pecuniæ numeratæ, vel compenſatio, iuris ceſſio, vel quidquid ex antecedenti Contractu, ac promiſſione debetur per æquipollens in continenti expendibile, *Leg. pretii Cod. de reſcind. vend. Rot. Rom. dec. 266. n. 6.*

Perfecto Contractu ad illius implementum requiritur quod ille qui remanet obligatus ad ſolvendam pecuniam in uno loco convento tradat Campſuario, vel alteri de illius mandato binas, tres, quandoque plures Literas Cambii, pro cuiuſque loci ſtylo, ut ſi forte primæ amittantur, poſſint cœteræ præſentari pro adimplendo Contractu.

De Litteris Cambii.

§. IV.

Cambii Litteræ ſic deſcribi poſſe videntur = Compendioſa de= ſcriptio a Debitore ſubſcripta, continens formaliter man= datum conſecutivum Cambii, datum Creditori ad eum, ad = quem dirigitur Tracta, de pecuniis in loco deſtinato ſolven= dis

= dis illi cui ſit remiſſa, cum expreſſione diei, locive tam Cam-
= bii celebrati, quam deſtinatæ ſolutionis.

Litteræ hæc, pluribus in modis ſecundum circumſtantias deſcribuntur, de quibus tamen unicum afferemus exemplum, ne in immenſum huius tractatuli moles excreſcat, quare vidend. *Du-Pui cap.* 4. ibi „ Firenze 18. Luglio 1775. per piaſtre cento = Signor mio = A viſta vi compiacerete di pagare per queſta pri-
= ma di Cambio al Sig. Euforbio Bracci Piaſtre cento, per va-
= luta ricevuta in contanti dal Sig. Serapione Lazzerini, e met-
= tete a conto come per la lettera di avviſo. Voſtro umiliſs.
= Servitore N. N. = In cœteris caſibus uſus vos plura docebit animadvertendo quod Litteræ Cambii arbitrariæ ſunt, dummodo exprimant illum qui facit litteram, illum qui debet eam ſolvere, quando ſolvi debeat, & illum qui dedit valutam, & quomodo eam ſolvit.

De Solutionibus, & quomodo ſolvi poſſint & debeant Litteræ Cambii.

§. V.

SOlutionum termini inter ſe omnes differunt, & ad quinque reducuntur, videlicet = A viſta, o a piacere = a tanti giorni viſta = a tanti giorni del tal meſe = ad uno o più uſi, ed ai pagamenti della Fiera = prima = a viſta = debet illico ſolvi *Scacc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 5. Secunda decurrere incipit a die præſentationis Litterarum, Tertia a die tali, menſis talis & eſt tempus determinatum ab eadem littera, Quarta eſt terminus determinatus ab uſu loci, ubi Cambii litera ſolvi debet, idem *Scac.* §. 2. *Gloſſ.* 5. *n.* 8. „ ibi „ Dico ſolutionem faciendam eſſe infra
= decem dies, & plures, & pauciores, ſecundum uſum, & pla-
= citum Platearum, in quibus fiunt Cambia.

Quibus ſic explicatis dicendum remanet quod mandatum de recipienda pecunia ex hoc Contractu debita dari ſolet Creditori pecuniæ cambiatæ, qui fere ſemper eſt Campſuarius, cui deinde incumbit onus *remiſſæ*, ideſt transferendi Litteras Cambii ad locum deſtinatæ ſolutionis, ut eaſdem ibidem exhibendo, ſive per ſe, ſive per alium exactionem pecuniæ debitæ procuret ab eo, cui facta fuit *tracta*, ideſt mandatum de quantitate conventa ſolvenda.

 Litte-

Litteræ Cambii favore Creditoris conſtituunt plenam probatoriamque obligationem, ſi diſpoſitive loquantur, & materia id patiatur, dummodo recognoſcantur a Debitore vel per confeſſionem, vel per litterarum præceptionem, vel comparationem charatteris, vel Teſtium depoſitiones inducunt plenam probationem, ita ut poſſit Creditor pro implemento Contractus agere aliquando contra Campſorem, aliquando contra Correſpondentem tam pro capitali, quam pro eo quod ſua intereſt pecuniam ſuis loco, & tempore ſolutam non fuiſſe: contra Campſorem agit ſi Correſpondentem obtulit decoctum, vel ſolvere recuſantem; agit contra Correſpondentem ſi poſt litterarum acceptationem pecuniam non numerat.

Ex hoc ſequitur quod poſt præſentationem litterarum debet Campſoris Correſpondens, vel illas acceptare, aut ſolutionem promittendo, aut ſolvendo, vel recuſare coram Notario, & Teſtibus, ne alias aſſentiendo expreſſe, vel tacite ſuum lædatur ius, mandato non obtemperando; quod ſi ſolutio litterarum denegatur dicitur correſpondens Debitoris *elevare proteſtum*, vel *litteras remittere cum proteſtu* ad perſonam, & locum unde proceſſerant: ad materiam *Torr. de Camb. in Prolegomenis*.

Solutiones iſtæ fiunt aliquando ſimpliciter, interdum ſuper proteſtu: Simpliciter quando abſque ulla conditione, & cautela præcedens diſſolvitur obligatio miniſterio numerationis pecuniæ debitæ, compenſationis delegationis aut alterius generis ſolutionum.

Super proteſtu quando realiter fit literarum ſolutio, vel ab eo cui tracta facta fuit, vel ab alio tractam non habente, quia ille ad quem fuit directa tracta proteſtu elevavit; fit inquam ſolutio litterarum non abſolute, ſed pro honore, quibus ſimpliciter non obtemperatur, ſed pro earumdem, & Datoris honorem.

Solutione perficitur contractus, vel quaſi ſive fiat ſub proteſtu, abſque tamen præiudicio ſolventis, cui integrum adhuc remanet adverſus Mandantem ius conſequendi quod ſibi debetur virtute numerationis iam ſequutæ in executionem litterarum Cambii.

Verum ſi litteræ acceptæ ſint, ſed non ſolutæ, Creditor pro Contractus implemento habet adhuc obligatum Scribentem, tamquam Debitorem principalem, qui non liberatur abſque actuali, vel æquivalenti pecuniarum enumeratione, acceptantem vero tamquam Fideiuſſorem, quatenus accedit præcedenti obligationi, & acceptando Litteras Cambii ſibi tranſmiſſas aſſumit in ſe onus exequendi mandatum.

At

At ſi legitime ſolutio denegetur, competit Campſuario, ſeu Creditori promiſſæ pecuniæ ius agendi ex eodem Cambio adverſus Datorem litterarum ad inſtar Emptionis, in qua re non tradita datur actio ex empto *Leg.* 1. *ſſ. de action. empt.*

NOTÆ.

Circa verbum = ſuper proteſtu = ſeu = per mettere a conto = vidend. *Caſareg. Cambiſta inſtruito cap.* 3. *num.* 6. 7. 8. *&* *Carolus Mazzi in ſuo Compendio de Cambiis cap.* 14. „ ibi „ Sopra proteſto, ovvero per mettere a conto = Formole introdotte da Mercanti per tenere obligato il Traente per il loro rimborſo con queſta ſola differenza fra loro, che nella prima di ſemplice proteſto, che ſi ſcrive dai Mercanti colle due lettere S. P. s' intende aſſolutamente riſervata la rilevanza ſubito contro il Datore delle lettere, nella ſeconda, che ſi ſcrive colla ſteſſa brevità da Mercanti colle lettere S. P. C. tal rivalenza s' intende riſervata contro il Datore delle lettere ſolamente, nel caſo che la Partita non foſſe compita dal Debitore, per di cui conto fu tratto =.

Explanatis iis quæ ad Cambium locale ſpectant, agendum ſupereſt de Cambio Nundinali, ſeu Feriarum, & Plateali.

De Cambio Plateali, ſeu Nundinali.

§. VI.

Cambium Nundinale, ſeu Plateale eſt = Permutatio pecuniæ pro pecunia ad Nundinas, vel ex Nundinis = alii hoc *Placentinum*, alii *Biſenzonenſe* nuncupant illud.

In hac ſpecie ſolutiones plerumque fiunt non in pecunia materiali, ut in Cambio ſimplici, ſed in pecunia imaginaria ſcutis nempe Marcharum, quædam enim imaginaria auri puriſſimi maſſa venit nomine marcharum, aut ſcutorum, pro cuius ſolutione inſerviunt naturales ſcuti aurei, aut æquivalens naturalis monetæ quantitas, eamdem denotantes puritatem Marchæ cuius vices ſubeunt: ita tamen ut Creditori volenti centum ſcuta in naturali monetarum genere, numeret debitor quadam Legis fictione centum, & unum in altero ficto, & prorſus ideali monetarum genere, nempe marcharum. *Bernardus Davanzati loc. cit. P. M.* 84. *Peri par.* 1. *cap.* 19 *Torr. in Prolegomen id. Davanzati loc. cit.* = Ogni Paeſe ha la ſua moneta, e

= co-

= coſtumi. Per Spagna ſi cambia a Marvedis, che ne vanno = 350. allo Scudo, Per Lione di Francia a Marchi, che l' uno = vale ſc. 65. Per Fiandra a Groſſi di 72. allo Scudo. Per Inghilterra a Sterlini di circa 70. allo ſcudo =

Porro hoc Nundinale Cambium fieri poteſt de loco ad Nundinas, vel de Nundinis ad locum, vel de Nundinis ad diverſas loco Nundinas, ut exemplificat *Scacc. de commerc.* §. 1. *qu.* 5. *n.* 47. *Mazzi loc. cit. par.* 2. *cap.* 20.

NOTÆ:

Quomodo hic accipiatur Platea iuvat laudati *Davanzati* verba tranſcribere = Ogni ſcienza, e ogni arte ha li ſuoi termini, = e vocaboli: La Mercatura chiama *Piazza* tutto il corpo dei = Negozianti in una Città forſe dal luogo dove e ſi ragunano, = che ſuol eſſere per lo più la Piazza „

Verum ſi Mercatores Cambii ineundi gratia confluant ad alia loca, ſeu Plateas, ubi Nundinæ ſolent fieri, Cambium dicitur *Nundinale*: verum ſi ad loca, vel Plateas, in quibus Nundinæ non congregantur, tunc dicitur ſimplex ſine Nundinis, ſeu *Plateale*. *De Luca in ſumm. de Camb.* §. 1. *n.* 18.

Ad Conſtituendam Cambii normam, ſeu regulam in principalioribus Civitatibus, & Emporiis ſingulis hebdomadis aggii pretium taxatur, quod ratione Cambii acquiritur, & amittitur reſpective, & ita uniformis Cambiorum regula ſtatuitur, ut nec quod aggium, nec quod tempus implendæ tractæ quicquam a partium conventione pendeat, ita ut idem ſit lucrum diligentis, ac negligentis, & inexperti Creditoris idemque indigentis ac divitis Debitoris damnum, & intereſſe.

De Iis quæ requiruntur ad ineunda Cambia Nundinalia ad mentem Pianæ Bullæ.

§. VII.

AD validitatem Nundinalis Cambii, ſeu Platealis iuxta allatam Pianam Bullam, duo requiruntur; primo realitas Cambii, ſecundo quod Cambium celebretur pro ſolis primis nundinis, ſeu pro ſolis primis terminis, ſecundum cuiuſque loci receptum uſum.

In eo realitas conſiſtit quod cum effectu ſequatur litterarum tranſmiſſio ad deſtinatas Nundinas, ſeu Plateas.

Ve-

Verum modernus uſus, ut obſervatum fuit ſuperius in notis ad §. 1. ſubſtulit hanc circumſtantiam relative ad Creditorem, cum Debitori cambiandi onus iniungatur; Tunc enim virtute ſuſcepti oneris, ſeu mandati ad cambiandum, præter ſortem debentur, & fructus ob non implementum ſuſcepti mandati, cuius actione mandatarius tenetur mandanti ad quanti intereſt illud impletum non eſſe. *Leg. ſi vero non remunerandi* 12. §. *idem Marcellus ff. mandati*, *De Luc. de uſur. diſc.* 19. *num.* 4. Hinc intelligitur iuſtum eſſe Cambium obliquum, de quo pariter ſupra in notis.

Quo ſpectat ad aliud requiſitum prohibens contrahentibus continuationem Cambii pro ſecundis, & ulterioribus Nundinis, id intelligendum eſt quando cogeretur Debitor ad continuationem Cambii abſque facultate ſortis receptæ reſtituendi, nam quando continuatio procedit ex Debitoris mora, vel primi Cambii non implemento non habet locum Bullæ prædictæ diſpoſitio. *De Luc. de Camb. diſc.* 1. *n.* 14. *& ſeqq. & in ſumm. n.* 30.

Poſtrema vero dictæ Pianæ Bullæ diſpoſitio prohibens a principio certam, determinatamque lucri, ſeu intereſſe taxationem nullatenus locum ſibi vindicare probat *Caſareg. in dict. diſc.* 148. aſſerens particulam uſualem apodixarum Cambialium, videlicet = a condizione, che l' intereſſe non ecceda più di ſcudi cin= que per cento a capo d' anno, compreſe le Provviſioni di = Fiera, e di qui al ſolito di un terzo per cento per ogni luo= go, e facendo meno del ſopradetto intereſſe ſia a pro del De= bitore, e facendo da vantaggio degli ſcudi cinque per cento = a capo d' anno così d' accordo non ſi debba pagare = quibus ſic poſitis, erronea opinio eſt pacta eo modo concepta illicita eſſe, cum non excludant, neque incertam tollant eventualitatem, ac potius eiuſdem Debitoris commodum, & gratiam, Creditoris vero damnum, ac præiudicium continent, quoniam ipſius Cambii currentis, ac realis natura non immutata, ſuiſque realitatis accedentibus requiſitis, ubi caſus præbet maiora interuſuris, quam ſumma taxata importet, id remiſſum ſit Debitori, ſi vero non aſcendat, tunc aliud non petat, nec obtineat Creditor, niſi quod vere importent, taxa non obſtante, ad rem vidend. *Caſareg. d. diſc.* 148. *num.* 15. 31. *De Luc. de Camb. diſc.* 10. *num.* 8. *diſc.* 17. *num.* 3. *e* 4. *Rot. in Rom. Camb.* 5. *Maii* 1694. §. *cum enim, & duobus ſeqq. &* 16. *Maii* 1695. §. *ſubſiſtere, &* §. *ſiquidem*, *&* 28. *Iunii* 1709. §. *primo & ſeqq. coram Molines.*

Cambium aliud *ſimplex*, *continuans* aliud dicitur, ſimplex eſt cum quis in Platea, vel in Nundinis pecuniam ad Cambium accipiens in Nundinis, vel Platea, ubi conventa fuit ſolutio, Cambium eſtinguit, nec illud ultra progreditur; Continuans vero, ſeu *Cambium*, *&* *Recambium* vulgo *colla ricorſa* Florentiæ *per i Martorelli*. *Caſareg. diſc.* 27. *ſub n.* 55. *&* *diſc.* 149. *n.* 13. vel *Recambia* illud eſt quod non deſinit ut ſimplex, ſed ultra progreditur, quamvis ut ſimplex ſit extinguendum; hoc tamen diſcrimine quod ſimplex pecuniis propriis, aut correſponſalis extingui debet, continuans vero per novum Cambium, vel ex pacto, vel contrahentium ordine creditum extinctum remanet, Debitor enim eiuſque Correſponſalis ſciens in Feriis, vel Platea in loco deſtinatæ ſolutionis pecunia carere ad Creditoris correſponſalem, cui Cambialis debiti exactio directa fuit recurſum habet, ita novi Cambii medio ſolvat, atque per novum Cambium præcedens extinguat, unde hac nova Cambii creatione continuans efficitur. Ut ad effectum reduci queat duæ in Platea requiruntur perſonæ, altera cui ordo ſolvendi = la Tratta = ſit a Debitore directus; altera, cui a Creditore debiti exactio, vulgo = la rimeſſa = directa, & hæ Recambium conſtituunt, eamdem Cambii Hypothecam, anterioritatemque induens, vidend. *Addo ad diſc.* 26. *Caſareg. de commerc. ad n.* 8. *&* *ſeqq. ex auctorit. Rot. par.* 17. *rec. dec.* 276. *per tot.* & præſertim *n.* 6. 7. 8. & quamvis *Anathociſmus*, ideſt ſolutio intereſſe ſit illicitus, ac etiam Iure Civili reprobatus in Cambiis, tamen non eſt Anathociſmus. *Scaccia de Camb.* §. 6. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 82. ubi rationem adſignat quid ſit Cambium = colla ricorſa = explicat laudat. *Mazzius cap.* 4.

Itemque notandum ſpecialem Cambii Litteram a Cambii ſubſtantia differre, illa ſiquidem eſt ſimplex ordo, ſeu Mandatum Scribentis alicui Mercatori, ſeu Correſponſali directum de ſolvendo Præſentatori ſummam in ipſo expreſſam ad ipſius Scribentis rationem ponendam: hoc autem mandatum, ſeu littera eſt regulariter pro ſolvendo, nec ſcribentem, aut litteræ Datorem liberat, niſi ſequuta eam recipienti ſolutione; idemque decoctio acceptantis litteram Scribentis damno non recipientis cedere debet.

De

De Cambiis Maritimis, ſeu de Nautico Fœnore.

§. VIII.

FRequens eſt apud Theologos & Canoniſtas de materia Uſurarum differentes nautici fœnoris pertractatio, quæ exordium quodammodo ſumit de Iure Canonico a *cap Naviganti* 10. *de uſuris* = Fœnus iſtud Nauticum, eſt illa conventio, quæ mutuanti = pro periculo pecuniæ ultra Mare vehendæ, tribuit facultatem = recipiendi a Mutuatario aliquid ultra ſortem; & parum ab aſ- = ſecuratione differt.

Hoc genus Commercii quamvis Iure Civili permittatur nomine Nautici Fœnoris, ut toto *tit. ff. V. & C. de Nautic. Fænor.* vel Cambii Maritimi, ut in *Leg. Fænerator 6. ff. eod. tit.* attamen de Iure Canonico ex *dict. capit. Naviganti* uſurarium cenſetur.

Quamplures tamen Theologi, & Canoniſtæ huius *Contractus* validitatem admittunt, & præſertim *Lup. in comment. ad Text. in cap. fin. de uſuris* §. 4. *verſ.*; ſed pro reſolut. *Azor. Inſtit. Moral. par.* 3. *lib.* 5. *tit. de uſur. cap.* 6. *qu.* 1. *verſ. altera opinio Gibal. lin. de uſuris lib.* 2. *cap.* 4. *art.* 3. Inter Iuriſtas *Scacc. de commerc. & Camb.* §. 1. *qu.* 1. *n.* 497. *verſ & ſeqq & qu.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *n.* 52. *Rot. poſt Urceol. dec.* 53. *num.* 29. *& ſeqq. Peri il Negoziante par.* 3. *cap.* 10.

Sed inter eos diſcrimen eſt in aſſignanda natura huius Contractus; aliqui enim eum ſubſtantiari aiunt in mutuo, cum onere periculi Navis: ut ex *dict. Deciſ. Urceol.*

Alii vero in vim ſponſionis valere contendunt, quos refert *Card. De Luc. de credit. diſc.* 111. *n.* 5.

Nonnulli binum eſſe Contractum decernunt, nempe ſocietatis, vel potius participationis inter dantem, & accipientem ſuper Navi &c. ſecundo ad Contractum venditionis lucrorum, ex negociatione prædicta percipiendorum, quam facit Cambiſta pro taxato intereſſe Cambii cum Cambiatario. *De Luc. de uſur. diſc.* 3. *vid. Caſareg. de commerc. diſc.* 62. *n.* 22.

Poſtremi hoc Cambium Maritimum in trinum Contractum, (de quo ſeorſim agemus) reſolvi debere ſentiunt. *Peri in dict. tractat. par.* 3. *cap.* 10. *verſ. riduco dunque*, quidquid ſit de iſtis opinionibus, quas ad trutinam reducit *Caſareg. de Commerc. diſc.* 14. *per tot. & diſc.* 62. *num.* 23. ad rem facit *Cyriac. controv.* 368. *n.* 19. adfirmans quod Mercator mutuando aliquam ſummam

alicui Mercatori, poteſt convenire cum debitore, ut pro lucro ſperato, quod ipſe poterat retrahere ex propria pecunia in negociis implicanda, aliquid ſibi ultra ſortem reſtituatur: *Lup. in cap. Naviganti n. 30. de uſur.*

Neque omittendum pro coronide videtur ex auctoritate plurimor. DD. quod Mutuans ſimpliciter Mercatori pro emendis Mercibus per Mare deferendis, nil aliud gerens in animo, poteſt poſtea tuta conſcientia ſub certo pretio in ſe ſuſcipere periculum, & Merces aſſecurare, nec facit uſuram, cum dicantur duo Contractus ſeparati, mutui ſcilicet, & aſſecurationis. *cap. fin. de uſur. Gratian. diſcept. for. cap. 589. per tot. Rot. par. 14. recent. dec. 74. n. 18. & 19.* & hæc pro generali ſaltem regula dicta ſint ſatis, plura enim cupiens, ex allatis Auctoribus ad ſatietatem poterit percipere.

De Aſſecuratione.

§. IX.

Aſſecuratio a Cambio Maritimo differre videtur, quod in Cambio pecunia in caſu Navis felicis adventus cum intereſſe convento a Mutuatario eſt reſtituenda ante Navis periculum; in aſſecuratione nonniſi Navis periculo, ſive ſiniſtro convento erit aſſecuratio ſolvenda. Hiſce præmiſſis, dicimus ex traditis per DD. = quod Aſſecuratio eſt conventio quædam, qua mediante = aliquis infortunium alterius in ſe ſuſcipit, pretio periculi ac= cepto = Certant more ſolito inter ſe DD. an ſit Locatio, & Conductio, ſive Fideiuſſio; pro ſolutione tamen quæſtionis huiuſmodi dicendum videtur, quod ſit Contractus innominatus, regulandus ſecundum naturam illius Contractus, cui magis aſſimilatur. Emptioni, & venditioni ſimilem dicit *Scaccia §. 1. qu. 1. ſub num. 129. ex Caſareg. de commerc. diſc. 1. n. 2.* eſt Contractus emptionis periculi, & bonæ fidei. *Rot. par. 19. rec. deciſ. 373. n. 1.* qua de re ſuſtinetur pro ea parte, qua valent merces ſi de Mercibus agatur: *Caſareg. dict diſc. n. 55.* & eſt frequens in Civitatibus Maritimis, & inter Maritimos Mercatores, atque a Legibus approbatus ſtante ſuſceptione periculi, *Leg. cum proponas C. de Naut. fænor. Leg. ſi periculi ff. eod. Alex. in L. a Titio num. 3. ff. de verbor. oblig. Leg. decem ff. eod.*

Quamvis plerumque Aſſecuratio uſuveniat in Negociis Maritimis, & inter Maritimos Mercatores, poteſt etiam fieri inter

alias

alias perſonas, & non ſolum à tertio, qui nullum habeat intereſſe in Contractu principali, ſed etiam inter ipſoſmet ſocios, & Contrahentes principales, & non tantum in diverſis contractibus, verum etiam in eodem Contractu, tam expreſſe, quam tacite, implicite, & æquivalenter. *Sabell. reſol.* 17. *n.* 5. *cap.* 110. *n.* 43. *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 74. *n.* 16. *& ſeqq.* & extra res Maritimas, ac etiam ſuper vitam hominis *Scaccia de Commerc.* § 3. *Gloſſ.* 4. *&* §. 4. *Gloſſ. unic. n.* 51. *&* 52.

Huiuſmodi Contractus ad ſui validitatem quinque requirit requiſita. Primo ut detur æqualitas inter pretium, & periculum. Secundo ut quærens Aſſecurationem, non obliget aſſecurantem ad alium Contractum verſa vice ſecum faciendum. Tertio ut petens Aſſecurationem moneat Aſſecurantem de omnibus periculis illi cognitis. Quarto ut res aſſecuranda vere exiſtat pro ut aſſeritur, & non mutetur. Quinto ut res non ſit certa, ſed periculo expoſita ad tradita per *Azorium inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 11. *cap.* 18. *Soto de iuſtit & iur. lib.* 6. *qu.* 7 *art.* 1. *Salon de contract. aſſecurat. art.* 2. *concl.* 2. & paſſim alii communiter ſic tenentes, alias de æquo, & permiſſo fieret iniquum.

De Sponſionum Contractu, vulgo = Scommeſſe =.

§. X.

QUum a Iuriſtis de Aſſecuratione, & Mercatura pertractantibus interdum agatur promiſcue de ſponſionibus, ob ſimilitudinem quamdam inter hos Contractus intercedentem, ut ex *Caſareg. de commerc. diſc.* 14. *n.* 19. ubi quando Aſſecuratio in vim Sponſionis ſubſtineatur, *Scaccia de commerc. qu* 1. §. 1. *De Luc. de donat. diſc.* 30. *de uſur. diſc.* 36. ubi quando ſint licitæ, & paſſim alibi, propterea ad noſtræ pertractationis complementum de hac materia agere opportunum duximus.

Præmittimus, quod Sponſionis Contractus dicitur quando ſtipulatur certa ſumma in caſu cuiuſcumque ſiniſtri ſucceſſuri ex. gr. ſuper Mercibus, & non eſtimatione, & valore Mercium, & in hoc differt ab Aſſecuratione *Caſareg. dict tract. diſt.* 7. *n.* 9.

Sponſio eſt = Contractus, per quem Spondentes ſibi aliquid = mutuo promittunt in aliquem eventum incertum, futurum, = vel præteritum: & idem eſt quam ludus, unde valet Argumentum à ludo ad Sponſiones, & e converſo. *Scaccia de commerc. qu.* 1. §. 1. *n.* 91.

Talis ludus licitus eſt, *Leg. Solent enim 2. ff. V. de Aleæ luſu, & aleator.* quia uterque Spondentium periculo, ac fortunæ caſui ſe exponit, dummodo iniuſtitia abſit, & agatur de ludo, ſeu ſponſione a Lege non prohibita, quia dubius fortunæ eventus Contractus illicitos non facit. *Clar. receptar. ſentent. §. ludus, verſ. quæro etiam*, cui adſtipulantur omnes Theologi.

Ut hic Contractus iuſtus ſit neceſſe eſt, ut res de qua agitur in eodem ſenſu ab utroque ex Contrahentium accipiatur; Ut res ſit incerta utrique Contrahenti. *Antoine Theolog. moral. tit. de ſponſionibus, & ludo.*

Verum iuxta Motupropr. diei 4. Ianuarii 1776. Sponſionis cuiuſvis generis, pro quavis cauſa, & pro quavis quantitate pecuniæ, vel rei ſunt invalidæ, licet depoſita fuiſſet illa pecunia, aut res, vel quævis cautio adhibita, & quod ſolutum fuerit Sponſionis nomine quovis tempore repeti poteſt; qui vero contra hunc Motupr. fecerit, afflictiva etiam pœna arbitrio Iudicis affici poteſt, præſertim ſi in Sponſione fraus, aut deceptio intervenerit.

D Trino Contractu.

§. XI.

QUoniam iterum iterumque in ſuperiorum materiarum pertractatione de trino Contractu facta fuerit mentio, nunc ad rem breviter de eo nonnulla diſquiremus, quamvis aptior ſedes cum de Contractu ſocietatis egimus huic tribuenda videretur.

Si de hoc ageretur theoretice, ſeu in abſtracto, illicitum, reprobatumque dicendum eſſet ex *Conſtitutione Siſti V. P. M. edit. diei 25. Octobris 1586. ut ex Bullario Laertii Cherubini de Nurſia Civ. Rom. in nova Collect. tom. 2.* quæ ſic incipit = Deteſtabilis avaritiæ ingluvies = de qua *Leotardus de uſuris cap. 2. n. 2.* At cum in praxi receptum ſit tam apud Iuriſtas, quam apud Theologos licite iniri poſſe, *Sylveſter in ſumm verb. ſocietas, qu. 2. Navar. Manual. cap. 17. n. 255. Covarruv. var. cap. 2. n. 3. Gobius conſ. 31. n. 6.* eiuſdem ſubſtantiales qualitates, naturamque explanabimus.

Contractus Triplex, ſeu Trinus ille eſt = quo pecuniam in = ſocietate conferens paciſcitur cum altero ſocio, ut quidquid = contigerit, ſibi ſua ſors integra reddatur cum certo lucro, = ſed minore eo, quod probabiliter ſperare potuiſſet = dicitur tri-

triplex, quia in eo tres Contractus, ſive formaliter, ſive virtualiter contineri conſtat: ex iſtis primus eſt Contractus ſocietatis: ſecundus eſt Aſſecurationis ſortis, pro qua ceditur ſocio maior pars lucri, ſeu, ut verius dicam ſpes maioris lucri; tertius eſt venditio lucri maioris ſperati, incerti pro certo: Licitum omnino eſſe hunc Contractum aperte demonſtratur, nam Contractus ſocietatis licitus eſt, ſi unus ponat pecuniam, alter induſtriam, nam eſt pactum ſocietatis, vel conductionis operis: Contractus pariter Aſſecurationis licitus eſt, nam ſicut poteſt aliquis pecuniam tertio traditam aſſecurare, recepto pretio, ut ſit ſalva Domino, ita poteſt hoc facere ipſemet ſocius: demum aſſecurationis certi lucri licitus eſt, quia eſt Contractus venditionis lucri incerti maioris ſperati, pro certo precio minore; hæc opinio procedit indiſtincte, ſive fiant ſimul iſti tres Contractus, ſive ex intervallo, ut probat *Caſtro Palao par. 6. tit. de iuſt. commut. diſp.* 8. *puncto* 5. *n.* 3. imo non eſt neceſſe quod expreſſe fiant, & diſtincte, ſed ſufficit quod contrahentes implicite per unicum Contractum illos celebrare intendant, *Bonden. colluct.* 31. *n.* 5. ubi ponit formulam horum Contractuum factorum per modum unius, ſcilicet = confero centum in ſocietatem, ut ſolvas mihi quinque, vel = ſex annuatim, ſalvo tamen capitali modo licito, vel eo modo = quo dicunt DD. contrahi poſſe.

Illud tamen certum eſt quod Aſſecuratio capitalis debet habere recompenſationem talem, ut æquivaleat periculo, quod in ſe ſuſcipit Aſſecurans, iuxta ea quæ ſupra tradita fuere, cum de aſſecuratione egimus, quas rurſus in medium afferre ſuperfluum putamus; obſervandum tamen eſt ad tradita per *De Luc. de uſur. diſc.* 2. *n.* 2. quod in controverſiis circa hanc rem contingentibus ſola difficultas eſt facti, an ſcilicet maior fructus, ſeu utilitas rei traditæ, quæ recipienti dimittitur, adæquet, nec ne periculum Aſſecurationis, & quomodo poſſit cognoſci quod lucrum relaxatum Aſſecuranti, ſit æquivalens, & proportionatum tradit *Bonden. loc. cit.*

NOTÆ.

Quod dictum fuit de pecunia intelligendum eſt etiam de animalibus, qui dantur, ad ſoccidam:

Hic Contractus poteſt eſſe meræ Locationis & Conductionis ut ſi animalia v. gr. non denuur ad liberum uſum, & ſint inæſtimata, de quo caſu agit *De Luc. de uſur. diſc.* 2. quare animadvertant Notarii ne ſe involvant, non diſtinguendo Contractum trinum a Locatione, in qua alteratur natura illius Contractus,

ctus, nam quemadmodum periculum de iure eſt locatoris, ita transferatur in Conductorem, quæ alteratio ubi agitur de locatione animalium, vel aliarum rerum uſualium, quorum pretium prompte haberi poteſt de facili corrumpit Contractum illum in mutuum interpretativum tranſmutando, eumque reddendo uſurarium, ita ut ſub illo uſura palliata lateat. Vidend. *Sabell. reſol.* 17. *per tot.* ubi firmat quod capitale poſſit aſſecurari in ſocietatibus animalium, & explicat quomodo intelligenda ſit Bulla Sixti V. decidendo, quod hæc ſocietas fieri poſſit virtute triplicis, vel etiam ſimplicis Contractus, ut videre eſt apud eumdem.

Et quod Locatio & Conductio trinum Contractum continens licite iniri poſſit, & quomodo docet *De Luc. de uſur. diſc.* 2. *per tot.*

Ex *Antoine Theolog. moral. tit. de Contractibus* hæc habemus = Benedictus XIV. in tractatu de Synodo diœceſana *lib.* 10. *cap.* = 7. hanc de Contractu trino quæſtionem recenſitis præcipuis rationum momentis, quæ in utramque partem adducuntur, ita = concludit. Apoſtolica Sedes contrariæ opinioni, & ſi minus = congruere videatur Sixtinæ conſtitutioni, nullam hactenus cenſuram iniunxit &c. =

Explicatio Clauſularum, Quæ ſolent adhiberi in Litteris Cambii. & in Negociis Mercantilibus, quæ ad clariorem materiæ explanationem Vernacula lingua explicantur.

§. XII.

Clauſula = ſopra di ſe, o ſopra di voi = cioè a riſico dell' iſteſſo Accettante, o ſia Trattario. *De Luc. de camb. diſc.* 20. *n.* 4. *Caſareg. diſc.* 44. *in addit. n.* 63. *tom.* 1. *de commerc.*

Clauſula = ſopra di noi = cioè ſopra l' iſteſſo che ordina, o fa la Tratta per conto di un altro, da cui poi non veniſſe rimborſato il Trattario, ſarà obbligato colui che ha ordinata la Tratta. *Surd. conſ.* 528. *Caſareg. diſc.* 62.

Clauſula = S. P. ſopra proteſto per mettere a conto = producono l' effetto di tenere obbligato il Traente per il loro rimborſo. *Rocca cap.* 94. *n.* 13. 15. *Samminiat. controv.* 27. *n.* 50. 51. *Anſald. de commerc. diſc.* 79. *n.* 5.

La detta Clauſula S. P. nelle Lettere di Cambio opera anancora che ſi poſſano liberamente negoziare come più piace, ed ha la medeſima forza nelle Lettere, che nelle Girate.

Digitized by Google

Clauſula = all' ordine S. P. = nelle dette Lettere opera che lo Scrivente in virtù di tal Clauſula venendo a coſtituirſi fin da principio debitore a favore di qualunque Terzo, in cui foſſe girata la ſua Lettera, è tenuto indiſpenſabilmente pagarla al Giratario, conforme in ſimili termini di Recapiti, o Cedole di pagare date da qualcheduno con la facoltà di poterle girare, e diſporre con altri. *Rovit. dec.* 13. *per tot. Caſareg. Cambiſta iſtruito cap.* 5. *n.* 7. 8.

Clauſula = per valuta avuta = nelle Lettere di Cambio prova il vero pagamento del denaro. *Caſareg. de commerc. diſc.* 43. *num.* 1.

Clauſula = per lo ſtar del credere = s' intende che il Mercante, il quale imputa in debito del Correſpondente ſcudi due per cento per la ſua mercede colla detta Clauſula ſia Mallevadore, poichè mai ſi preſume che egli abbia preſtata la mallevadoria, ſe non viene appoſta detta Clauſula. *Caſareg. de commerc. diſc.* 126. *num.* 5.

Clauſula = voto per pieno = l' efficacia di queſta Clauſula nel Cambio Marittimo è che quantunque la Nave tornaſſe vota il Capitano ſia tenuto a reſtituire la ſorte con i frutti, mentre però la Nave non abbia patito naufragio. *Rot. poſt Urceol. de tranſact. dec.* 66. *n.* 7. 8. *Caſareg. diſc.* 62. *n.* 21.

Clauſula = per ſe, o per conto di chi ſpetta = nell' Aſſicurazione è valida quando ſi dimoſtra che le perſone alle quali ſpettano le Merci aſſicurate abbiano precedentemente dato il mandato a procurare l' Aſſicurazioni delle medeſime, al contrario ſe non coſti del mandato. *Caſareg. diſc.* 163. *n.* 22. 25. *e* 26.

Delli Scrocchi &c.

§. XIII.

ALcuni modi iniqui, che ſi riducono, o al Cambio, o al Mutuo, o alle Compre, e Vendite, ſi fanno ſotto mentito colore dei ſeguenti titoli *Scrocchio*, o con altro nome *ſtocco*, ed in lingua Spagnuola *Mochatras*.

Barrocchio, o *Barocolo*, ed in lingua Spagnuola *Baratras*.

Ritrangolo, *Civanza*, *Lecco fermo*, *Babbo morto*, *Patto riſentito*, *Patto ſtrangolatario*, *tagliare il collo alla detta*.

Lo *Scrocchio* conſiſte in vendere robe uſate, come ſe fuſſero nuove, e fatte fare a poſta, o in vendere Mercanzie difetto-

ſe,

ſe, e difficili ad eſitarſi per le loro male qualità come ſe fuſſero di tutta perfezione, o ſivvero

Lo Scrocchio è una ſorte di uſura, che ſi commette in vendere, e comprare Mercanzie a credenza con patto che quel medeſimo che le vende ſubito le ricompri, ed immediatamente gli sborſi il denaro.

Nella prima vendita il prezzo è diſorbitante, perchè eccede ſempre di gran lunga il ſupremo, e queſto più o meno in riſguardo al tempo, che ſi fa al pagamento.

Nella ſeconda quando chi le comprò le rivende a quel medeſimo, che glie l' avea vendute, il prezzo è ſempre minore dell' infimo, e di quello che elle ſi venderebbero ad altri ſecondo le male qualità loro.

Il Sommo Pontefice Innocenzio XI. con ſua *Bolla del dì 2. Marzo* 1679. condannò queſto Contratto, e la propoſizione, che vegliava allora, cioè = Contractus Mohatra licitus eſt, etiam reſpectu eiuſdem perſonæ, & cum Contractu retrovenditionis = prævie inito cum intentione lucri. =

Il Barrocchio è una ſorte di uſura ſimile allo Scrocchio, perchè in tutte le coſe conviene con eſſo, fuori che nel patto di rivendere quelle Mercanzie al medeſimo dal quale ſi erano comprate.

Il Ritrangolo, o Retrangola, o Retrangolo è una ſorte di uſura, che ſi commette in due modi. Il primo è quando un Mercante vende ad un *Retrangolatore*, (che così ſi chiama il primo, che le compra per rivendere) alcune Mercanzie a credenza per un tempo determinato al pagamento, e dopo il Retrangolatore cerca di rivenderle ad uno che abbia biſogno di far denari, il quale ſe le Mercanzie importano ſcudi cinquecento ſi contenta averne 400. e ſi obbliga pagarne 500. al Mercante, quando verrà il tempo del pagamento: onde o il Retrangolatore vende le Mercanzie, quali per eſſer vendute da principio al giuſto prezzo, ſi rivendono poco meno, per eſſere anche di buona qualità, ovvero da il denaro lui per ritenerle appreſſo di ſe, e negoziarle altre volte per il medeſimo verſo; ſe egli fa nel primo modo vi guadagna tutto quello che l' ha vendute ſopra gli ſcudi 400. e le ſue ſenſerie, e ſe ei fa nel ſecondo le può negoziare tante volte, che ſe le può ritrovar ſue ſenza che gli coſtino niente, ed aver avuto le ſue ſenſerie di ſopra più con danno ſempre di quello che le ha ricomprate da lui.

Il

Il Secondo modo è quando ai due Contratti, che ſono nel primo modo, uno della prima vendita, e l' altro della rivendita vi ſe n' aggiunge un altro, come ſarebbe:

Un Senſale ha occaſione di uno che ha biſogno di denari, quale gli ha detto che glie ne provvegga in qualche modo, e che ſi obbligherà a quanto occorre, allora il Senſale vedendo che il Debitore è buono va alla volta di qualche Mercante, e da quello compra tante mercanzie, che poſſan fare il fatto in nome proprio a credenza, a prezzo caro, con patto che quando egli avrà trovato un altro Debitore, che ſia idoneo, e ſi obblighi a pagare il prezzo di eſſe, che egli ne reſti libero, ed il Mercante deva riconoſcere per ſuo debitore quell' altro: onde chiuſo il partito, il Senſale le rivende al Debitor nuovo a un prezzo maggiore di quello che egli l' aveva comprate, e poi lo fa obbligare a pagare il Mercante, quale rende quel prezzo di più del convenuto al Senſale a un prezzo aſſai più vile, le quali egli con altro guadagno rivende a qualcheduno per i contanti, e del ritratto di eſſe paga il ſecondo dal quale le avea comprate; onde conſiderato queſto circuito, e le ſenſerie, che ſi fanno pagare al poco accorto Compratore, egli ne riſente la ſua rovina.

Che coſa ſia la Civanza.

La *Civanza* è una ſorte di uſura che ſi commette in due modi.

Il primo è quando ſi vendono a credenza Mobili, o Semoventi, e ſi alza il prezzo un terzo più del giuſto, rimanendo le dette robe o in tutto, o in parte appreſſo chi le aveva vendute, o in rivendita, o in altro modo, o rimangano parte appreſſo di eſſo, e parte appreſſo di chi aveva trattato il negozio, o ſiano da eſſo comprate.

Il ſecondo modo è quando ſi da parte roba a credenza, e parte denari in preſto, più o meno dell' uno, e dell' altro, ſecondo che convengono i Contraenti fra di loro, o per via di Senſale: e dopo queſti due Contratti per opera loro, o del Senſale ſe ne forma un Contratto ſolo di tutto denaro dato in contanti, o di mutuo fatto gratis fino al tempo del pagamento, o di denaro dato a cambio, che è un Contratto più iniquo, e deteſtabile del Contratto di mutuo con frutto. La buona memoria di Innocenzio XI. Sommo Pontefice nella *Bolla del dì 2. Marzo* 1679. condannò in ſeguito di quanto ſopra l' infraſcritta propoſizione.

= Uſura non eſt dum ultra ſortem aliquid exigitur, tam-
= quam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolum ſi
= exigatur tamquam ex iuſtitia debitum.

Del Lecco fermo.

Il *Lecco fermo* è una ſorte di uſura, che pare inſenſibile, poichè conſiſte in pagarne le Mercanzie comprate a credenza per un prezzo ingiuſto a un tanto la ſettimana, o il meſe, o a poco per volta, come reſta convenuto.

Coſa ſia il Babbo morto.

Il *Babbo morto* è una ſorte di uſura, la quale conſiſte nel preſtar denari, o darli a cambio, o vendere a credenza mercanzie, o altre robe ai Figlioli di famiglia, con patto che il pagamento ſegua dopo la morte del Padre, o della Madre.

Sogliono queſti che fanno ſimili negozi cominciare a contare ogni centinaio dal 50. in ſu, e quando ſon Maſſerizie, o Mercanzie ſe al giuſto prezzo vagliono tre, vendetle più, o meno, ſecondo che danno di vita a coloro dopo la morte dei quali devono eſſer pagati, facendone di poi Scritte di tutto denaro preſtato in contanti, ſenza giorno, meſe, ed anno, riſervandoſi a metterveło quando viene il giorno del pagamento per sfuggire qual ſi ſia difficoltà, ma quando hanno il Mallevadore, allora camminano per la ſtrada ordinaria.

Coſa ſia il Patto riſentito.

Detto Patto è una ſorte di uſura, che ſi fa ſenza Scritta, o riſcontro alcuno, ed accade quando uno vuol trovar denari ſubito, che però va da chi ha denaro, e gli chiede v. gr. ſcudi dugento dandogli nelle mani un pegno che val trecento, con patto che ſe in capo a un tempo determinato egli non reſtituiſce ſcudi dugento il pegno aſſolutamente ſia del Creditore, e pagando in tempo egli deva riavere il ſuo pegno con darli però una recognizione, o paraguanto pattuito.

Del Patto Strangolatorio.

Queſto accade in più modi, ed è quando un povero Maniſattore non ha da lavorare, onde vi ſono alcuni che ſervendoſi dell'

dell' occaſione gli fanno lavorare a un prezzo minore del giuſto, altri gli danno a ſconto Mercanzie a rigoroſo prezzo, altri danno innanzi, o dopo mezzi denari, e mezze mercanzie.

Coſa ſia tagliare il Collo alle Dette.

Queſta e una ſorte di uſura, che ſi commette in comprare un credito di qualcheduno, che ha venduto a credenza robe, per aſpettare il pagamento al tempo convenuto, ed avendo neceſſità di denaro vende detto ſuo credito con far lo ſconto v. g. di ſcudi 10. per 100.

Queſto Contratto può eſſer talvolta lecito, e alle volte illecito per ragione dell' eceeſſo &c.

Coſa ſiano gli Stocchi, Barocchi, Civanze, Rompicolli, Retrangoli vedi lo *Scaccia de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *n.* 566. 567. 569. & 570. & §. 6. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 8. & *num.* 73.

Compendio della Legge in materia di Scrocchi, ed altri Contratti illeciti dei 3 *Aprile* 1687.

§. 1. Che niuno, benchè Mercante poſſa crear Cambi ſopra Crediti di Mercanzie, e robe di qualunque ſorta, ſe non nel caſo che ſi foſſero contrattate per mera vendita, e paſſato almeno un anno, alla pena della perdita del credito, ed arbitrio.

§. 2. Tutte le Scritte, Ricordi, e Partite di libri, nei quali ſi faranno debitori ſu Cambi quelli che non ſaranno Mercanti, nè maggiori d' anni venticinque ſi facciano dentro otto giorni dal dì del Contratto ſoſcrivere dal Creditore, benche non foſſe Negoziante, e dall' Aſſeſſore dei Conſervatori di Legge, e fuori di Firenze dal Giuſdicente Criminale, nella cui Giuriſdizione ſarà celebrato, ſotto pena della perdita del Credito, e di ſcudi cinquanta per ciaſcheduno che contravverrà. E niun Giuſdicente, o Magiſtrato conceda eſecuzione di tali Scritte &c. manchevoli della detta ſoſcrizione, alla pena di ſcudi quaranta.

§. 3. nelle Scritte di Cambio, o altre confeſſioni di debito ſi eſprima il giorno, l' anno, il nome, e cognome di quello a cui favore ſon fatte, alla pena della perdita del Credito e ai Teſtimoni che ſi ſottoſcriveranno alle dette Scritte defettive alla pena di ſcudi venti. Se poi il Creditore ſarà quello ſteſſo che avrà fatta la figura di Mezzano nello ſteſſo Negozio, oltre la detta perdita, e privazione a beneplàcito del Sovrano dell' eſercizio di Senſale, incorra nella pena di lire dugento.

§. 4. Tutti i Giudici civili ſe ſaranno prodotte Scritte, Ricordi di Cambio, o altri Contratti, e che a queſti ſiano oppoſte eccezioni di ſimulazione, di non ſeguita numerazione, di uſura, o di altra qualità, che li poſſa render ſoſpetti, ne diano ſubito notizia (alla pena di ſcudi cinquanta, ed arbitrio fino alla privazione dell' Ufizio) al Tribunal Criminale o di Firenze, o reſpettivamente del Miniſtro Criminale più vicino, il quale dovrà procedere *ex officio* contro i Traſgreſſori.

§. 5. Chi darà a Scrocchio, Barocchio, Ritrangolo, o altro Contratto ſimulato in frode d' uſura ragioni, azioni, mobili, immobili, mercanzie, e robe di qualunque ſorta ſi condanni nella perdita del Credito, e nell' importanza, e ſtima del medeſimo, e in pene afflittive ad arbitrio fino alla Galera incluſivamente. E nelle ſteſſe pene cadano i Mezzani; e queſte ſi reduplichino a chi ſcientemente ricomprerà delle ſteſſe robe, e coſe vendute, o date da ſe medeſimo a ſcrocchio.

§. 6. Per procedere a tali Condanne baſti il detto giurato di quello a cui fu dato lo Scrocchio, e di un Teſtimone degno di fede, o prove a queſte equivalenti. Qualunque volta coſterà eſſere il Contratto, o Scritta ſimulata ciò farà come piena prova di Contratto illecito, ed uſurario, e il Giudice che avrà la Cauſa potrà *ex officio*, o ad iſtanza dell' Accuſatore, o di chiunque vi aveſſe intereſſe fare eſibire al preteſo Reo le Scritture, o Libri, benche ſi trattaſſe di fondare l' intenzione del Fiſco, o dell' Accuſatore.

§. 7 Qualunque Senſale, Mezzano, o ſuo Aiuto dovrà notare tutti i negozi che da eſſo verranno ſtabiliti in un Libro intitolato dal Cancelliere, o Sottocancelliere del Magiſtrato a cui ſarà ſottopoſto, ſotto pena di ſcudi cinquanta. I detti Cancelliere, o Sottocancelliere eſprimeranno nella ſuddetta intitolazione il numero delle carte, il nome, e cognome del Senſale, ed apporranno in fine di ciaſcuna carta dei detti libri la propria Soſcrizione, alla pena di ſcudi dieci.

§. 8. I detti Senſali, Mezzani, e loro Aiuti dovranno inoltre, ſtabilito che ſia un Partito, farlo ſubito firmare da ciaſcuno dei Contraenti, o Intereſſati, o non ſapendo ſcrivere, da altri di loro ordine, alla pena di ſcudi cento.

§. 9. Dovranno ogni anno dentro il meſe di Gennaro domandare di eſſere raffermati, e far viſitare da detto Cancelliere, o Sottocancelliere i Libri di lor Senſerie alla pena di ſcudi cento, ed arbitrio, ſe non oſtante ſeguiteranno a far Senſerie &c.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10. La cognizione di tali Traſgeſſioni ſpetti in Firenze al Magiſtrato degl' Otto, e Conſervatori di Legge, e fuori ai reſpettivi Giuſdicenti, ſalva fra di loro la prevenzione.

§. 11. Tutte le Leggi precedenti enunciate in queſta reſtano confermate, in quanto alla medeſima non repugnino; e ſi oſſervi queſta in tutto lo ſtato.

Compendio di altra Legge nella ſteſſa materia dei 14. Aprile 1545.

S' intendano Scrocchi, Barocceoli, Ritrangoli, e Contratti in frode dell' uſura quelli così dichiarati dalle Leggi dei 29. Dicembre 1429. dei 20. Dicembre 1438. dei 16. Febbraio 1473. e da qualunque altra, e dal Magiſtrato, che ne dee giudicare.

Non ſi permette alcun profitto, benchè piccolo, che da tali Contratti illeciti procedeſſe.

Per regolare l' Arbitrio ſi avverta alla qualità, fama, nome, e condizione delle perſone Contraenti, e dei Senſali, alla qualità delle robe, alla grandezza, o modicità del prezzo, o ritratto di denari, e vendite che ſi faranno a terze perſone, ai tempi &c.

Le pene ſtabilite non procedano contro chi ſarà giudicato eſſere in buona fede, e giuſta, e probabile ignoranza, ed avere operato da reali Mercanti, o Mezzani.

La Provviſione ſopra i Senſali, e Mezzani del dì 11. Aprile 1446. ſtabiliſce che non ſi abbia fede ai Senſali, e Mezzani, ſe non avranno regiſtrato il Negozio nel loro Libro, deſcrivendolo chiaramente, e con tutte le circoſtanze. E non poſſa eſſer ſocio, o partecipe in veruna ſocietà di alcuna Mercanzia, o Arte, neppure per mezzo di altri, o indirettamente, ſotto pena di lire dugento.

Compendio della Dichiarazione dei 7. Luglio 1687.

Quanto ſi diſpone nel Cap. 1. della Legge dei 3. Aprile 1687. non comprenda i Contratti, e Negozi, fra Negozianti, e Negozianti, o ſiano Mercanti; e il diſpoſto nel Cap. 2. non comprenda il Cambio che ſi dia ad alcun Negoziante, o Mercante, benchè minore di anni venticinque, nè il Cambio che ſi dia a maggiore di venticinque anni compiti, benchè non foſſe Negoziante, o Mercante.

I Sen-

I Senſali di Cambio, Lana, e Seta eletti per grazia del Sovrano, e approvati dalle dette Arti non ſiano obbligati a far viſitare i Libri al Cancelliere, nè a far ſottoſcrivere dai Contraenti i Partiti &c. Ed i Senſali dei ſalumi non ſiano ſottopoſti a far ſottoſcrivere quei Partiti, che non eccedano ſcudi venti, purchè non ſi dividano le ſomme in più partite in frode della Legge.

De Avariis &c.

Omiſſis iis, quæ reſpiciunt originem huius vocabuli, dicimus avariam nil aliud eſſe, quam communen contributionem pro rata omnium mercium, ſive rerum repertarum in navi de tempore periculi ad reficiendum damnum, aliis bonis Mercatorum, ſive Naucleorum, ad eum finem illatum, ut vita, navis, & reliqua bona ſalva evadant (1).

Hac enim rerum ſervatarum collatione damnum ſarcitur, rerum iactarum per eos, quibus in communi periculo, remedio iactus conſultum fuit (2).

In hac contributione veniunt quæcumque res ſunt in Navi, veluti Merces, Nummi, Lapilli, adeo ut nec veſtimenta cuiuſcumque excipiantur, *L.* 2. *§. cum in eadem & ſeqq. ff. eod. tit.* limita tamen id non procedere in veſtimentis, quæ ordinario corporis cultui inſerviunt, exceptis tamen Monilibus, Lapillis, Auro, & Argento (3), ulterius ipſa Navis in collatione venit cui profuit iactus (4), quæ regula applicatur etiam ad Naula, *dict. Leg.* diverſimode tamen in Naulis, & Navi obſervatur de Iure Conſulatus Maris, cuius vi Navis cum ſuis armamentis, pro medietate tantum iuſti valoris in contributum veniunt (5).

Duplex Avaria eſt, propria, & impropria; impropria eſt, quæ ex ſtylo, & uſu in certis caſibus Magiſtro Navis ſolvitur in quamdam ſpeciem remunerationis, ac premii.

Propria vero Avaria de qua loquimur in duplicem dividitur, ſcilicet in communem, & groſſam.

Avaria communis eſt quidquid impenditur ad præſervandam Navim in periculis itinerum: Groſſa vero, vel grandis eſt cum Merces in Mare levandæ laborantis Navis gratia proiiciuntur, voluntate Navigantium, ſeu Mercatorum &c. & hæc dicta ſint ſatis, cum laudati Auctores ad opportunitatem late, fuſeque materiam exauriant tamen hoc iuverit, eo quia nos omnia enu-

enucleare non contendimus, ſed tantum aliqua delibare, ut incipientibus ſaltem vocabula ignota non ſint, nec loca in quibus pertractantur res huiuſmodi.

(1) §. *Cum jactus ff. ad Leg. Rhodiam de iactu* (2) *Leg. amiſſæ* §. *arbore Leg. Navis* §. *cum iactus ff. eod.* (3) *Loccen. de iur. marit. lib.* 2. *cap.* 8. (4) *Leg. laborante* §. *cum in eadem Loccen. loc. cit.* (5) *Manſ. conſ.* 40. *n.* 23. *& ſeqq.*

DE CONCURSU CREDITORUM TRACTAT.

CAP. I.

FRequens, ac difficultate inſignis Creditorum univerſalis Concurſus pertractatio eſt; de hoc breviter agendum ſuſcipimus ideoque quid ſit. & quotuplex inquirémus, & de quo in preſens agendum, & quomodo fiat: Poſtremo quid ſit Creditor, & quotuplicis ſpeciei, quove loco, quiſque concurrens in Sententia quæ vulgo Graduatoria dicitur, conſtituendum ſit.

Quo ſpectat ad primum = Concurſus Creditorum eſt = *Plurium Creditorum conventus in Creditorem Decoctum* = (1) Quoad ſecundum hoc quadruplex eſt (2).

Cæteris omiſſis nobis de eo Concurſu Creditorum differendum proponimus, qui ad invicem in decoctum Debitorem concurrentes, inter ſe de privilegio, & prælatione certant.

Hoc ſiquidem iſtitui poteſt, vel petente Debitore, vel eius Hærede, vel inſtantibus Creditoribus (3), quorum numerus in utroque caſu minor trium eſſe non debet (4). Præmiſſa igitur petitione debet Debitor relaxare in poſſe Curiæ, ſeu Iudicis omnia ſua bona, ut eadem remaneant ſub fideli Adminiſtratione alicuius Oeconomi, ſeu Curatoris a Iudice deputandi (5), qui Inventarium conficere debet (6), cautionemque præſtare de bene recteque adminiſtrando, quod etiam de ſtylo Curiæ Florentinæ eſt; inſuper Creditores citandi ſunt omnes (7), & de communiori Sententia, ſi certi ſint mediante Perſonali Citatione (8). Si vero incerti per Proclama (9), in hoc iudicio competens Iudex eſt, qui Debitoris Iudex eſt, & non Creditorum (10).

Iſte enim quoſcumque ad ſe trahit Creditores, quoquo modo Privilegiatos ac etiam Eccleſiaſticos, & Eccleſiam qui debent coram eodem comparere, ibique iura ſua experiri, (11) & ratio eſt quod quamvis Debitor utendo hoc preventivo remedio videatur

Ac-

Digitized by Google

Actor, tamen in effectu quoad omnia Reus eſt (12). Iudex enim hoc caſu privative cognoſcit de omnibus Cauſis ab eo dependentibus (13), ſecumque trahit omnia particularia iudicia, poteſtque inhibere aliis iudicibus coram quibus agebantur Debitoris lites, ne in cauſa procedant, & ſic trahere ad ſe dictas lites, literis requiſitoriis (14), excepto tamen Fiſco, qui regulariter ad ſuum Forum trahit omnes (15). Quod ſuperius diximus intelligendum eſt de concurſu per Debitorem intentato, nam ſi ex parte Creditorum excitatum fuerit ille Iudex privative cognoſcet qui prævenit cauſam ad inſtantiam unius Creditoris (16).

Ad rem noſtram, Creditores dicuntur illi, quibus ex quacumque actione, vel iure civili ordinario, vel extraordinario, vel ſub conditione debetur (17), dummodo perpetua exceptione ſubmoveri non poſſit (18).

Ex Creditoribus alii Chirographarii, alii Privilegiarii, alii Hypothecarii ſunt: qui nam in ſpecie hi eſſe dicantur, ubi ad eorum gradum in Sententia conſtituendum, manum admovebimus, innoteſcet.

Si vero prelaudati Creditores ſimul in Debitorem concurrant decoctum, alteri alter a Iudice iuxta crediti eorumdem potiora iura, vel ratione temporis, vel privilegii, vel hypothecæ, vel ratione rei in Sententia eſt præferendus.

Et primo Æconomus, ſeu qui fecit expenſas ut infra. Secundo qui res ſuas vindicat. Tertio qui in funus Debitoris impendit. Quarto Hypothecarii. Quinto Privilegiarii. Sexto denique Chirographarii.

Et hæc dicta ſint pro generali regula, quandoque limitanda iuxta ea, quæ pro viribus, trademus infra.

(1) *Leg. Aſſiduis Cod. qui potior. in pignor. habeantur §. fuerat inſtit. de action. ibique Oinot. num. 51. & 52. Salgad. in labyr. credit. par. 1. cap. 1. n. 3. 4. 5. 6.* (3) *Salgad. loc. cit. n. 6. 7.* (4) *Salgad. loc. cit. par. 3. cap. 16. num. 50. & 58.* (5) *Montan. de tutor. & curat. cap. 28. n. 69. Gayll. practicar. obſervat. 10. n. 11. Garzia de expenſ. cap. 20. ſub n. 6.* (6) *Salgad. loc. cit. par. 2. cap. 1. n. 40.* (7) *d. Salgad. par. 1. cap. 1. n. 27. 37. & 38. Fontanell. de pact. nupt. Gloſſ. 8. num. 40. Rot. poſt Pacific. de Salvian. interdict. dec. 87. Seraphin. dec. 12. & 33.* (8) *Salgad. loc. cit. par. 1. cap. 1. n. 38.* (9) *Becc. conſ. 12. num. 9. & in addit. num. 10. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 1. Gloſſ. 6. a n. 42. & ſeqq. par. 8. tom. 2.* (10) *Salgad. par. 1. cap. 1. num. 34.* (11) *dict. Salgad. par. 1. cap. 6. per tot.* (12) *d. Salgad. par. 1. cap. 7.* (13) *idem par. 1. cap. 5.* (14) *Salgad. loc. cit. & paſſim*

alibi

alibi Salgad. par. 1. *cap.* 5. (15) *Peregr. de iur. fiſci lib.* 7. *tit.* 1. *a n.* 1. *uſque in fin. Carlevall de iudic. diſp.* 2. *n.* 340. *Afflict. dec.* 41. *in fin.* (16) *Salgad. loc. cit.* (17) *Leg. creditores ff. de verbor. ſignific. Leg. ſi cui ff. eod. Rot. par.* 6. *rec. deciſ.* 83. *num.* 17. (18) *Leg. creditores, & Leg. debitor. ff. de verbor. ſignific. Roman. conſ.* 204. *num.* 13.

NOTÆ.

Ex præmiſſis conſtat ad recte conſtituendum iudicium Concurſus Creditorum ex parte Debitoris intentati inter alia eundem debere Iudici ſuo proponere liſtam, ſeu notam omnium ſuorum bonorum, a ſe confectam, ſubſcriptam, atque iuratam (nam ſi aliquid doloſe occultatum fuerit iudicium nullum eſt) in qua nominet omnes Creditores ſuos, petatque illos citari, & ſic ſibi caveat ne carceretur, vel ab illis moleſtetur: *Leg. ſi pater Cod. qui bon. cedere poſſint, Cancer. variar. reſol. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. & 27.

Florentiæ citantur certi Creditores perſonaliter, incerti per edictum cum aſſignatione dierum 15. ad comparendum ec. & hoc interim deputatur Oeconomus, cui confectio inventarii demandatur omnium Debitoris bonorum cum preſtatione Fideiuſſoris a Magiſtratu approbandi, atque hoc interim ad parcendum gravioribus expenſis deputari ſolet, ut aiunt = Il Procuratore alla maſſa dei Creditori = atque alium pro defenſione Patrimonii, ſed Tyrones uſus plura docebit.

Fiſcus Creditor citatus, vel alias comparens ad concurſum poteſt illud ad ſuum Tribunal trahere, ut late probat reiectis contrariis, *Salgad. in labyr. credit. par* 1. *cap* 7. *n.* 14. ſed hoc vitari poſſet adſignando Fiſco portionem debitam, nam ita omne Ius Fiſci extinguitur. *Leg. cum unum ex creditorib. §. & plane ff. de bon. auctorit. iudic. poſſidend. Salgad. loc. cit. n.* 24.

Quando a Debitore communi efformatur iudicium hoc, proceditur per viam ordinariam inter omnes, licet ex his ſint, qui habeant viam executivam; eo enim caſu aſſumunt naturam principalis iudicii, quæ eſt ordinaria ideoque tamquam acceſſoria cum ipſo principali confunditur, *Salgad. par.* 1. *cap.* 16. *a n.* 17. *a* 63. & licet multi videantur adverſari, hi tamen loquuntur in terminis concurſus particularis facti inter ipſos Creditores inter quos nulla prælatio eſt abſque interventu Debitoris, vidend. *Salgad. loc. cit. cap.* 1. *num.* 43. & 48. & *cap.* 16.

Certant Doctores an Creditor citatus ad concurſum non comparens amittat iura hypothecarum, ac pignoris, & pro adfirma-

firmativa ſtat *Salgad. loc. cit. par.* 1. *cap.* 8. *a n.* 4. *&* 10. ita ut non poſſit agere revocatoria, ſed contrarium verius eſt in praxi, quia eidem ſuccurritur ope reſtitutionis in integrum pro ut Florentiæ obſervatur, ita quod ille agens remedio prædicto, ſuum obtinet locum, quod obtinuiſſet, ſi primo comparuiſſet, & ita fuit iudicatum in Cauſa *Retali, e Lenſi ſub die* 11. *Auguſti* 1777. *ita referente D. Equit. Alexandro Luci Rotæ Audit.* & ut pluries ac pluries fuit iudicatum; & addo *Mangill. de evičtion. qu.* 9. *n.* 1. & in terminis *Magon. dec. Florent.* 79 *in fin. Odd. de reſtit. in integrum qu.* 31. *art.* 1. *n.* 4. *Tiraquell. de retract. conventional* §. 2. *Gloſſ. unic. ſub num.* 71. *Rot. poſt diſſert.* 58. *Paolut. in Romana, ſeu Anconitana Pecuniaria* 23. *Iunii* 1704. *cor. Priolo n.* 10. ubi dicitur quod doctrina Salgadi, caſu quo iudex citatis Creditoribus deveniret ad liberam bonorum aſſignationem, nulla adiecta conditione reſtituendi, poſſet tantum procedere.

Creditor qui pignus accepit, ut ex fructibus ſatisfiat, ſi eo tempore, rem Debitori reddiderit, non erit graduandus, ex eo quod reddens pignus præſumitur integre ſatisfactus, vel quod dimiſerit ius pignoris, & ius crediti amiſerit, late *Salgad. cap.* 291. *par.* 1. Verum quando pignus datum eſt ad ſolam cautionem crediti, Creditor illud dimittendo nil aliud dimittit, quam ius quod habet in illo pignore, ſed tamen creditum ſubſiſtit: ut ex *Leg. poſtquam* 3. *de pactis, ubi Gloſſa.*

Creditor vendendo pignus ſibi a Debitore aſſignatum, cum facultate vendendi dicitur novaſſe primam obligationem. *Urceol. dec.* 38. *num.* 17. quod quidem procedit ſi pignoris venditioni conſentiat, tunc enim videtur ius ſuum remittere, niſi in contrarium ſit proteſtatus, ſaltem reſpectu Iuris, & hypothecæ. *Rot. dec.* 328. *num.* 36. *par.* 5. *rec.*

De ſeparatione Bonorum.

CAP. II.

PRius quam ad ea preciſe deveniamus, quæ reſpiciunt Creditorum privilegia ſingulariter, operæ pretium ducimus agere de privilegio ſeparationis Patrimoniorum.

Oberati enim Debitoris Bonis ſolutioni non ſufficientibus, inter alia Beneficia eiſdem, illud ſeparationis competit, quæ nil aliud eſt, quam Patrimoniorum, per hæredem confuſorum diſtinctio. Cum

Cum enim aliquando, & defunctus, & hæres ære alieno premantur, boniſque confuſis, Creditores hæreditarii ſibi ſatisfieri non poſſe agnoſcant, Prætor Beneficium illud indulget ut Bona defuncti a Bonis hæredis ſeparentur, atque illa ſolis hæreditariis Creditoribus relinquantur, *Leg.* 1. *ff. de ſeparation.* qua ſeparatione facta creditores hæredis nullum ius habent in Bonis defuncti niſi prius ſatisfactis illius Creditoribus, *Surd. dec.* 310. *num.* 3. *Rot. par.* 6. *rec. dec.* 269. *n.* 1. ubi præciſe dicitur, quod etiam Legatarii defuncti præferri debeant Creditoribus hypothecariis hæredis, neque hoc caſu quoad Creditores defuncti locum habet Statutum vocans omnes Creditores in contributum ad Bona Debitoris decocti, ſi non defunctus, ſed hæres decoxerit, *Decian. conſ.* 11. *n.* 114. *lib* 1. *Altograd. conſ.* 4. *n.* 15. *& ſeqq. per tot. lib* 1. *Rot. par* 13. *rec. dec.* 502. *n.* 8. quare ſi hæres introduxit Iudicium concurſus, vel ſocius diverſas ſocietates habens, vel Poſſeſſor duorum Maioratuum, vel plurium a Creditoribus poſtuletur, ſeparatio prædicta omnino facienda eſt, ne Bona hæreditatis cum Bona hæredis confundantur, ſed ut ſeparatim Creditores utriuſque Patrimonii debitum exigere poſſint, & hoc etiam poſt aditam hæreditatem, ut ex *Text. in Leg.* 1. *§. quod dictum ff. de ſeparation. & in Leg.* 1. *§. ex contrar. & in Leg. debitor* 3. *ff. eod.*

Eo magis impetrari poteſt ſeparatio, ſi hæreditas adita fuit, cum beneficio Legis, & Inventarii, etenim hoc efficit, ut hæreditas adhuc pro iacente habeatur per *Leg. fin. §. Computatione Cod. de iur. delib.* & hoc caſu hæres poteſt etiam conſequi cum cæteris Creditoribus ſuum Creditum, quod non accideret, ſi inventarium non confeciſſet, *Surd. dec.* 310. *n.* 6. *& ſeqq ex Text. in Leg.* 1. *§. fin. ff. de ſeparation.* imo hanc ſeparationem poteſt petere hæres beneficiatus, & qui inventarium confecit, ad conſequenda ea, quæ ſibi competebant ante aditionem, *Surd. dec.* 322. *num.* 6.

Ex quibus conſtat hunc ſeparationis Beneficium habere Creditores hæreditarios etiam quibus ex die, vel ſub conditione debetur *Leg.* 4. *ff. hoc tit.* ac etiam Legatarios, & Fidecommiſſarios, *Leg.* 6. *& L.* 1. *§.* 1. *&* 2. *ff. eod.* modo petant, non petentibus enim non prodeſt *Leg.* 1. *§. quæſitum ff. eod.* adeoque quibuſdam petentibus his ſolis prodeſt *d. L.* 1. *§.* 16. *ff. hoc tit.* At impetrata ſemel ſeparatione, Creditores hæreditarii ad hæredem, abſque iuſtiſſima cauſa reverti nequeunt, quamvis ſi quid ſupereſſet ex Bonis defuncti id Creditoribus hæredis prodeſſet *d. L.* 1. *§.* 17. *Leg.* 3. *§.* 2. *& Leg.* 5. *ff. eod.* ceſſat demum beneficium

cium hoc, ſi extra quinquennium petatur *d. Leg.* 1. §. 13. *ff. eod.* vel ſi Creditores fidem hæredis ſecuti, pignus ab eo, vel Fideiuſſorem acceperint *diſt. Leg.* 1. §. 10. vel ſi Bona hæreditaria Bonis hæredis ita mixta ſint, ut ſeparari nequeant, eadem *Leg.* 1. §. 12. *ff. eod.*

De ſeparatione Bonorum, quo pacto & quibus concedatur, *Calvin. de æquitat. lib.* 2. *cap.* 197. *Rot. par.* 16. *rec. dec.* 210. *n.* 2. *dec.* 31. *n.* 1. *par.* 17. *dec.* 234. *num.* 10. *vidend. Sabell.* §. *hæres n.* 35. *&* 38.

De eo qui fecit expenſas pro Executione &c. in Iudicio Concurſus.

CAP. III.

IUdicio Concurſus valide conſtituto a Creditorum inde digladiationem ſuper Antelatione erit procedendum, ac quilibet in ſuo loco, & gradu diſtribuendus. Quamobrem primo, expenſarum Creditor pro iudicio huiuſmodi efformando, aliiſque illud omnium Creditorum univerſale intereſſe reſpicientibus erit graduandus, inter quos precipue recenſendi ſunt Oeconomus (1) Advocati, Procuratores, Periti, Amanuenſes (2), nam ut tradit *De Luc. de penſion. diſc.* 33. *n.* 9. expenſæ litis dicuntur, quamtumvis anterioribus, & privilegiatis potiores, ad inſtar illarum, quæ pro cultura, & collectione fiunt, ita ut tantum a patrimonio videatur abeſſe, quantum pro dictis expenſis, & mercedibus ſolvendum occurrit.

(1) *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1566. *Carleval. de iudic. tom.* 2. *diſput* 32. *n.* 4. *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 41. *n.* 1. 2. 3. *&* 7. (2) *De Luc. de penſ. diſc.* 33. *n.* 9. *& de credit. diſc.* 158. *Salgad. in labyr. credit. par.* 3. *cap.* 9. *n.* 18 *&* 19. *Marzimedic. dec. Seneuſ.* 19. *n.* 22. *&* 23. *Zacchia de ſalar. qu.* 99. *num.* 8. *Rot. cor. Duran. dec.* 53. *n.* 6.

NOTÆ.

Creditor qui fuit declaratus anterior in Concurſu, vel potior, conſequitur cum prelatione non ſolum principale creditum ſed expenſas pro eo conſequendo, cum eadem potioritate, ſeu anterioritate, *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 39. *n.* 13. *&* 18. *& inſpect.* 41. *n.* 19. *Fontanell. dec.* 95. *n.* 10. *ſed vid. De Luc. de iudic. diſc.* 147. *n.* 12. *&* 13.

Quod

Quoad Procuratores, Advocatos alioſque ſupra recenſitos Concluſio iam allata videtur locum habere ubi agitur de defenſione facta in utilitatem Creditorum, concurſu iam inſtructo, ſecus vero quando res eſt de alia defenſione extra iudicium illud quia tunc invaluit praxis defenſores huiuſmodi &c. graduari cum hypotheca a die ſuſceptæ defenſionis, ut elicitur ex quadam Sententia lata Florentiæ a Magiſtratu Pupillorum ſub die 26. Septembris 1748. in Cauſa Creditorum de Durazzinis, & ex alia Magiſtratus Supremi diei 10. Ianuarii 1740. in Cauſa Creditori Giugni &c. & quod Advocati &c. habeant tacitam hypothecam ſuper re defenſa cum prælatione facit: *Giurb. dec.* 108. *n.* 10. 20. *& ſeqq. Prat. obſerv.* 65. & quod habeant dictam tacitam hypothecam cum prælatione, cœteris Creditoribus, tacitam, atque expreſſam hypothecam habentibus a die ſuſceptæ defenſionis, tradit *Ugolin. de procuratorib. par.* 4. *cap.* 5. *n.* 50. *Gratian. diſcept. for. cap.* 257. *n.* 17. etiam ſi ex tali patrocinio non reſultaret ſententia favorabilis. *Rot. dec.* 517. *par.* 4. *diverſ. n.* 7.

De eo qui res ſuas vindicat.

CAP. IV.

QUoties cauſa Prælationis inter Creditores agitur, primum in Sententia locum obtinere deberet, qui res ſuas vindicaret, & hoc procederet in praxi, quoad verum, & reale Dominium, quia hoc caſu potius per deductionem, ſeu reſtitutionem, & non per graduationem procedendum eſſet, quia Dominus non eſt Creditor, *Leg. in rem, & tot. tit. ff. de rei vindicat.* at qui Creditorum Concurſus in Bonis Debitoris fit, *Leg. ſi non expedierit* 6. *verſ. præter. bona ff. de bon. auct. iudic. poſſidend. L. a Divo Pio* 15. *§. ſi ſuper rebus verſ. ſi forte ff. de re iudicat.* non in alienis ergo iure optimo, qui res ſuas vindicat omnibus potior eſt, nec inter creditores recenſeri debet.

NOTÆ.

Quidquid ſit de ſuperiori Articulo, certum eſt, quod ſecundo loco graduandus eſt in concurſu cum prælatione, & privilegio relate ad omnes alios Creditores, qui habet pro ſe reſervationem Dominii, & dicitur privilegiatus, cum nullus Creditor poſſit acquirere ius aliquod ſuper re in qua Dominus ſibi Domi-

minium reſervavit, *Leg. Procuratores §. plane ff. de tributoria act. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 45. n. 7. Caſtald. conſ. for. cap. 93. Rot. dec. 244. n. 1. & 8. par. 13. rec.* Etenim certum eſt quod reſervatio Dominii quoad effectum ſubſequens reſolvitur in præambulam hypothecam, quia Venditor non poteſt agere ad reſolutionem Contractus, ſed ad pretium exigendum ſuper quo debet cœteris Emptoris Creditoribus præferri, nam dicta reſervatio nil aliud operatur quam conſervare ad favorem reſervantis hypothecam privilegiatam uſque ad integram ſolutionem ad inſtar terminorum, *Leg. licet 7. Cod. qui potior. in pignor. habeantur*, & prælationem in re vendita pro integro pretio conſequendo ad eſcluſionem Creditorum Emptoris, vidend. *Urceol. conſ. for. cap. 5. conſ. D. Achillis Matterelli, & dec. Rot. cor. Albergat. poſt dictam conſultationem Urceol. impreſſ.* & hoc procederet niſi adeſſet pactum Legis Commiſſoriæ quod ſcilicet Emptore non ſolvente tempore ſtatuto locus ſit reſolutioni, vid. *Rot. dec. 177. per tot. par. 10. rec.*

Eumdemque effectum parit reſervatio, ſeu appoſitio præambulæ hypothecæ, *Coſta de privileg. creditor. regul. 1. ampliat. 4. n. 1. Guttierez. practic. quæſt. lib. 5. qu. 97. in fin.* etiam contra Dotem *Amat. reſolut. 3. n. 26. 27. par. 1.*

Ex eadem Dominii ratione deponens depoſito regulari mediante, id eſt pecuniam in ſacculo obſignatam, qui præfertur, ut ſupra *Leg. ſi hominem 7. §. quoties ff. depoſiti De Luc. de debit. & credit. diſc. 25. n. 5.* verum ſi pecunia conſignata fuerit non obſignata, ſed tantummodo numerata, id eſt mediante depoſito irregulari, tunc deponens non præfertur Creditoribus hypothecariis anterioribus, ſed tantum Chirographariis, *De Luc. loc. cit.* ubi plures caſus enumerantur ad quem legentes remittimus.

At ſi deponens pecuniam numeratam apud Mercatorem cum eo convenit, quod ex huiuſmodi pecunia ſibi ſolvantur uſuræ, nequidem præfertur Creditoribus Chirographariis. *Leg. ſi veteri 8. §. ſed enim ff. de privileg. credit. De Luc. de credit. diſc. 25. num. 21.*

Poſt hypothecarios tamen alioſque privilegiatos habet Creditor ex Cauſa Cambii prælationis privilegium, *Berlich. concl. 64. n. 14.* ut quia tradiderit Campſorii Florentiæ, puta centum, ut illa conſequatur, Romæ, & hoc interim Campſor deficiat.

De

De eo qui in Funus Debitoris impendit.

CAP. V.

HOC eſt denique in Fatis, in Fata ipſa concedere. Et occurrunt Creditores eius, qui vita functus eſt, & cuius æs alienum ſolvendum: obiter hic obſervandum, quod ea de cauſa Creditores non poſſunt, ut olim, impedire funus & ſepulturam Debitoris. Hoc namque immane Ius Imperator Conſtantinus ſubſtulit anno Imperii ſui decimoquinto, atque exoluit immoderata illa poteſtas in defunctos (1). Iniquum quippe eſt, & noſtris = temporibus alienum, exclamat Imperator Iuſtinianus, in (2) iniu- = riam fieri reliquiis Defunctorum ab iis, qui Debitorem ſibi = eſſe mortuum dicendo, debitumque exigendo, ſepulturam eius = impediunt.

Non poſſunt quoque (atque id receptiſſimum eſt) hæredem intra novem dies a morte defuncti convenire (3).

Nequeunt denique Creditores omnes quoad prælationem crediti ſui eiuſdem eſſe conditionis, cæteris namque præferuntur qui in funus Debitoris impendunt; Hi enim poſt iam enumeratos in ſententia ſunt collocandi, etenim prælationis privilegium habent adverſus cœteros omnes Creditores, ut probatur (4) ſecundo (5), tertio ratione, quia quoties aliquis efficitur creditor ob cauſam, publicam utilitatem reſpicientem competit eidem tacita hypotheca adverſus veteres Creditores cum prælatione.

Multum autem publicam utilitatem reſpiciunt expenſæ pro ſepeliendis Cadaveribus, ne corpora defunctorum iaceant inſepulta (7), non ſolum propter pietatis culturam, verum etiam pro curanda viventium ſalute, & ideo plurima ſpecialia inducta ſunt pro facilitate ſepulcrorum (8) ideo qui impendit in funus debet habere privilegium, ut nimirum doti præferatur (9) penſioni Domus pro invectis privilegiatæ (10) tum Fiſco (11), denique quibuſcumque (exceptis ſuperius recenſitis, & præcipue habentibus, vel dominium, vel reſervationem &c.) nec obſtat quod in iure expreſſe non caveatur expenſam Funerariam præferendam eſſe anterioribus conventionalem hypothecam habentibus, ideoque hoc non eſſe aſſerendum (12), nam reſpondetur ſatis caveri in *dict. Leg. impenſa funeris* quæ cum generaliter loquatur debet comprehendere omnes, quamvis privilegiatos (13), verum hoc privilegium pro impenſis funeris habet hæres ſi confecerit inventarium,

rium, ut conſtare poſſit de valore hæreditatis ad vitandas fraudes (14). Privilegium tamen conceſſum impenſæ funerariæ locum non habet ſi illæ fuerint ſupra modum rationabilem, ſecus vero ſi ad neceſſitatem, ac decorem ſecundum perſonarum conditionem.

Quæ nam dicantur impenſæ, & ſumptus funeris colligi poteſt ex *Leg. funeris ſumptus ff. eod.* in qua quinam modus ſervandus iuxta dignitatem, & quantitatem Patrimonii Defuncti arbitrio Iudicis relinquetur (15), ubi tandem recte enumerantur ſumptus præſtandi Medicis, & in mortui valetudine facti, vel in Teſtamenti inſinuatione, vel inventarii confectione, qui ante omnia ſolvendi ſunt (16).

(1) *Text. in L. ob æs alienum Cod. de oblig. et action.* (2) *L. cum ſit Cod. de ſepulcro violato* (3) *Auth. ut cum de appellat. &c. §. meminimus, & Auth. ſed neque Cod. eod. Murga tom.* 4. *tract.* 9. §. 6. (4) *Leg. impenſæ funerum ff. de relig. & ſumptib. funer.* (5) *in Leg. impenſa* 18. *cum ſeqq. Cod. eod.* (6) *argum. Text. in Leg.* 1. *ff. in quib. cauſis pignus, vel hypot. &c.* (7) *Leg. ſunt perſonæ &c. de Relig. & ſumptib funer.* (8) *Leg.* 2. §. *præterea ff. de in ius vocando Leg. ſi quis ſepulcrum in princ. & §. fin. ff. de relig. & ſumpt. funer.* (9) *Pacific. de Salvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 72. & 88. *Ludoviſ. dec. Peruſ.* 78. *n.* 22. (10) *Franc. dec.* 51. *n.* 5. (11) *Gait. de credit. c.* 4. *q.* 11. *n.* 1932. (12) *Text. in Leg. ſi in fraudem verb. honor. ff. de Teſtam. Militari in Leg.* 1. *verſic. generaliter ff. de legat. præſtand.* (13) *Leg. fin. §. in comput. Cod. de iur. deliber.* (14) *dict. Leg. ſi quis ſepulcrum* (15) *Argum. Text. in Leg. ſi quis §. hæc actio verſ. æquum §. & Iudicem ff. eod.* (16) *Leg. in reſtituenda ubi Bald. Cod. de petit. hæred. Leg. ult. §. in confutat. ubi Iaſon. Cod. de iur. deliber. Leg. legatum. ff. de relig. & ſumpt. funer. Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1935. *Gratian. diſcept. cap.* 94. *n.* 7. *Acoſt. de privileg. credit. regul.* 2. *ampliat.* 1. *n.* 21.

NOTÆ.

Ad clariorem explicationem rerum ſupradictarum ſciendum prælationis privilegium, quod competit pro funeris expenſis procedit quoque pro expenſis ultimæ infirmitatis, & tales expenſæ dicuntur illæ factæ pro Medico, Chirurgo, medicinalibus atque aliis quæ deſervierunt pro Infirmo curando, in ultima infirmitate ex qua deceſſit, non autem pro illis ex quibus convaluit: *Berlich. concl.* 64. *n.* 95. *Hodiern. ad Surd. dec.* 112. *n.* 8. & 52. *Cancer. variar. reſol. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 9. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *q*1.

4. *qu.* 17. *n.* 24. & nota quod ultima infirmitas non dicitur illa ex qua quis, licet perfecte non convaluerit, attamen poſt annos aliquot ex illa obiit, *Rot. Lucenſ. apud Cenſal. in Leg. unic. C. ſi quis imperat. maledix.* §. 28. *n.* 79. *& ſeqq. Borguin. Cavalcan. deciſ.* 32. *n.* 4. 6. *&* 11. *Rot. dec.* 2103. *n.* 7. *cor. Coccin.* & quod huiuſmodi prælatio procedat adverſus dotem, & alios quoſcumque, etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentes, *Cancer. loc. cit.* & præciſe contra Fiſcum, *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1932. non vero contra mutuantem ad refectionem, vel conſervationem rei *Gait. loc. cit.* 1950. *Rot. Flor. apud Manſ. conſ.* 343. *tom.* 4.

De Creditoribus Hypothecariis.

CAP. VI.

POST funerarios Creditores ſequuntur Hypothecarii, qui cæteros omnes etiam privilegiatos præcedunt, ad *Text. in Leg. eos 9. Cod. qui potior. in pignor. habeantur*: hi vel eiuſdem temporis ſunt, vel diverſi temporis; Creditores Hypothecarii dicuntur, qui etiam per horæ ſpatium, vel qui per momentum temporis antea contraxerunt, ita de potioritate, & horæ ſpatio (1).

Si diverſi ſint temporis hypothecarii creditores firmiſſima inter ipſos eſt obſervanda concluſio, ut qui prior ſit tempore potior ſit iure (2).

Prior enim dicitur, non ex die deſtinatæ ſolutionis, ſed ex die contractæ obligationis (3).

Prædicta tamen regula, qui potior &c. militat primo tum in hypothecis tacitis, tum expreſſis (4). Secundo in hypotheca ſpeciali, ſive generali, itaque ſi quis dudum omnia bona ſua præſentia, & futura hypothecæ ſubiecerit, prior hæc hypotheca generalis ſpeciali poſteriori potior erit, idque dicendum de ſpeciali anteriori, quia utriuſque eadem poteſtas eſt (5).

Tertio admittenda eſt prædicta regula in Creditore, cui prius ſub conditione res fuit obligata, & altero pariter creditore, cui poſtea pure fuerit eadem res pignori data, adveniente enim conditione retrotrahitur obligatio ad conventionis initium, & ideo prior, & antiquior eſt & conſequenter potior ille, cui a principio ſub conditione res fuit ſuppoſita ex ratione ſuperius adducta (6).

Quarto eſt eadem regula admittenda tum in ſorte principali, tum in uſuris, & acceſſionibus, non ſolum ſi pro ipſis res obligetur a principio conventionis (7) (quod ſtylus Tabellionum hodie admittit in Contractu Cenſuali pro reddit.uum ſolutione) etſi nihil nominatim, aut ſpecialiter de obligatione, & hypotheca pro uſuris cautum ſit (8), quod tamen non procedit quando fructus, ſeu uſuræ non debentur ex conventione, ſed ex diſpoſitione iuris ob moram non ſolventis, tunc enim eorum anterioritas incipit a die moræ, qua deberi cœperunt: ut ex *dec. 206. Rot. par. 10. rec. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 46. ſub num. 9. De Luc. de dot. diſc. 166. n. 92.*

Quinto eſt eadem regula contra tertios Poſſeſſores, quocumque titulo res hypothecæ ſuppoſita ad eos pervenerit, quia per diſtractionem factam ius, quod Creditores habent non minuitur (9). Sexto Poſſeſſor cogitur antiquiori Creditori illius Debitoris, a quo rem habuit, vel ſolvere, vel rem hypothecæ obnoxiam dimittere, cuius rei rationem, & praxim obſervat (10). Locum quoque ſibi vindicat eadem regula in quocumque pignore ſive conventionali, ſive legali, ſive prætorio, vel iudiciali (11), eadem quoque locum habet ſi prior tempore ſit ex cauſa lucrativa, poſterior ex cauſa oneroſa (12). A prædicta tamen regula cuius ampliationes hactenus expoſuimus, excipitur privilegii virtute, Fiſcus, Locator, Dos, Mutuans ad rem conſervandam, publicum inſtrumentum concurrente cum privata Scriptura, qui prius ſolvit, quam ille cui dudum fuerat conceſſa hypotheca, & Creditor ex vi iuris offerendi, ut demonſtrabimus in ſequentibus.

(1) *Soccin. in Leg 1. n. 11. ff. ſolut. matrim. Afflict. dec. 188. n. 5. & de potioritate ex momento temp. Gloſſ. in Leg. ſi ex plurib. §. fin. in fin. ff. de ſolut. Gaill. practicar. obſerv. 25. n. 5.* (2) *Text. in cap. qui prior 54. de regul. iur. in 6. Leg. ſi Decreto 2. Leg. cum Rempublic. 3. Leg. ſi fundum 4. Leg. licet 7 Leg. diverſis 8. Cod. qui potior. in pignor. Leg. qui generaliter 2. Leg. debitor. 4. Leg. ſi non dominus 15. Leg. Lucius 19. Leg. Titius 22. ff. qui potior. in pignor. habeantur* (3) *Barboſ. in Leg. ita ſtipulatus ff. de verbor. oblig. Rot. dec. 476. n. 22. par. 1. diverſ.* (4) *Bald. in L. aſſiduis 12. n. 2. & ibi Salicet. n. 4. Cod. qui potior. in pignor. habeantur Grat. diſcept. for. cap. 730. num. 19.* (5) *Leg. 2. ibi æquali iure Cod. de pignor. quod & obſervat Gaillus obſervat. 25. n. 4. lib. 2.* (6) *Leg. qui Balneum §. 1. Leg. potior. §. videamus Leg. nuntius ff. qui potior. in pignor. habeantur Theſaur. dec. Pedemont. 235 n. 7. Surd. dec. 151. n 5. 8. 9. & 10* (7) *Leg. Grege 13. in fin. ff. de pignor.* (8) *L. Inſula 14. Leg. Lucius 19.* „ ibi „

qui

qui prior eſt tempore in ſorte intelligitur etiam eſſe prior in uſuris ff. qui potior. in pignor. habeantur Neguſant. de pignorib. part. 5. membr. 2. num. 10. (9) *Leg. ſi convenerit* 18. §. *ſi fundus ff. de pignor.* (10) *Covarruv. lib.* 1. *var. cap.* 8. *& lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 4. *& practicar. quaeſt. cap.* 29. *n.* 4. *&* 6. (11) *Text. expreſſ. in Leg.* 2. *Cod. qui pot. in pignor. iuncta Leg. is cui* 5. §. *poſt quam ff. ut in poſſeſſ. legat.* (12) *L.* 1. *Cod. de iur. Fiſci lib.* 10. *Rot. in Rom. Salviani de Caſalib.* 21. *Iunii* 1641. *cor. Cerro.*

NOTÆ.

Creditores cenſuarii perpetui poſſunt in concurſu petere fructus decurſos etiam poſt decoctionem, quia non ceſſant non ſequuta reali reſtitutione, *Rot. cor. Cavaler. dec.* 528. *n.* 1. *& dec.* 495. *n.* 2. *&* 3. *poſt Cencio de cenſib.*

Concurſus non cauſat extinctionem cenſus, niſi creditor illius compareat, petat, & obtineat graduari tam pro ſorte, quam pro fructibus, ſecus ſi tantum pro fructibus: *Cenc. qu.* 107. *n.* 30. *Salgad. in labyr. p.* 1. *cap.* 22. *n.* 45. *Rot. cor Cerro dec.* 227.

Verum neceſſe eſt pro extinctione Cenſus non ſolum quod Creditor petierit, & obtinuerit in concurſu graduationem etiam pro ſorte, ſed etiam quod conſecutus fuerit aliquid (quamvis minimum) de eadem ſorte, ad hoc ut poſſit cauſari illius extinctio: *Rot. poſt Cenc. dec.* 383. *num.* 7. *&* 9. *& cor. Cerr. dec.* 627. *num.* 9.

Ex reformatione anni 1713. conſtat quod Creditor pignoratarius a nullo Creditore quamvis privilegiato poteſt vinci, nec moleſtari in concurſu „ ibi „ Conſiderando l' A. S. R. che dal = medeſimo Statuto *lib.* 3. *Rubr.* 2. (cioè della Mercanzia) vien = diſpoſto tra Mercanti, che avendo alcuno di loro preſſo di ſe = qualche pegno, e così mercanzie, ori, argenti, gioie, e co- = ſe ſimili, debba il Poſſeſſore di tal pegno eſſere ſopra il mede- = ſimo pagato del ſuo Credito anteriormente ad ogni altro Cre- = ditore, benchè privilegiato, e privilegiatiſſimo, sì per l' Ipo- = teche anteriori, che per privilegio proprio = vuole che que- = ſto ſteſſo, che viene diſpoſto fra i Mercanti, ſi oſſervi ancora = fra gli altri non Mercanti, e tanto che chi dà, che chi ri- = ceve il pegno ſaranno ambedue non Mercanti, quanto ſe lo = ſarà uno di loro ſolamente =

Et inferius = di modo tale che in avvenire qualſiſia perſo- = na che nell' atto di dare in preſto o con altro titolo riceve- = rà dal Debitore qualche pegno, di che ne appariſca ſcritta in = forma valida, e ciò per ovviare alle colluſioni, non poſſa eſ-

 = ſergli

Digitized by Google

= ſergli evitto, nè levato da chi ſi ſia altro Creditore benchè = anteriore, e privilegiato = vid. *Florentina Pignoris* 10 *Martii* 1746. *cor. D. Aud. Aſſunto Franceſchini*, *latius in Florent. Pignoris* 26. *Auguſti* 1746. *in Cauſa Gerini*, *e Creditori cor. DD. Audit. Soldani*, *Venturini*, *& Advoc. Quintilio Pellegrini*, neque rigoroſe tenendum eſt quod pignus tradatur eodem inſtanti, quo exburſatur pecunia a Creditore, dummodo ſi agatur de Debitore decocto, pignus traditum fuiſſe appareat, per duos aut plures dies ante detectam decoctionem *dict. Florent. pignoris* 26. *Auguſti art.* 7. *& art.* 2. *dict. Florent. pignoris cor. Franceſchini* §. *ſi replicava*, ubi firmatur ſupradicta Concluſio, ac ulterius quod in defectu Scripturæ non exprimentis dationem pignoris poſſit probatio per Teſtes ſuppleri, ex *Butrig. in cap.* 2. *extr. de probat. Menoch. de arbitrar. centur.* 1. *caſ.* 63. *num.* 3. *& ſeqq. Maſcard. de probat. concl.* 1242. *n.* 31. *Armenaz. dec. Ianuen.* 8. *n.* 23.

Florentiæ ex *Statut. lib.* 3. *rubr.* 10. ubi agitur de Creditoribus debitorum decoctorum, & ceſſantium mercaturam exercentium, in quo conquaſſantur hypothecæ omnium Creditorum, atque privilegia realia, perſonalia, & mixta, ut veniant omnes per æs, & libram, & ut „ ibi „ Salvis tamen dotibus, & etiam de= bitis ex cauſa Tutelæ, vel Curæ in quibus prædicta locum non = habeant, ſed ſtetur diſpoſitioni iuris Communis = cui concordat *Statutum Mercantiæ lib.* 3. *Rubr.* 2. *de ceſſanti*, *e fuggitivi*: atque eſt animadvertendum, quod eodem iure cenſentur quamdos, quædam ſpecies crediti, ob cauſam piam, aut ſimiles doti, & tutelæ: *Andreol. controv.* 112. *n.* 45. *Rot. apud Palm nep. dec.* 44. *n.* 22. & magis præciſe *relat. D. Auditoris Angeli in cauſa Ergas*, *e Briſacier diei* 30. *Auguſti* 1685. *& D. Aud. Finetti dict.* 23. *Octobris* 1686. §. *provata dunque*, *& in terminis crediti Montis Pietatis D. Audit. Fiſcalis Vinta relat. diei* 1. *Octobris* 1585. *& D. Aud. Celleſi* 13. *Auguſti* 1631. *in Cauſa Giannotii*, *Pandolfini*, *et Creditorum*, & favore medicamentorum ultimorum, & expenſarum funeris in *Sindicatu Emilii Bamberini diei* 13. *Novembris* 1636. *& ex Decreto Magiſtrat. D. D. Sex anni* 1637. *in Sindicatu de Miniatis*, *ut apparet ex d. relat. D. Aud. Finetti* §. *dunque &c.*

Ulterius nota quod *Stat. Flor. lib.* 3. *Rubr.* 10. auferens hypothecas a Ceſſantibus impoſitas, non tollit contractas ante decoctionem: *Senen. Concurſ. Creditorum diei* 13. *Septembris* 1759. *cor. D. Aud. Brogiani*.

Statut. Merc. lib. 2. *Rubr.* 2. *de ceſſant.* non aufert hypothecas Florentinorum in concurſu hypotecæ forenſium, *Liburn. Concurſus Creditor. diei* 15. *Iul.* 1695. *cor. de Marin. in Theſ. Ombr.*

tom.

tom. 3. *dec.* 28. *num.* 8. hypotheca autem Statutaria extenditur ad Subditorum contrahentium Bona extra Territorium Statuentium poſita *Caſareg. de Commerc. diſc.* 43. *num.* 28.

De Fiſco &c.

CAP. VII.

Fiſcus ſemper habet Ius Pignoris reſpondit *Hermogenianus Iuriſconſultus in Leg. aufertur §. Fiſcus ff. de iur. Fiſci*, non ſemper tamen prælationis fruitur privilegio.

Ex cauſis tributorum Fiſcus aliis præfertur (1), quoad Contractus Fiſcus prælationem habet præhabita diſtinctione relate ad bona Debitoris; nam ſi ea fuerint per Debitorem acquiſita ante contractum cum Fiſco initum, Fiſcus non præfertur Creditoribus temporis anterioris, & probatur (2).

Si vero agatur de Bonis acquiſitis a Debitore Fiſcali poſt celebratum Contractum cum Fiſco, tunc receptiſſima Sententia eſt anteponi Fiſcum reliquis quibuſcumque Creditoribus, ut probatur (3).

Difficultas tamen eſt in decernendo, cui nam incumbat onus probandi de acquiſitione bonorum antea, vel poſtea, qua in re *Bartol. in dict. Leg. Is qui*, Concludit probationem incumbere Actori, ſive Fiſcus agat contra privatum Poſſeſſorem, ſive privatus contra Fiſcum, ex regula quod aſſerenti incumbit onus probandi *L. ei incumbit ff. de probation.*

Quoad pœnas Fiſcales inſpiciendus eſt Teſtus in *Leg. unica Cod. de pœn. Fiſcalib. credit. præfer. lib.* 10. *ibiq. Bruneman.* apud eum enim omnia copioſe, & docte, acri caſtigatione ſelecta atque omnia quaſi ſtabili fundamento probata inſpiciuntur.

Denique ſi cum Dote Fiſcus concurrat, ad hæc exponenda praxi admodum accomodata conſpirant quamplures, quos *Merlin. de pignor. & hypoth.* rem ipſam explicando recenſet *lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 77.

(1) *Leg.* 1. *Cod. ſi propt. publ. penſ.* (2) *L. ſi fundum Cod. qui potior. in pign. habeantur Leg. ſi quis pignus. Leg. fin. §. finali ff. eod. tit.* (3) *Leg. ſi is qui ff. de iur. Fiſci*, *De Luc. de dot. diſc.* 83. *a n.* 17. *Rocc. Epiſc. diſput. iur. ſelect. tom.* 2. *cap.* 108. *n.* 34.

Digitized by Google

Illud tamen privilegium hic in §. *ſi vero ec.* recenſitum, Fiſco non competit contra Pupillum creditorem anteriorem: *Text. literalis eſt in Leg. fin. C. qui potior. in pignor. habeant.* nec contra dotem *Rocca diſput. iur. ſelect. cap.* 108. *n.* 35. *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1896. *&* 1897. nam dotis cauſa eſt magis privilegiata, quam Fiſcus *Maſſin. de confiſcat. qu.* 39. *n.* 17. *Cancer. var. reſol. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. *Staiban. reſol. forenſ.* 69. *n.* 35. *&* 37. *lib.* 1. *Rocca loc. cit.*

De Locatore.

CAP. VIII.

LOcatori quoque competit prelatio, & competere poteſt primo in fructibus rei locatæ, ſecundo ſuper invectis, & illatis in prædium locatum, tertio denique pro mercede operarum.

De prælatione Locatoris in fructibus rei locatæ.

CAP. IX.

QUoad prælationem Locatoris in fructibus de rigore iuris verior eſt Sententia negativa, & probatur ex regula, *Text. in cap. prior. regul. iur. in* 6. a qua non eſt recedendum, niſi in caſibus a iure expreſſis nullibi autem expreſſum legimus ſuper fructibus Locatorem eſſe præferendum anterioribus, nam in *Leg. in prædiis ff. qui potior. in pignor. habeantur*, ubi decernitur hypotheca ſuper fructibus pro Locatore, nihil exprimitur de prælatione, quæ cum ſit magni momenti non debuiſſet omitti ſi a iure concederetur, *argum. Text. in Leg. item apud Labeon. §. hoc. Edictum in fin. ff. de iniur.*

In praxi tamen præferri Locatorem receptum eſt in fructibus rei ſuæ, quod probatur (1).

Præfertur enim Locator omnibus Creditoribus Conductoris etiam anterioribus hypothecam habentibus, idque non ſolum in fructibus pendentibus in quibus cum habeat dominium ſive ſint naturales, ſive induſtriales (2), ſed etiam in perceptis a Conductore adhuc extantibus, ut late firmat (3).

Præfertur quoque Creditoribus habentibus anteriorem generalem hypothecam expreſſam (4), tum Creditori, ex cauſa ſeminis (5), tum Creditori ex cauſa melioramentorum, quia fundus ipſe eſt cauſa magis antiqua, & magis efficiens fru-

ctuum

ctuum, quam ſint melioramenta (6), tum denique in fructibus Locatorem Doti præferri concludere videtur (7), & poteſt ratione ſuæ hypothecæ privilegiatæ pretium ex fructibus aliis ſolutum revocare (8).

Eodem pacto, quo de Locatore diximus dominum directum præferendum creditoribus anterioribus in re emphyteutica pro penſionibus decurſis, & non ſolutis firmat (9).

Animadvertendum tamen eſt, aliquando nonnullos a dicta opinione diſſidere, & prædicta privilegia evertere conari, qua propter, ut Locator omni amota difficultate omnino præferatur, cautus ſit in actu Locationis reſervare ſibi fructuum dominium eo uſque ſit ſatisfactus prout eum facere poſſe liquet (10), quæ quidem reſervatio dominii ſubintelligitur, licet expreſſe non conventa, ubi agitur de bonis Pupillorum, vel Communitatum, vel Minorum ſub neceſſaria legali adminiſtratione exiſtentium, ut ex *De Luc. de credito & debito infra cit. diſc.* 17. *n.* 8.

(1) *Text. in Leg. qui ſcit* 25. *ff. de uſur. & in Leg. ſi ſervus communis §. locavi iuncta Gloſ. in verb. facere ff. de furt.* (2) *Bald in Leg. in rebus* 20. *n.* 3. *Cod. de iur. dot.* (3) *Peregrin. conſ.* 80. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 3. *Grat. diſcept. for. cap.* 25. *n.* 9. *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 64. *& dec.* 521. (4) *Pacion. de locat. & conduct. cap* 33. *n.* 47. (5) *Gait. de credit. cap.* 4. *n.* 2008. *& in append. ad eumd. locum num.* 122. quibus in locis etiam obiectis reſpondet. (6) *Rot. cor. Ubald. dec.* 176. *num.* 8. (7) *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 33. *n.* 59. *& ſeqq.* (8) *Text. in Leg. in prædiis ff. in quibus cauſ. pignus, vel hypoth. ec.* (9) *Grat. diſcept. for. cap.* 36. *n.* 35. *Merlin. dec.* 810. *num.* 4. (10) *Rot. dec.* 351. *par.* 11. *rec.* dum ultra tacitam hypothecam cum prælatione inductam a iure adeſt alia ſpecialis ex pacto, ut advertit *Card. De Luc. de credit. diſc.* 16. *a n.* 8. *et diſc.* 17. *num.* 5. *et* 6. *et Rot. eadem in dec.* 64. *par.* 14. *rec.*

NOTÆ.

An Creditor ex cauſa ſeminis, & expenſarum pro cultura præferatur creditori ex cauſa Canonis, vel Affictus apud DD. quæſtio dubia eſt; quidquid tamen dicendum ſit in hoc articulo firmatum videtur quod prælatio competat Locatori, pro Canone illius anni in quo ſunt collecti fructus, qui cadunt ſub concurſu & non pro affictibus aliorum ſequentium annorum, *Rot. cor. Ubald. dec.* 246. *n.* 8.

Verum pro prælatione Creditoris ex cauſa ſeminis, & Culturæ ſtant, *Card. De Luc. de credit. diſc.* 16. *num.* 9. *et de dot.*

diſc. 166. *n.* 57. *Theſaur. qu. for.* 29. *n.* 6. *lib.* 2. *Navar. de gravamin. Vaſſallor. tom.* 1. §. 211. *n.* 1. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 40. *n.* 2. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap. fin. num.* 116 *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 11. *ad* 20. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *qu.* 5. *n.* 46.

De prælatione Locatoris ſuper invectis, et illatis.

CAP. X.

PErfracte, & indiſtincte *Peregr. conſ.* 8. *lib.* 3. *n.* 3. adfirmat Locatori prælationem competere ſuper invectis, & illatis. Verior tamen Sententia præhabita diſtinctione procedit; vel Locator domum dedit ad habitandum, vel ſimpliciter ad res conſervandas, ut in apotheca, & ſimili. Primo caſu bona invecta & illata ſunt tacite Locatori hypothecata; verum ille ius ſuum metitur a ſola anterioritate temporis abſque privilegio prælationis (1).

In ſecundo nempe quando agitur de Apotheca, Horreo, Promptuario, vulgo = Magazzino = & ſimilibus locis aptis ad conſervandum, tunc bona ibidem invecta, & illata, nedum ſunt tacite hypothecata ad favorem Locatoris pro penſionibus, ſed etiam cum prælationis privilegio præ ceteris Creditoribus (2).

(1) *Bartol. in Leg. interdum ff. qui potior. pignor habeant. n.* 12. *Ludoviſ. dec. Peruſ.* 85. *n.* 4. *par.* 2. *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1566. (2) *Gait. loc. cit. Gratian. diſcept. for. cap.* 68. *n.* 4. *et cap.* 713. *n.* 3. *Acoſta de privileg. creditor. regul.* 3. *ampliat.* 3. *n.* 6. *Rodriguez. de concurſ. credit. par.* 1. *n.* 8. *artic.* 19. *Rot. dec.* 15. *n.* 2. *par.* 19. *rec.*

N O T Æ.

In ea quæſtione an in rebus invectis, & illatis præferatur Locator Domus pro penſione, vel mulier pro dote, vidend. *Marzimedic dec. Senen.* 20. *per tot.* ubi multa concludit iuxta ſuperius firmata, ſed unum ſpeciale addit *in fin. dict. dec.* ſcilicet quod poſtquam mulier recepit mobilia viri pro aſſecuratione, ſeu reſtitutione dotis ſuæ, vel partis eiuſdem, domumque conduxit & ibi dicta mobilia tranſtulit, ſubdit = *non eſt æquum ut penſionem deneget, et mobilia ſub ſpecie dotis retineat, cum non modica fraude.*

De

De prælatione pro Mercede Operarum.

CAP. XI.

PRivilegium hypothecæ, & prælationis competit quoque Locatori pro mercede Operarum, & intelligitur pro opera, & mercede neceſſaria, & non ultra, *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 41. *n.* 19 *& ſeqq. & ſignanter n.* 23. ubi quando nam dos Locatori Operarum preferatur, omnino hac in re dicto loco prælaudatus auctor videndus, nam & exemplis, & rationibus, & auctoritatibus eſt refertiſſimus.

N O T Æ.

Ob eandem rationem præferuntur Paſtores, ac Cuſtodes Animalium ſuper illis pro eorum mercede *Zacchia de ſalar. quæſt.* 99. *n.* 19. pariterque Cuſtodes qui tempore vindemiarum, meſſium deſtinantur ad cuſtodiendas ſegetes &c. *Zacchia de ſalar. loc. cit. Gait. de credit cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 13. *& ſeqq.* In concurſu præfertur etiam ſuper pretio navis aliis Creditoribus etiam anterioribus, qui ſubminiſtrarunt cibaria Nautis, ac ipſi Navalerio pro eorum mercede in gubernanda Navi, *Leg. huius ff. qui potior. in pignor. hab. Rot. Florent. apud Manſ. conſ.* 333. *num.* 4. *tom.* 4.

De prælatione Penſionarii.

CAP. XII.

POST penſionem Locationis privilegiatam, ut innuimus, hic recenſere fas ſit inter eoſdem Creditores privilegiatos cum prælatione etiam Penſionarium ſuper fructibus Beneficii, qui etiam hypothecam privilegiatam habet, & Creditoribus etiam anterioribus prefertur *Garzias de Benefic. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 206. ſi penſio impoſita ſit de tempore aſſecutionis Beneficii, *Salgad. labyr. credit. par.* 1. *cap.* 42. quod ſi plures penſiones ſint reſervatæ diverſo tempore prefertur ille, qui magis antiquam penſionem habet. *Tondut. de penſ. cap.* 21.

De Dote.

CAP. XIII.

REipublicæ intereſt dotes mulierum conſervari, ita reſpondet *Pomponius in Leg.* 1. *ff ſolut. matrimon.* Adeo quod pro dote in ambiguis eſſe reſpondendum ait *Text. in Leg. in ambiguis ff. de regul. iur.* hinc quamplurimis ipſam inniti privilegiis, & prælatione fulciri ſancitum eſt, quæ Dotis privilegia competunt tum Doti profectitiæ, tum adventitiæ, & prout latius in tractatu de Dote videre eſt.

De Dotis interim prælatione eſt inquirendum, quod multiplici diſtinctionum ſerie obruitur, nam vel agitur de repetitione Dotis, vergente Marito ad inopiam, quæ proprie aſſecuratio eſt (1), vel agitur de concurſu Creditorum, exiſtentibus rebus propriis, & dotalibus ipſius Uxoris, & de hoc perpendendus eſt (2), vel agitur in genere de Dotis prælatione, etiam extra hos caſus, & de hoc nimirum, an, & quando Dotis prælatio competat excutiendum ſuſcipimus. Hac in re tali pacto diſtinguendum eſt; vel Dos cum Fiſco concurrit, vel cum aliis. Si cum Fiſco Dos concurrat, vel cum alio æque privilegiato, vel cum alia Dote, tunc tamquam inter æque privilegiatos, conquaſſatis privilegiis, intrat regula generalis *cap. qui prior &c.* perinde ac ſi inter duos privatos ageretur, ut in (3), & hoc procedit ſive Dos habeat hypothecam expreſſam, ſive tacitam, at ſi concurrat ſuper Patrimonio Mercatoris decocti videnda ſunt ea, quæ iam diximus iuxta Statutum Florentinum &c. Si concurrat cum aliis Hypothecariis, vel eſt anterior, & præfertur aliis omnibus non privilegiatis ex dicta regula, qui prior in tempore &c. tum etiam privilegiatis poſterioribus; vel eſt poſterior, & rurſus ſubdiſtinctione res indiget; vel hypotheca Dotis eſt tacita, vel expreſſa, ſi eſt tacita præfertur aliis omnibus Mariti creditoribus, quamvis anterioribus tacitam hypothecam habentibus, ex privilegio ſpeciali, ut in *Leg. aſſiduis Cod. qui potior. in pignor. habeantur*, *Faber in Cod. Foren. definit.* 76. *lib.* 8. quinimmo eadem tacita Dotis hypotheca præfertur expreſſæ hypothecæ poſteriori aliorum Creditorum, *Faber. loc. cit. Rot. dec.* 328. *n.* 26. *par.* 5. *rec.*

Vel Dos expreſſam habet hypothcam, & non præfertur aliis Creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, atque hæc communis eſt opinio, *Rot. dec.* 150. *n.* 3. *par.* 7. *& dec.* 80. *n.* 4. *par.* 3. *rec.* Si

Si vero Dos eſt in gradu æquali cum aliis Creditoribus, fingite eiuſdem diei, tunc ſi concurrat cum aliis non privilegiatis, regulariter præfertur ad *Text. in §. 1. auth. ut exactione instante Grat. diſcept. for. cap.* 935. vel concurrit cum privilegiatis eodem pacto, nec dignoſcitur quis eorum ſit prior, & ideo denegatur ipſis ſolitum privilegium, & ad Ius Commune recurritur, ita *Merlin. de pignorib. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 62. *num.* 1. ut ſupra innuimus.

(1) *Rot. dec.* 292. *n.* 2. *par.* 1. *rec.* (2) *Leg. in rebus Cod de iur. dot.* (3) *Leg. aſſiduis Cod. qui pot. in pign. habeant. & in auth. ſi quis Cod. eod. Rodriguez. de concurſ. credit. artic.* 1. *poſt n.* 17. *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1652.

NOTÆ.

Hypotheca Tacita pro Dote præfertur Creditoribus anterioribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus in bonis poſtea quæſitis per Maritum, & alium obligatum pro Dote ad inſtar Fiſci, *Cancer. variar. reſol. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 2. *Rot. dec.* 328. *n.* 19 *& ſeqq. par.* 5. *rec. & dec.* 7. *n.* 5. *&* 6. *par.* 12. ſi vero concurrat cum alia Dote procedit regula iam tradita = qui prior &c. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 63. *per tot. Carleval. de iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *qu* 63.

De Mutuante ad rem conſervandam.

CAP. XIV.

MUtuans ad rem conſervandam habet tacitam hypothecam non ſuper omnibus rebus debitoris, ſed ſuper re conſervata (1), & pariter prælationem habet (2).

Si quis itaque Debitori ad neceſſariam rei conſervationem prius alteri obligatæ mutuaverit, ex Privilegio potior erit Mutuans, quamvis ſit poſterior (3), tum quia huius Creditoris pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam, propter ſumptus illos neceſſarios huius poſterioris Creditoris pecunia factos, quos conſtat omnes cauſam præcedere (4); tum quia qui ſua pecunia fecit, ut rei obbligatæ pignus, ſalvum integrumque ſit Creditori non tam Domini rei cauſa, quam ipſius Creditoris gratia pecuniam dediſſe videtur, ut ſumptus illi neceſſarii fierent, ideoque ipſam precedit, ut animadvertit Paulus (5), ex quibus late infert ad plures caſus ſimiles (6), ubi quoque recenſet neceſſaria requiſita ad eamdem prælationem aſſequendam.

An autem, & quomodo Mutuans ad rem conſervandam præferatur omnibus aliis hypothecis etiam anterioribus, & ex-

 preſſis

preſſis de his aliiſque, & quoad Dotem appoſite ad rem vidend. (7).

Is quoque, qui pecuniam mutuavit, ut Domum, vel rem aliquam compararet, præfertur in ea re empta antiquioribus omnibus Creditoribus, quibus bona præſentia, & futura obligata erant (8), quod tamen ſic erit admittendum, ſi hoc ſpecialiter agatur, ut res illa emenda ſit pignori, & hypothecæ ſuppoſita Mutuanti, donec pecunia fuerit reddita, teſtatur id communiorem eſſe opinionem (9).

Atque hæc veritate nituntur, dummodo non ex intervallo ſpecialis intervenerit hypotheca ob ius anterioribus acquiſitum (10).

(1) *Leg.* 1 *ff. quib. cauſ. pign. vel hypot. tacite contrahatur* (2) *Leg. interdum* 5 *ff. qui potior. in pignor.* (3) *dict. Leg. interdum* (4) *Leg. quod privilegium* 8. *ff. depoſiti* (5) *Leg. creditor ff. ſi certum petatur* (6) *Marzimed. examinat.* 11. *per tot.* (7) *Sabell. in ſumm. §. mutuum n* 7. *uſque ad* 8. (8) *Ludoviſ. dec. Peruſin.* 45. *n.* 19. (9) *Covarruv. lib.* 1. *variar. cap.* 7. *n.* 2. *Guttier. alleg.* 5. (10) *Text. in Leg. licet verb. ſtatim ubi Sicard. n.* 7. *Cod. qui potior. in pign. habeantur Merlin de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 23.

NOTÆ.

Qui dedit pecuniam pro re conſervanda, vel emenda, vel redimenda re præfertur, ſi ſpecialiter convenerit de acquirenda ſpeciali hypotheca ſuper re emenda &c. *L. licet Cod. qui potior. in pignor. hab. De Luc. de credit. diſc.* 1. *n.* 11. de quo articulo fuſe egimus ſub *tit. de empt. & vendit.* & de verſione &c. & addimus hic quod dans pecuniam quando non exprimit cauſam emendæ rei &c. ſuperfluum eſt inveſtigare, quid de pecunia actum ſit, & in quam cauſam verſa ſit, cum nulla competat prælatio pro pecunia libere data, *Morott. reſponſ.* 54. *n.* 3. *&* 4. *Capyc. Galeott. controv:* 21. *num.* 15. *lib.* 1.

Fallit tamen hoc in prædiis emptis de pecuniis pupillorum nam hi in illis præferuntur, licet de hypotheca acquirenda actum non ſit, *Leg. idemque ff. qui potior. in pignor. habeantur.*

Dicta prælatio cum potioritate competit, pro reſtauratione, vel elevatione domus, *Rot. dec.* 104. *n.* 1. *par.* 19. *rec.* ſed ut tale privilegium competat eſſe debet pecunia expreſſe data in cauſam refectionis, vel conſervationis, vel meliorationis, itaut cum pecunia credita pignoris cauſa ſalva facta ſit, vel aucta *L. interdum* 5. *& Leg. huius ff. qui potior. in pignor. hab. Marzimed. examinat.* 11. *n.* 7. nota inſuper, quod credens pecunias ad res emen-

Digitized by Google

emendas differt ab eo qui credidit pecuniam ad refectionem, quia primo caſu ut poſſit frui privilegio prælationis debet expreſſe ſibi cavere de hypotheca ſuper re, ſecus eſt in illo qui credit pecunias in refectionem, quia abſque alia reſervatione hypothecæ acquirit prælationem, *Gratian. diſceptat.* 670. *n.* 7. *&* 8. *Capyc. Galeott. d. contr.* 21. *n.* 5. *& ſeqq.* ſed quid dicendum ſi plures ſint qui pro eadem cauſa pecunias ſubminiſtraverint, vid. *Leg. privilegia* 32. *ff. de rebus auctorit. iudic. poſſid. De Luc. de credit. diſc.* 3. *n.* 3. *&* 11. *& de regal. diſc.* 12. *n.* 2. *&* 7. *Epiſcopus Rocca diſput. iur. cap.* 138. *n.* 5. *ſeqq.* & quod dictum fuit de credente pecuniam, dicendum de Artificibus, & ſubminiſtrantibus calcem, lateres, ligna &c. *Leg. huius enim* 6. *ff. qui potior. in pignor. hab. Acoſt. de privileg. creditor. regul.* 1. *ampliat.* 3. *num.* 8.

Superius firmata circa prælationem non procedunt ſi agatur de conſtrutione Navis, vel domus ex integro, ſeu ut aiunt = de novo = *Acoſt. loc. cit. n.* 6. *Pacion. de locat. et conduct. cap.* 41. *num.* 17. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *qu.* 5. *n.* 68. mutuans ſuper pignore ſi iſtud non ſufficiat non concurrit pro reſiduo cum aliis creditoribus, *De Luc. de credit. diſc.* 16. *n* 6. *&* 7

De publico Inſtrumento concurrente cum privata Scriptura.

CAP. XV.

Si hypoteca plurium creditorum apparet in publicis Inſtrumentis, vel in Scripturis trino teſte munitis, tunc pro decernenda prelatione regulariter prædicta regula generalis locum habet, qui prior in tempore potior in iure: quæve tamen intelligenda de prioritate temporis, quoad conſtitutionem hypothecæ, non vero quoad ſimplicem obligationem conſtitutam, nam ſi fuiſſet contractum ſine hypotheca, & deinde hypotheca adiecta, cum alius medio tempore contraxiſſet cum hypotheca eſſet ſecundus Creditor prior in hypotheca (1).

Si vero concurreret Inſtrumentum publicum hypotheca ſuperiori ſuffultum cum Scriptura privata anteriori pariter hypothecæ innixa præferretur Creditor ex publico Inſtrumento (2), niſi tamen Scriptura privata trino teſte eſſet munita (3), atque hoc ad fraudes vitandas, at cum recognitio ad declinationem fraudis ſufficiat, dicendum erit Scripturam privatam recognitam non minus poſſe, quam ſi trino teſte eſſet ſuffulta (4).

Leg.

(1) *Leg. creditor §. ſi prius ff. qui potior. in pignor. habeant.* (2) *Leg. ſcripturas Cod. eod.* (3) *dict. Leg. ſcripturas* (4) *Genua de ſcriptura privata lib. 1. qu. 4. n. 8. 9. & 10.*

De pluribus Concurrentibus quoad Pignus Prætorium.

CAP. XVI.

QUoties quidam prætorium, & quidam conventionale Pignus prætendunt, locum habet regula, qui prior &c. (1) quando vero petunt omnes Prætorium Pignus, vel omnes ſunt eiuſdem tituli, quia ex contractu, vel ex ultima voluntate vel ex cauſa damni infecti, & tunc omnes concurrunt ſimul, nec in eis attenditur prioritas temporis; quinimmo ſi aliquis ex his immiſſus fuerit ex primo decreto omnes cenſentur immiſſi, & ratio huiuſmodi poteſt ex eodem Textu deduci, dummodo tamen intra biennium, ſi adſunt, vel intra quadriennium ſi ſunt abſentes compareant poſt immiſſionem primi, & doceant de iure ſuo, ut videre eſt apud (4), vel ſunt diverſorum titulorum, & tunc locum habet regula qui prior &c. (5), & ita diſtinguit (6).

(1) *Leg. idem iuris ff. qui potior. in pignor. &c. Leg. ſi poſt Cod. ut in poſſeſſ. Legat.* (2) *Leg. ſi finita §. ſi plures ff. de damn. infect. & Leg. Prætor §. eius rei Cod. de Bon. auctorit. Iudic. & Leg. 1. ff. eod.* (3) *Leg. cum unus ff. eod.* (4) *Merlin. de pignorib. lib. 1. tit. 2. qu. 22. num. 14. & 15.* ubi quamplures inſunt limitationes *num. ſeqq. vidend.* (5) *Leg. ſi decreta Cod. qui potior. in pignor. &c.* (6) *Petrus Ferrar. in pract. Papienſ. in form. libel. in act. hypot. in Gloſſ. eiuſdem libelli verb. ſub ead. obligat. bonor. n. 24. pag. mihi 400.*

De eo qui prius ſolvit, quam ille cui dudum fuerat conceſſa hypotheca.

CAP. XVII.

SI ſecundus Creditor prius pecuniam numeret pro qua hypotheca fuit conſtituta, quam ille, cui antea fuerant obligata Bona Debitoris, poſterior ſecundus Creditor hypothecarius priori ante-

anteponitur (1), ea quippe ratione, quia hypotheca non antea incipit, quam pecunia fuerit numerata, aut res pro qua conſtituitur tradita, ut in (2) quamvis re vera ſecundus creditor ſit prior, & antiquior cum ei res debitoris cœperint prius eſſe obligatæ, ex illo iuris principio (3), ex quibus multa notatu digna inſert in praxi *Tyraquell. de retract. lignager.* §. 1. *Gloſſ.* 18. *num.* 82.

(1) *Leg. Titius* 4. *ff. quæ res pignori &c. Leg potior* 11. *in princ. ff. qui potior. in pign. &c. Leg. ſi diverſis* 8. *Cod. eod.* (2) *d. Leg. Titius verſ. eo temp. & dict. Leg. potior.* (3) *Text. in dict. Leg. Titius.*

De Creditore ex vi iuris offerendi.

CAP. XVIII.

Si ab initio Contractus non fuit conventum, quod res obligata poſſit vendi, vel in ſolutum accipi, datur Creditori ex vi iuris offerendi, quamvis poſteriori prælatio.

In Concurſu Hypothecariorum habent poſteriores Creditores ius offerendi, quod debetur antiquioribus, qui tamen tenentur, vel tradere poſterioribus ſuas actiones, aut ſatisfacere, & ſolvere quod eis debetur (1), & poſteriores hi Creditores ex iure offerendi antiquiores fiunt & in locum anteriorum ſuccedunt, quamvis ſpecialiter offerendo non convenerint ut in locum primi ſuccedant (2).

Eſt autem neceſſaria Ceſſio, qua obtenta ſecundus præfertur aliis Creditoribus quibus non præfertur iure proprio (3). Sed ſic operante Ceſſione, quoniam quidquid cedens, & ita Ceſſionarius poteſt ex iure quod ceſſum eſt (4).

Fundamentum iuris offerendi eſt hypotheca, a qua ſuam agnoſcit originem, & ſine qua regulariter conſiſtere non poteſt, ut probat (5). Hinc eſt quod Creditores Chirographarii regulariter privilegium non habent offerendi Creditum primo Creditori, vel habenti cauſam ab eo, ad effectum ſuccedendi in locum eius, & ita vindicandi Bona Debitoris (6). Si tum Chirographarius poſſideat, tunc poteſt quilibet alius offerre (7). In iure namque offerendi melior eſt conditio Poſſidentis, quam ipſius hypothecæ, adeo ut ſi primus, nec ſecundus Creditor poſſiderent rem hypothecatam, ſed quidem tertius, qui vellet offerre his præfertur (8). Suc-

Digitized by Google

Succedente Creditore in locum, & ius alterius, mediante iuris offerendi remedio, iſta ſubrogatio fit etiam reſpectu uſurarum ac intereſſe, ſoluto primo Creditore (9).

Plurima hic prætermittuntur quoad ius offerendi; de his autem aliiſque vidend. *Sabell. reſolut.* 21. *per tot.* ubi an, & quando, & quis, & contra quos competat ius offerendi etiam in Dote: quoad nos ſpectat ſatis liquet ex his preferri Creditorem poſteriorem anteriori ex vi iuris offerendi.

(1) *Leg.* 1. *Cod. qui potior. in pignor. &c. Leg. potior* 11. *§. fin. ff. eod. Leg. fin. Cod. de his qui in prior. credit. loc.* (2) *Bartol. in Leg. Ariſto* 3. *n.* 1. *ff. quæ res pign. obligantur* (3) *Ruin. conſ.* 145. *n.* 4. *poſt medium lib.* 4. (4) *Surd. dec.* 308. *n.* 1. *Rota dec.* 303. *n.* 7. *p.* 1. *rec.* (5) *Morott. in tract. de iur. offerend. per. Text. in Leg. cum tibi Cod. qui potior. in pign. Leg. nulla Cod. de ſolut.* (6) *Leg. cum tibi* 10. *Cod. qui potior. &c. ibique Bartol. & Salicet. Theſaur. dec.* 157. *n.* 5. (7) *Text. eſt expreſſ. in Leg. Paulus* 12. *§.* 1. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. &c.* (8) *Saliceto in Leg. cum notiſsimi §. eodem Cod. de præſcript.* 30. *annor.* (9) *Leg. ſi prior §.* 1. *ff. qui potior. in pign. &c. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 38.

NOTÆ.

Creditor poſterior hypothecarius, ſi ſolvat Creditori anteriori in eius iura ſuccedit ſine ceſſione. *Olea de ceſſion. iur. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 15.

Creditor mere perſonalis, ut Debitorem Debitoris poſſit convenire ſine ceſſione hæc requiruntur ſcilicet = primo quod in cauſam iudicati nomen eius ſit captum = ut ex *Cuiac. ad Leg.* 3. *Cod. de act. & obligat.* ſecundo ut principalis debitor ſit excuſſus, vid. *Scaccia de commerc. §.* 2. *Gloſſ.* 5. *a n.* 417. tertio ut debitor debitum fateatur vidend. *Olea de ceſſ. iur. tit.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 7

Creditor poſterior ſolvens anteriori, quando eum compellere poſſit ad cedendas actiones ſuas, & quid ſi Creditor ſit Chirographarius, *Olea dict. tit.* 4. *qu.* 1. *n.* 34.

Creditor Chirographarius ſolvens anteriori, in eius iura ſine ceſſione non ſubintrat *Olea loc. cit. n.* 15.

Subingreſſio hodie in praxi datur, & inducta cenſetur ex ſolo pacto cum Debitore inito, & aliis requiſit. vid. *Gloſs. in Leg. Ariſto ff. quæ res pignori &c. Rot. poſt Paulut. diſsert.* 56. *& in n.* 24. *dict. dec. poſt dict. diſsert. impreſs.*

De

De Privilegiatis hypothecariis diverſi temporis.

CAP. XIX.

HI quos hactenus recenſuimus a prædicta regula, qui prior ec. co pacto ſatis ſuperque expoſito excipiuntur: ſunt etiam alii perquirendi apud Doctores inferius laudandos.

Inter iſtos autem Privilegiatos hypothecarios Creditores ſi diverſi ſint temporis tunc privilegia conquaſſantur, & regula qui prior tempore potior iure inter ipſos eſt ſervanda, *Grat. diſcept. for.* 935. *n.* 37. quod quidem percipi poteſt ex pluries ſparſim dictis adeoque alias auctoritates congerere hic ſupervacaneum arbitramur.

De Hypothecariis eiuſdem temporis etiam dubii, & de eorumdem potioritate.

CAP. XX.

SI plures concurrant Creditores hypothecarii eiuſdem diei, nec conſtet quis eorum in hora, vel momento temporis ſit anterior, & ſint = fingite = Duo publica inſtrumenta, vel ſcripturæ privatæ trino teſte munitæ, aut ſimul in eodem actu fuit res ipſa omnibus obligata, nec appareat cui primo, tunc omnes agunt contra Debitorem, vel Extraneum Poſſeſſorem, & admittitur unuſquiſque æqualiter per tributum *Rot. dec.* 61. *n.* 1. *par.* 18. *rec.* ſi vero fuerit ſeparatim obligata nec appareat cui primo, tunc omnes agunt contra Debitorem, vel Extraneum Poſſeſſorem, & melior eſt conditio occupantis; aut agunt inter ſe unus contra alium, & tunc melior eſt conditio Poſſidentis, ut notatur in *Leg. ſi fundum §. ſi duo ff. de pignorib. viden. Merlin in ſuo tract. de pignorib. in concurſ. creditor. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 4. *n.* 23. *De Luc. de credit diſc.* 1. *num.* 3.

N O T Æ.

Anterioritas contrahitur etiam ex momento temporis *Gratian. cap.* 776 *n.* 38. *Merlin. de pignor. qu.* 4. *n* 2 *Andreol. contr.* 352. *n.* 2. unde inſtrumentum habens horam appoſitam præfertur

 al-

alteri eadem die confecto horam non habenti. *Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 6. n. 35. Andreol. d. contr.* & prout alibi obſervatum fuit.

Si vero plura ſint inſtrumenta eiuſdem diei abſque horæ expreſſione illud intelligitur præceſſiſſe, quod prius reperitur in protocollo notarii deſcriptum, *Andreol. d. controv. 352. n. 6.* diſſentire tamen videtur *De Luc. de credit. diſc. 9.*

De Privilegiariis.

CAP. XXI.

PRivilegiarii ſunt ii, qui ſine hypotheca privilegium exigendi habent, ita *Vinnius quæſt. iur. ſelect. cap. 4. lib. 2.* huius generis creditores recenſet *Merlin. de pignoribus lib. 4. tit. 1. qu. 36. n. 10. & ſeqq.*

His addi poſſunt Pupilli quoad bona illius qui cum Tutor non eſſet, pro Tutore ſe geſſit; & debiles illæ perſonæ, quæ enumerantur in *Leg 4. §. fin. cum ſeqq. ff. de privileg. creditor. aliæque de quibus in d. tit.* Itemque Reſpublica in bonis ſui debitoris *Leg. bonis 22. §. reſpublic. ff. eod.*

Hi ſi concurrant cum hypothecariis ante Chirographarios in ſententia ſunt admittendi: privilegiarii enim Chirographariis potiores ſunt, ut ex *Vinn. loc. cit.* in eodem loco eadem in ſententia recenſendi ſunt ii, qui pecuniam Debitori crediderunt ut ſatisfieret, & ſolveretur Creditori privilegium habenti: ſubſtituuntur enim ii in Creditoris locum, idemque privilegium ſortiuntur in iure exigendi, dummodo pecunia in id detur, atque in id accipiatur, ad *Text. in Leg. ſi ventri 8. §. fin. ff. de privileg. creditor. Leg. inter eos 19 ff. de re iudic.*

Inter ipſos Privilegiarios eiuſdem tituli licet diverſi temporis nulla prælatio eſt *Leg. privileg. 32. §. 1. ff. de reb. auct. iudic. poſſidend.* fallit tamen in duobus dotibus ut in *Leg. aſſiduis Cod. qui potior. in pignor.* fallitque etiam in Fiſco. *Leg. quod quis ff. de privileg. credit.*

Si diverſi tituli ſint eorum prærogativas, & prælationes in exatione bonorum communis Debitoris ex favore cauſæ cui innituntur non ex tempore, vel antiquitate extimandas eſſe conſtat ex *Leg. privilegia 16. ff. de privileg. credit.*

Hi igitur privilegiarii Creditores admittuntur in ſententia ut diximus niſi alter ex his diligentior fuerit in exactione, aut in obtinen-

tinenda ſententia, qui enim prior ex eis fuerit, & ob tinuerit præfertur ex *regul. Text. In Leg. inter eos 19. ff. de re iudic ibique Gloſſ.*

NOTÆ.

Creditores privilegiati debent agere ad bona, ad quæ alias. Creditores non haberent actionem, *De Luc. de credit. diſc. 127. n. 3. Salgad. in Labyr. libr. 1. cap. 9. n. 69. Molines de primogenit. lib. 4. cap. 7. ex n. 17.*

De Chirographariis.

CAP. XXII.

TAndem noviſſimi erunt Chirografarii id eſt qui citra hypothecam perſonalem tantum actionem habent *Vinn. ſelect. lib. 2. cap. 4.* Puri Chirographarii inter ſe concurrentes omnes pares ſunt, & ſi alii alios præcedant. *Leg 6. Cod. de bon. auct. iudic. poſſidend.*

Hi itaque neque ex cauſa, neque ex tempore æſtimandi, omnes ergo in tributum erunt admittendi, ita ut ſi debitor omnibus ſolvendo non ſit, omnes faciunt partes per concurſum, & ſolutio fit pro rata eius, quod cuique debetur, & bonorum, quæ extant communis debitoris (1), quod etiam procedit inter Creditores ex eodem inſtrumento venientes.

Atque hæc procedunt inter plures privilegiatos cum potioritate, habentes ſolam actionem perſonalem (2), quare ſi debitor alteri ex creditoribus Chirographariis ſolvat per gratificationem (ſecluſo dolo) non poterit alter creditor ſimilis ab illo avocare ratam ſuam (3).

(1) *Text. in L. pro debito 6. Cod. de bon. auct. iudic. poſſidend. Leg. Procuratoris 5. §. ſi plures cum Leg. ſeqq. ff. de tribut. act. & in Leg. ſi hominum 7. §. quoties ff. depoſiti Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. qu. 36. num. 1. Koppen. dec. germanic. qu. 28. Rot. dec. 61. num. 1. par. 18. rec. Anſald. de commerc. & mercat. diſc. 15.* (2) *Leg. privileg. 16. ff. de privileg. credit* (3) *Ad Text. in Leg. hæreditatem 28. ubi Accurſius ff. de donat. L. ignoti iuris Cod. revocand. bis quæ in fraud. credit. Pereira dec. Portugal. 16. num. 1. verſic. quod tamen*, atque hac in re vidend. *Petr. de Ferrar. in pract. Pap. in forma libelli in act. hypoth. in verb. ſub eadem obligat. bonor. num. 17. uſque ad 19.*

Digitized by Google

Creditores Chirographarii præferuntur Legatariis, itaut ſi æs alienum defuncti abſorbeat totam hæreditatem, legata non debeantur. *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 602. *n.* 89.

Quando præferatur Chirographarius alteri Chirographario.

CAP. XXIII.

PRæfertur Chirographarius alteri Chirographario, ſi alter ex his Chirographariis Creditoribus alios in executione præveniat, ac prius ſententiam conſequatur (1). Ex eo autem quod quis ex his miſſus fuerit in poſſeſſionem, & ex primo Decreto cauſa rei ſervandæ, aut ad eius petitionem bona debitoris fuerint ſub ſequeſtro poſita non videtur præveniſſe cauſam, & ſuam priorem feciſſe (2).

Præterea Chirographarius alteri Chirographario præfertur, quando quis ex Chirographariis Creditoribus ita prius ſibi vigilavit, ut ante alios a communi debitore exegerit, eo enim ipſo meliorem cauſam ſuam fecit (3). Prælatio denique aliquando competit etiam Chirographariis inter eoſdem Chirographarios, ad invicem quoties agatur de mercatura, & Mercatoribus, vel de diverſis negotiationibus etiam eiuſdem mercis, vel de diverſis locis ad quos diverſas negotiationes, vel loca, diverſa nonnulli ex Chirographariis crediderint: Hi enim qui vel in aliqua negotiatione tantum, vel in aliqua merce tantum, vel in aliquo loco tantum ubi crediderunt aliis Chirographariis creditoribus eiuſdem communis debitoris, ſed diverſarum negotiationum, vel diverſorum locorum præferuntur (4), quodque declarat etiam (5) idque animadvertendum authumat (6), quæ in hypotheca an idem ſibi vindicet anceps eſt quæſtio, ut ex (7).

(1) *Argum. Text. in Leg.* 2. *Cod. qui potior. &c. Leg.* 5. *Cod. ut in poſſ. legator. Leg. inter eos* 19. *ff. de re iudicat.* (2) *Cuiac. lib.* 9. *obſervat. cap.* 37. (3) *Leg. quod autem* 6. *§. ſciendum. Leg. Pupillus* 24. *ff. quæ in fraud. creditor.* (4) *ad Text. in L. Procurator.* 5 *§. ſi plures ff. de tributor. act. vidend. de Luc. de credit. diſc.* 11. *n.* 2. *& diſc.* 160. *ſub n.* 5. (5) *Rot. dec.* 242. *n.* 9. *p.* 4. *diverſor.* (6) *Berlich. praticar. obſerv. par.* 1. *concluſ.* 40. *n.* 6. (7) *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 32.

NO-

NOTÆ.

Licet creditores Chirographarii concurrant inter ſe per contributum, nihilominus ſi quis ſit Creditor defuncti, ſive ex cauſa lucrativa, ſive oneroſa in ſola actione perſonali præfertur creditoribus hæredis etiam hypothecariis, ob beneficium ſeparationis bonorum defuncti, ſuper quibus creditores hæredis non habent aliquod ius, non ſatisfactis prius creditoribus defuncti, *L.* 1. *§. ſciendum & Leg.* 2. *ff. de ſeparat. Epiſc. Rocca diſput. iur. ſelectar. t.* 1. *cap.* 57. *n.* 69. *Cavalcan. dec.* 28. *n.* 40. *&* 41. *par.* 3. *Surd. dec.* 310. *n.* 12. *& per tot.*

Nota inſuper quod ea quæ dicuntur ſupra in §. primo non procedere adverſus anteriores, vel potiores, vel ubi proceditur inter eos inter quos de antelatione agi poteſt, *Leg. inter eos ff. de re iudicat. Acoſt. de privileg. creditor. in præfat. ad regal.* 4. *n.* 27. *& ſeqq. de Luc. de credit. diſc.* 158. *n.* 6. ubi perpenditur an præventio oriatur ex ſola petitione: vidend. etiam *num.* 7. ubi aliqua etiam obſervantur, ſuper potioritate poſſeſſoris.

Plures ſocietes etiam ſub eodem nomine an diſtinguantur, & Creditores unius cum creditoribus alterius diſtinguantur ratione intereſſe *Rot. p.* 16. *rec. dec.* 46. *n.* 7. *Anſald. de com. diſc.* 11. *n.* 20. *& diſc.* 4. *n.* 1. *Sabell. in ſum. §. Mercat. n.* 17. *& §. cred. n.* 17.

Creditor ſocietatis in huius corporibus præfertur creditoribus Socii. *Rota par.* 13. *rec. dec.* 338. *num.* 4. *Anſald. de commerc. diſc.* 4. *num.* 12. *&* 13.

Et quoad Creditores unius provinciæ an ſint præferendi creditoribus anterioribus alterius provinciæ, habet locum concluſio in Creditoribus Mercatorum, qui habent plures negociationes ſeparatas in diverſis provinciis, nam extra dictum caſum non ſit diſtintio inter Creditores unius, vel alterius provinciæ, ſed attenditur ſolum inter eos prioritas, quia Creditores habent ab initio obligatam perſonam, & univerſum patrimonium debitoris, nec habuerunt reſpectum ad aliquam negociationem: *Paul. de Caſtro conſ.* 285. *n.* 3. *verſ.* nec obſtat quod ſupra *lib. primo Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 13. *num.* 9. *Rot. diverſ. dec.* 242. *num.* 8. *&* 9. *par.* 4. *late firmat Salgad. in labyr. creditor. par.* 2. *cap.* 12. 16. *& ſeqq.*

De

Digitized by Google

De Cautionibus præſtandis ab iis qui in concurſu Creditorum ſolutionem recipiunt de pretio bonorum Debitoris decocti.

CAP. XXIV.

MAteriam Cautionis præſtandæ a Creditoribus, de reſtituendo acceptam pecuniam, prioribus, & potioribus, & de concurrendo cum æqualibus ad omne mandatum; prout in formula &c. & qui hanc præciſe præſtare teneantur, nec ne breviter agere contendimus.

Quamvis de iure certum ſit Creditorem, non poſſe compelli ad recipiendam ſolutionem vinculatam, ſed eamdem liberam conſequi debere (1), hoc ſiquidem limitatur in pluribus caſibus.

Primo ubi agitur de formali concurſu, ac patrimonio debitoris iam defecti, quo caſu planum eſt dictam Cautionem præſtandam eſſe, vel ubi agitur de actione tributoria (2).

Secundo quando ſcilicet ceſſante formali decoctione, ac formali concurſu, agitur de defuncto debitore, cuius hæres cum beneficio Legis, & inventarii, bona hæreditaria diſtrahat, cauſa dimittendi creditores, in quo idem ſervandum eſſe certum eſt, ex doctrina (3).

Tertio quando extra caſum mortis civilis, aut naturalis Debitoris, ad inſtantiam ipſius Creditoris auctore Prætore bona Debitoris venduntur, atque licitator offerat pretium, non ſolvendum abſque Cautione prædicta quam Cautionem tunc Creditor vitare non poteſt (4).

Quarto quando Debitor voluntarie Tertio vendit Emptori, vel ſecundo Creditori qui pretium offerat Creditoribus anterioribus, cum dicto vinculo Cautionis, & tunc procedit regula quod Creditor non teneatur dictam oblationem recipere (5).

Quinto quando Creditor vigore Salviani interdicti, vel alio reali remedio, vel rei perſecutorio petat poſſeſſionem bonorum Debitoris qui ex beneficio iuris offerendi Creditorem dimittere velit ſub dicta condictione, & tunc procedit regula quod ad id Creditor non teneatur (6).

(1) *Arias de meſa libr.* 1. *variar. cap.* 16. *num.* 27. *& ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ.* 232. *num.* 4. *Rot. poſt Zacchiam de oblig. cameral. dec.* 227. *n.* 13. (2) *Leg. ſi procuratori* §. *fin ff. de tributor. action. Salgad. in labyr. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 1. (3) *Gloſſ. & Bartol. in Leg. fin. Cod. de iur. delib. Franc. dec.* 272. *n.* 9. *Rot.*

Rom.

Rom. deciſ. 118. *par.* 10. *recentior.* (4) *Franco* . & *Rot. loc. cit.* (5) *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *qu.* 34. *num.* 97. *Bichio dec.* 321. *num.* 28. (6) *Rot. coram Roias deciſ.* 458. & *dict. deciſ.* 118. *par.* 10. *recent.*

NOTÆ.

Cautio prædicta præſtanda eſt, ut advertit *De Luc. de iudic. diſc.* 40. *ſub n.* 75. §. *dubitandi anſam &c.* „ ibi „ ex ea ratio- = ne, quod licet ius commune non cognoverit, huiuſmodi cau- = tiones, recte tamen cognovit, ac providit ut Creditor tenea- = tur ſe probare omnibus anteriorem; cumque id videatur im- = poſſibilis iuſtificationis; hinc merito prodiit iſta Cautela &c.

Ex firmatis conſtat generice quis cavere teneatur; Sed quia omnis regula habet plerumque ſuas limitationes, hinc eſt quod etiam aliqui ex eis non teneantur aliqui caute cavere non teneantur; aliqui, cum quadam limitatione teneantur.

Primo igitur Cautionem de reſtituendo præſtare non tenetur qui fecit expenſas neceſſarias in iudicio concurſus, vel ut alii dicunt pro deliberatione, & ſubhaſtatione &c. neque Curator hæreditati iacenti deputatus ad illam defendendam, nec quilibet adminiſtrator, *Urceol. conſ. forenſ.* 119. *n.* 38. *Zacchia de ſalario qu.* 99. *n.* 3. *Gratian. diſcept. for. cap.* 277. *n.* 27. & 31 *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *n.* 1566. *Antonell. de temp. leg. lib.* 4. *cap. fin. n.* 119. *in fin.* atque ex identitate rationis eodem iure cenſentur Advocati, Procuratores, Periti, Scriptores pro eorum mercedibus, qui pro eorum honorariis, & expenſis reſpicientibus tamen iudicium univerſale concurſus, cum conſtet nullum alium Creditorem poſſe præferri *Marzimedic. dec. Sen.* 19. *n.* 22 Quoad Procuratores, Advocatos, Amanuenſes &c. Curia Florentina amplexa eſt opinionem quod debeant cavere , ſeu ut aiunt caute promittere reſtitutionem in caſu tantummodo quod bona Debitoris decocti, de quorum pretio ſatisfiunt revindicentur, ſeu evincantur iure dominii, iuxta ea quæ tradit *De Luca de feudis diſc.* 97. *ſub num.* 2. „ ibi „ Secus autem quoad Cau- = telam Emptoris pro evictione, quæ non ſolum ratione crediti, = & hypothecæ anterioris, ſed etiam ratione vindicationis iure = dominii ſequi poſſet =

Quoad mulieres tenet *De Luc. de feud. diſc.* 97. *ſub n.* 2. eas cogendas non eſſe ad præſtandam cautionem de reſtituendo, ubi ipſis dos ſolvatur, in caſibus ſemper ſupra recenſitis ex *Leg. aſſiduis Cod. qui potior. in pignor. habeantur*.

Florentiæ vigore Statuti Mercantiæ hodie = Camera del Commer-

mercio = in rubrica *dei Ceſſanti, e Fuggitivi*: ad aliud abſtringi nequit, quam cedere ſavore Emptoris iura ſua, & ad promittendum ſimpliciter reſtitutionem, abſque onere præſtandi Cautionem, vel aliam dandi cautelam, prout in terminis concurſus univerſalis &c. tenuit *Rot. Flor. in Liburnen. exaction. dotis diei* 14. *Auguſti* 1685. *& Magiſtrat. Pupillorum in cauſa Lapini, e Galletti ſub die* 19. *Iulii* 1694. *in cauſa Bondi, e Caſtelli ita referente D. Aud. Pacionio; ſub die* 6. *Auguſti* 1738. *in cauſa Morani, e Leri, e Creditori, referente Dom. Cancellario de Vincis*.

Et in terminis iudicii particularis Salviani adeſt motivum *DD. Audit. Marioni in Florentina Cautionis* 17. *Novembr.* 1651. *exiſt. in Cancelleria Supremi Magiſtratus in Filtia motivorum eiuſdem temporis tom.* 1. *a* 980. *ſub die* 14. *Ianuarii* 1622. & ita pronunciavit *Magiſtr. CC. Legum ſub die* 14. *Ianuarii* 1682. *referente D. Audit. Petro de Angelis in cauſa Caſtellucci ne Valdauſi*, & hæc videtur impreſſa in 6. *tom. Theſ. Ombr. dec.* 13. *n.* 23. *& ſeqq.*

Et in terminis Emptoris, qui emerit ea conditione, ut pretium reinveſtiretur in tot loca montium, cum appoſitione præambulæ hypothecæ favore eiuſdem Creditoris in caſu evictionis deciſum fuit a *Magiſtratu Pupillorum ſub die* 27. *Septembris* 1746. *referente D. Audit. Paperini in cauſa Papini, e Dell' Ara*, cui Deciſioni præceſſit alia *D. Cancellarii de Archis in cauſa Suſini, e Bartoli &c. diei* 18. *Decembris* 1736. ubi cum executum iam fuerit reinveſtimentum in tot locis montium; fuit demandatum quod conditio illa, ſeu ligamen de medio tolleretur, ita ut a muliere dicta loca montium libere alienari poſſent: hæc tamen opinio procedit de æquitate, *Rota noſtr. in dict. Liburnen. exactionis dotis* 14. *Auguſti* 1685. *coram Cavalcanti*, & prout ex *motivo in cauſa Baldacci, e Dazzi in Filtia Sententiarum DD. CC. LL. anni* 1682. 14. *Ianuarii ſub n.* 116. *§. & in tanto*.

Patet enim quod ſupradicta non procedunt quando agitur de dote conſpicua: *Rot. noſtr. in Florentina Cautionis de Magalottis diei* 26. *Ianuarii* 1681. *ex lib. motiv.* 117. *a* 521. *& in cauſa Ridolfi, e Poltri lib. motiv.* 117. *a* 522. *Rot. Rom. in mantiſs. ad De Luc. de credit. dec.* 21. *n.* 11. *&* 12. *repetit. cor. Caprar. dec.* 174. *n.* 11. *&* 12. *ad mater. vidend. Balducc. deciſ. & res iudicat. tit.* 4. *de dot. poſt dec.* 18. *n.* 29. *in fin. Rocca ſelectar. iuris diſput caſ.* 112. *n.* 30. *Rot. poſt Coſtantin. ad Stat. Urb. dec.* 151. *n.* 8. *Franc. dec.* 200. *ſub n.* 5. *Fontanell. dec.* 222. *in fin. Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 40. *n.* 10. *De Luc. de empt. & vendit. diſc.* 47. *ſub n.* 12. *Rot. dec.* 14. *n.* 20. *par.* 18. *rec.*

For-

Digitized by Google

Formula hic traditur Vernacula lingua Ceſſionis iurium, & Confeſſionis de recepto facienda cum Cautione reſtituendi a Creditore, cui ſolvitur de pretio bonorum Debitoris decocti.

CAP. XXV.

= COnſtituito perſonalmente avanti me Notaro infraſcritto, e
= Teſtimoni ſuddetti il Sig. NN. il quale *non vi &c. ſed*
= *ſponte &c.* con animo di ricevere l' infraſcritta ſomma, & in
= ogni miglior modo &c. cedè, e cede al ſopradetto NN. per ſe,
= e ſuoi ſtipulante, ed accettante tante delle ragioni a ſe compe-
= tenti per l' infraſcritta ſomma, tanto reali, che perſonali,
= mere, miſte, tacite, ed eſpreſſe, anomale, e convenzionali, e
= ſuoi privilegi &c. anteriorità, poziorità, ed ipoteche, *transla-*
= *tivamente, e non eſtintivamente*, e all' uno, e all' altro effetto
= di ragione cioè di difenderſi, e mantenerſi in poſſeſſo &c. e
= di agere biſognando, contro qualunque perſona, effetti, e be-
= ni obbligati, in ogni caſo di evizione, o moleſtia, ſopra tutti,
= o parte dei beni come ſopra comprati pur che tali ragioni
= cedute *non ſi poſſino mai ritorcere, direttamente, nè indiretta-*
= *mente contro detto Cedente, nè pure in concorſo ec.* quali ragioni
= detto Sig. Cedente con ſuo giuramento preſo tact. &c. diſſe,
= & aſſerì eſſere preſſo di ſe ſalve, intatte, ed illeſe, nè ad
= altri cedute, affette, nè obbligate, e per tali promeſſe, e promet-
= te, ſi obbligò, ed obbliga di mantenerle in ogni luogo, e tempo.
= E ferma ſtante detta Ceſſione il predetto NN. con parte
= del denaro &c. prezzo del ſuddetto effetto vendutoli da detto
= NN. &c. alla preſenza &c. pagò al predetto NN. in ordine
= al ſuo credito dichiarato &c. preſente &c. ricevente &c. del-
= la qual ſomma detto NN. ſi chiamò, e chiama contento, e
= ſoddisfatto &c. e ne fece, e fa ricevuta fine, e quietanza, *e*
= *ſi eſtenda il tutto, nella più ampla forma del formulario &c.*
= Quale NN. *che ha ritirato* ſi obbligò, ed obbliga &c. di rimet-
= tere, e reſtituire, *per una volta tanto prima a favore del det-*
= *to NN. compratore ſuoi Eredi, e Succeſſori in ogni caſo di evi-*
= *zione, o moleſtia di tutti, o parte degli effetti come ſopra com-*
= *prati, con più la rata di gabella, e ſpeſe &c. ed in ſecondo luo-*
= *go in caſo di ſopravvenienza di Creditori anteriori, e pozieri, e*
= *di concorrere con gl' eguali*, a condizione però che in detto ca-

= ſo di reſtituzione ſi intenda ritornato alle ſue primiere ragio-
= ni, ſenz' altra retroceſſione &c. *quæ quidem formula mutatis*
= *mutandis, inſervire poterit prout infra.*

NOTÆ.

= Si avverta relativamente alla ſuddetta formula, che queſta
= è eſteſa come ſi fa negl'atti pubblici, cioè nei Contratti, men-
= tre ſe ſi faceſſe per atto privato va detto così = Io NN. con
= animo di ricevere l' infraſçritta ſomma cedo &c. con il re-
= ſto che ſegue = con avvertire che quello il quale cede, pro-
= mette &c. in fine obblighi per l' oſſervanza delle coſe ſuddet-
= te, la mia perſona, eredi; e beni, e beni de miei eredi pre-
= ſenti, e futuri &c. e ciò ſia detto in grazia dei principianti,
= poichè ſi ſa beniſſimo che i provetti non hanno biſogno di
= queſti inſegnamenti &c. =

Explicatio Clauſularum, quæ adhibentur in hac ſpecie ad ornatum formulæ.

Actiones Anomalæ, & Conventionales dicuntur, quæ nullam certam, ac determinatam regulam iuris habent ſeu ſequuntur. *Campeg. de ſtatut. excluſiv. fœminar. qu.* 3. *num.* 11. *& de dot. poſt quæſt.* 22.

Cedere quid ſit alibi in hoc ſecundo volumine explicatum remanet.

Clauſula = *tranſlative, & non extinctive* = translativamente, e non eſtintivamente = operatur quod ceſſionarius in univerſum ius Creditoris ſuccedat, *Caſareg. de commerc. diſc.* 188. *n.* 7. atque in omnibus, & per omnia eumdem repræſentet, *Cencio de cenſib. qu.* 67. *num.* 4. neque eſt dubitandum, quod Ceſſio, quæ a contrahentibus non extinctiva, ſed translativa vocatur, non ſit vere translativa, *Carleval. de iudic diſput.* 35. *num.* 45. *Bichio dec.* 631. *n.* 13. & eo magis translativa dicenda eſt quando adſunt verba = cedè, e cede = traſferì, e traſferiſce = *Merlin. dec.* 83. *n.* 2. *Cenc de cenſib. qu.* 103. *ſub n.* 17.

Nota quod renunciatio, ſeu ceſſio extinctiva æquivalet repudiationi, *Bichio dict. dec. per tot.* & quietantiæ, & ideo facta debitori nil aliud operatur quam liberationem, *Guttierez. de gabell. qu.* 23. *n.* 36. *Guzman. de evict. qu.* 35. *n.* 100. *Amato reſol.* 37. *n.* 32. *ad mater. vid. Rot. par.* 17. *dec.* 330.

Clauſula *ad utrumque effectum* = all' uno, e all' altro effetto di ragione = oriri videtur a *Leg. Ariſto* 3. *ff. quæ res pignori, vel*

Digitized by Google

hypothec. datæ oblig. non poſſint: comprehendit facultatem „ agendi, retinendi, & excipiendi: *Urceol. conſ. for. cap. 4. n. 24. & 49. & de tranſact. q. 83. a n. 27. uſque ad 30. Rot. par. 15. rec. dec. 280. n. 8*

Clauſula „ *dummodo non retorqueantur* „ *vel ita non retorqueantur* „ *neque directe, neque indirecte* „ *nec etiam in concurſu* „ cioè men„ tre non ſi ritorchino, nè direttamente, nè indirettamente, nè „ pure in concorſo „ hæc clauſula operatur, quod Ceſſionarius non poteſt uti iuribus ceſſis contra Cedentem: iuxta *Gloſſ. fin. in L. empt C. de hæred. & act. vend. Rot. dec. 74. n. 1. par. 9. rec. & cor. Bichio dec. 77. num. 1. Alexandr. conſ. 149. num. 6. lib. 2.* tunc enim iura retorta dici poſſunt, ſi ceſſionarius exercere vellet iura ceſſa contra ipſum Cedentem, vel agere vellet contra bona ab ipſo poſſeſſa, ut ex *Rot. dict. dec.* ſecus autem, quando Ceſſionarius actionem dirigit contra bona communis Debitoris. *Franc. dec. 260. n. 4. Rot. dec. 329. n. 2. par. 10. rec. & deciſ. 344. n. 3. & 4. par. 17.* ergo clauſula hæc non compræhendit caſum, quo ab ipſo cedente inferantur moleſtiæ ſuper eadem re, cuius pretium illi ſolutum fuit, hoc enim ab omni iuſtitiæ, & æquitatis ratione prorſus abhorret. *Rot. poſt Salgad. dec. 19. n. 16.* quod ſi forte adderetur dictæ clauſulæ alia pars ſcilicet *& prout de iure* dicta reſervatio nullatenus præiudicat effectui ceſſionis, prout explicat: *Rot. dec. prædicta 344. n. 7. & 8. ad mater. vidend.*

Clauſula, ſeu reliqua pars clauſulæ, de qua ſupra „ neque directe, neque indirecte „ nè direttamente, nè indirettamente „ quia dicta verba nullum damnum inferunt cedenti, præcedenti clauſulæ, ut ex *Rot. dec. 61. n. 3. & ſeqq. par. 18. rec. ad mater. pariter vidend.* „ ibi „ quia dum non fuerit etiam expreſ„ ſa clauſula „ neque in concurſu „ prædicta verba, de ſe ſola „ non impediunt quominus Ceſſionarius concurrat in pari gra„ du cum cedente, qui non dicitur damno affici, dum a Ceſ„ ſionario accepit partem ſui crediti, ideoque verba prædicta „ „ neque directe, neque indirecte „ impediunt ſolum, ne Ceſſionarius præferatur Cedenti, non etiam quod inſimul, cum illo concurrat, *Gait. de credit. n. 1835. & 1849.* illæ ſiquidem clauſulæ &c. vel eorum effectus, ſatis explicatur, ex traditis per *De Luc. de credit. diſc. 8. n. 2.* „ ibi „ huiuſmodi cautelam adii„ ci ſolitam per Creditores, eorum iura tertio ſolventi ſuffragari „ quidem, ac operativam eſſe in concurſu æquali pro eodem „ credito, cuius pars ceſſa eſt, pars autem retenta iuxta dedu„ cta apud *Francum dec. 260.* quod ſcilicet ubi de iure iſte con-

 „ cur-

„ curſus æqualis competeret, ita ceſſaret tam directe, quando uterque veniret agendo ad bona Debitoris, vel eumdem Cedentem Poſſeſſorem moleſtare vellet „ quam etiam indirecte, quando Ceſſionarius moleſtare vellet Tertium, qui poſſet ſe retorquere contra Cedentem, cum per huiuſmodi qualificatam „ ceſſionem, ceſſet illa equalitas, quæ alias ob identitatem cauſæ, vel crediti procedere deberet inter utrumque, quando „ ambo venirent agendo „ *& n.* 17. *ſubdit*.

„ Præterea dicta clauſula, ſeu præſervativa recte per Cedentem adiecta, & per ceſſionarium acceptata obſtat ac operativa „ eſt, quando Ceſſionarius, cum iuribus ceſſis tantum agendo „ moleſtare, vel excipiendo repellere vellet ipſum Cedentem; ſecus autem ubi id ageret ex aliis diverſis iuribus anterioribus „ ex diverſa cauſa „ *Rot. par.* 11. *rec. dec.* 49. *n.* 31.

Quando Creditor ceſſionem teneatur facere contra ſe, iam vidimus, ſed ut promptior ſit in hac materia propoſitio, addimus ea quæ tradit, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 69. ſcilicet Creditor poſſeſſori offerenti creditum ceſſionem iurium etiam contra ſe facere tenetur: *Olea de ceſſion. iur. tit.* 5. *quæſt.* 2. *per tot. Franc. dec.* 206. *num.* 4. *verſ. difficultas, & ad rem dict. clauſ. Rot. dec.* 74. *n.* 1. *&c. par.* 9. *rec.*

Accollatarius non poteſt ad ſui favorem acquirere iura tranſlative propter incompatibilitatem, quod idem ſit debitor, & creditor. *Rot. dec.* 283. *n.* 8. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.*

Ceſſionarius ex cauſa lucrativa uti non poteſt iuribus ceſſis contra cedentem, *Geriſpin. conſ.* 54. *n.* 12. ex quo ceſſio quæ a Lege fit eſt neceſſaria, quæ ab homine voluntaria.

Ceſſio quæ per Creditorem neceſſario fieri debet poſſeſſori offerenti, in æquitate fundatur, & ideo eatenus tantum fieri debet quatenus & contra ipſum retorqueri non poſſit, *Geriſpin. dict. conſ. n.* 13. ideoque ut explicat *De Luc. de credit. diſc.* 4. *n.* 6. *&* 14. Creditorem teneri de æquitate facere ſolum illam Ceſſionem, quæ ſolventi prodeſſet, ipſi vero non noceret, eam ſcilicet faciendo iurium talium qualium &c. & dummodo contra Cedentem ipſum etiam in concurſu, nec agendo, nec excipiendo retorqueri poſſent, quia non tenetur quoad bona poſſeſſa, vel pro pignore ſibi obligata, æqualem facere fideiuſſorem, vel correum &c. *Text. in Leg.* 2. *Cod. de fideinſſor. Caſareg. de commerc. diſc.* 151. *num.* 16. ex quo limitatur regula quod creditor nedum fideiuſſori, vel acceſſorie obligato, verum etiam correo, aut cuilibet principaliter, & inſolidum obligato, qui pro altero, ad quem vere ſpectat negotium ſolverit, teneatur etiam

etiam contra ſe omnia iura, & actiones cedere, quando ceſſio ex neceſſitate, & non ex æquitate facienda ſit, prout ex iuribus ſupra allatis in §. *Quando*, quibus addo ad maiorem explanationem rerum præcedenter expoſitarum, *Schettin. de iur. offerend. par. 2. cap. 2. per tot. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 70. Card. De Luc. de credit. diſc. 7. Capyc. Latro dec. 32.*

Nota inſuper quod ceſſio iurium reportata ab emptore, qui Creditori ſolvit Venditori, de pretio rei emptæ non prodeſt illi, ſi moleſtetur ab aliis quando non præceſſit pactum initum cum Debitore, ac reſpective Venditore, de ſuccedendo in locum anteriorum & potiorum, quibus ſolvit: *Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec. 559. per tot. Urceol. conſ. for. cap. 4. num. 24. 49. &c.* quod quidem intelligitur quoad effectum agendi, ſed ad effectum retinendi, & excipiendi, neceſſarium non eſt illud pactum, *Leg. eum qui 18. ff qui potior. in pignor. hab. ibique laudat. Doctor. & Urceol. conſ. for. 4. num. 5.* „ ibi „ aut vero Emptor qui eſt „ in poſſeſſione prætendit ius acquiſiviſſe adverſus Creditorem „ poſteriorem, ad effectum retinendi, & hoc utique ei conce- „ ditur, quia emendo hanc intentionem habuiſſe &c. & hoc caſu „ ſufficit, quod pecuniæ pervenerint in manus Creditorum ab- „ ſque alia conventione, & iurium ceſſione. *Leg. eum qui 18. ff. qui potior. in pignor. hab.*

Clauſula „ *promiſit reſtituere pro una vice tantum in caſu evictionis ec. nec non ſupervenientiæ Creditorum anteriorum, & potiorum, & de concurrendo cum æqualibus* „ & prout in dicta formula „ prometſe, e promette di reſtituire per una volta tanto &c. in ogni „ caſo di evizione, o moleſtia, ed in ſecondo luogo in caſo di „ ſopravvenienza di Creditori anteriori, e poziori „ hanc explicat *De Luc. de credit. diſc. 53. n. 14.* „ ibi „ præſtanda eſt „ cautio in liberatione pretii rei venditæ iudiciali auctoritate de „ reſtituendo primario, ſibi in caſu evictionis, & ſecundario ante- „ rioribus, & potioribus &c. „ *Rot. dec. 118. a n. 14. uſque in fin. par. 10. rec. vidend. idem de Luc. de credito diſc. 2. ſub n. 10.* § „ Item quia communis praxis eſt, quod iſta cautio, ſeu obli- „ gatio concipiatur non ſolum, de reſtituendo prioribus, & po- „ tioribus ſed etiam de concurrendo cum æqualibus „ ideſt quando ageretur de actione tributoria.

Clauſula „ *pro quibus &c. bona omnia præſentia, & futura obligarunt* „ inducit hyppothecam expreſſam. *Bichio dec. 321. n. 3.*

Clauſula „ *ſub obligat. ſui ipſius, ſuorum bonorum, ſui hæredis, & bonorum eiuſdem hæredis &c.* „ ſotto l' obbligo di ſua perſo- „ na, e beni, ed eredi, e beni degli eredi &c. „ nota hic quod

bona

bona propria hæredis non veniunt in generali obligatione bonorum, ſive legali, ſive conventionali facta per defunctum, etiam obligando bona ſua, ſe, & hæredes, *Leg. Paulus* 29. *ff. de pignoribus*, quia hæc poſterior reſtringitur ad perſonam hæredis, non ad bona, poſſunt tamen bona expreſſe obligari, & hæres adeundo cenſetur obligationem de ſuis bonis factam ratificare, dummodo facta ſit nomine hæredis, *Neguſant. de pignor. par.* 2. *membr.* 2. *n.* 54. *Rot. par.* 3. *diverſor. dec.* 1666. *n.* 1. *ad mater. ſi agatur de hæred. beneficiato*, *Magon. dec. Florent.* 124. *Surd. dec.* 315. *per tot. ubi agit. in materia Concurſus Creditorum Franc. dec.* 53. *n.* 6. *&* *dec.* 321. *per tot. Rot. dec.* 7. *rec. n.* 1. *&* *dec.* 407. *par.* 12. *dec.* 222. *par.* 15. „ *ex quibus arguitur denegatam fuiſſe executionem contra bona hæredum &c.* & præciſe hæc poſtrema *dec.* 222. *par.* 15. *rec.* eſt magiſtralis, in qua fuit diſceptatum, an hæredis obligatio comprehendat non ſolum primos, ſed etiam ulteriores hæredes, & ſupradictis addo, *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 2. *&* 3. *per tot. Afflict. dec.* 205.

Contrahentes tamen præſumuntur non tantum ſibi ſed ſuis etiam hæredibus ſtipulari, quamvis taxative pro ſe ſtipulentur: *Rot. par.* 9. *rec. dec.* 352. *n.* 7. *&* *par.* 11. *dec.* 371. *n.* 21. quod quidem multum diſtat ab ea quæ diximus in præcedentibus, ex quibus explicata remanent.

Clauſula „ *pro quibus hæredibus, & ſucceſſoribus* „ e per i ſuoi eredi, e ſucceſſori „ quæ in contractibus ſubauditur, ſive ſpecialis hæredum fiat mentio, ſive non, *Leg. veteris Cod. de contrahend. & committend. ſtipulat. Leg. ſi pactum, ff. de probation.*

De effectibus Obligationis, ſeu Cautionis de reſtituendo ſupra recenſitæ.

CAP. XXVI.

INtrinſece de natura Sententiæ Graduatoriæ eſt, ut Creditores graduati, Emptori ſolventi, teneantur cautionem præſtare, ut iam demonſtratum fuit (1). Hinc oritur, quod pactum illud, ſeu Obligatio, ſeu Cautio operetur, quod creditor requiſitus in caſibus recenſitis, teneatur acceptam pecuniam reſtituere, & ſolutionem retardando, ſeu denegando, executive conveniri poſſit (2). Quia pecunia ſoluta Creditori in concurſu cum dicto pacto vel cum Cautione, præſumitur ſemper extare, tamquam ſpeciem de-

depoſiti, ſeu precarii (3), & ideo a DD. vocantur hæc depoſitariæ Cautiones.

(1) *Rot. poſt Zacch. de obligat. cameral. dec.* 135. *n.* 1. *et cor. Celſ. dec.* 206. *n.* 1. *& dec.* 92. *n.* 7. (2) *De Luc. de alienatione diſc.* 37. *n.* 3. *Gratian. diſcept. for. cap.* 701. 772. *num.* 6. *Rota poſt Zacch. de obligat. Cameral. dec.* 135. *n.* 1. *& cor. Celſ. deciſ.* 92. *n.* 7. *& dec.* 206. *n.* 1. *Franc. dec.* 75. *n.* 9. *Rot. poſt Merlin. dec.* 51. *num.* 4. *& dec.* 773. *n.* 9. (3). *Leg. Procuratoris* §. *final. de tributor. action. Gloſs. fin. in* §. *conſtituitur, inſtit. tit. de uſufruct.* „ *ibi* „ *& ita ſecuritas Cautionis apprehendendo, loco ſecuritatis remanebit* „ *De Luc. de credit. diſc.* 2. *num.* 8. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſul.* 5. *Gloſs.* 8. *par.* 7. *n.* 35. *& ſeqq. Salgad. in labyr. cred. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 63. 68. *&* 75. *& par.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. *Franc. dec.* 75. *n.* 9. *& dec.* 200. *n.* 4.

NOTÆ.

Quando data fuit Cautio de reſtituendo, ut ſupra non intrat ſubſidium excuſſionis in avocatione pecuniæ, *De Luc. de credit diſc.* 52. *n.* 5. *et Franc. dec.* 75. *n.* 9. *&* 635. *n.* 3. potiſſime ſi adſit clauſula *ad omne mandatum*, ex qua ſublata remanet quæcumque difficultas, ut ex *dict. De Luc. loc. cit. n.* 6.

Avocatio pecuniæ datur etiam ſine cautione, contra recipientes ab hærede beneficiato, *De Luc. de credit. diſc.* 52. *n.* 12. *et diſc.* 53. *n.* 8. ubi, cur aliquando, hoc caſu avocatio inutilis reddatur.

Quamvis denegari non poſſit Creditori hypothecario immiſſio in vim Salviani contra bona poſſeſſa a Debitore de tempore obligationis, id non obtinet quando ſecundus poſſeſſor offert primo Creditori ſolutionem, quæ tamen debet eſſe libera nec ſubiecta cautioni de reſtituendo, *Rot. dec.* 118. *n.* 14. quod fallit quando agitur inter mercatores, vel in concurſu *num.* 15. *par.* 10. *recent.*

De Bonorum Ceſſione, Concordia ec.

CAP. XXVII.

AD Complementum huius tractatus aliquid dicendum videtur de bonorum Ceſſione, ac de Concordia, quæ moratoria dicitur, vel ſpecies moratoriæ.

Ceſſio

Digitized by Google

Ceſſio bonorum eſt beneficium, ſive remedium miſerabile Debitori conceſſum pro vitandis Carceribus, *Leg.* 1. *penult. et fin. de ceſs. bonor. Tuſch. litt. C. concl.* 217. *Brun. in tract. de ceſſion. bonor, qu.* 1. *Sabel. reſol. cap.* 54. *n.* 25.

In partibus Italiæ inolevit conſuetudo, ut bonis cedens, vadat nudus in locis publicis, nateſque percutiat ſupra lapidem, vel columnam, ter clamando, cedo bonis, *Practic. Papienſ. in addit. ad formam Inquiſitionis Gloſs.* 1. *verbo ceſſerit.* quo mediante beneficio uti omnia Creditoribus bona dimittens ab eorum vexationibus liberatur: hæc tamen Florentiæ non practicatur imo prohibita eſt, *Sabell. in praxi.* §. *Debitori n.* 20. *et* §. *Falliti n.* 31. imo in tota Etruria preter quam Piſis ubi uſu recepta eſt: de iure tamen Communi, privilegium hoc fictuariis, colonis, depoſitariis, nec non doloſis non competere. *Sabell. in ſumm.* §. *debitor. n* 49. §. *Ceſſio n.* 2. *et paſſim alibi præciſe n.* 3. *verſ. in Stat. Florent.*

Quamvis non minus Clerici quam Laici debita ſolvere teneantur, ſpeciali tamen iuris privilegio, conſtat munitos eſſe Clericos, ut propter debita carcerari, *Menoch. de arbitrar. qu.* 88. *n.* 4. *et* 8. *caſ.* 183. *n.* 26. non poſſint, ſed ſi de facto non habeant unde ſolvant, ſatis eſt quod caveant, & promittant de ſolvendo: Imo nec omnia bona, quæ habent Creditoribus cedere tenentur, ſed gaudent beneficio *competentiæ*, ut non ultra quam deducta congrua ſubſtentatione facere poſsunt, conveniri valeant per *Text. et D. D. in cap. Odoardus* 3. *de ſolutionibus*: cui privilegio Clericum renunciari non poſse de communiori Sententia tenent DD. Verum ut Clericus admittatur ad huiuſmodi beneficium debet concludenter docere de paupertate, & cavere de ſolvendo ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, quæ Cautio intelligitur per pignora, vel fideiuſsores, vel ſaltem, ſi aliter non poſſit per iuratoriam, *ut Gloſſ. in dict. cap.* declarat; neque poteſt admitti poſt terminatam cauſam, & relaxatum mandatum executivum, pro debito malitioſe negato, cum opus etiam ſit confeſſione, nec ſuffragatur Clericis doloſis, qui ſcientes ſe non eſse ſolvendo, debita contraxerunt, de quibus *Ricc. collect.* 1570. *per tot. Cavaler. dec.* 514 *et Rot. poſt Oleam de ceſs. iur. dec.* 26. neque dicto privilegio gaudent ſi Creditor illorum ſit pauperior: *Gratian. diſcept. for. cap.* 799. quod procedit ſi Clerici in ludo, & luxurioſe vivendo bona ſua dilapidaverint: *Paul. Rubr. in annot. ad dec.* 192. *n.* 189. *par.* 9. *rec. Sperell. dec:* 158. *num.* 17. quid autem ſi eſsent Debitores ex cauſa penſionis reſervatæ, vel ſuſpecti de fuga, *Carol. de Craſs. de effectibus cleric. effect.* 7. *per tot.*

tot. Gratian. diſcept. cap. 222. *n.* 38. *Scannarol. de viſit. carcerat. lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *n.* 1. *ad mater. vidend. Ciarlin. contr.* 101. *per tot. Farinacc. qu.* 27. *num.* 65. *Rot. par.* 15. *rec. dec.* 207. *Rot. par.* 16. *rec. dec.* 362. *per tot.*

Quibus competat beneficium deducto ne egeat. *Salgad. in labyr. par.* 1. *cap.* 24. *De Comitib. deciſ. Florentin.* 40. *num.* 31. *& ſeqq.*

Concordia.

Ex Statuto Curiæ Mercatorum, hodie Cameræ = del Commercio = *lib.* 3. *rubr.* 2. *de ceſſantibus, & Fugitivis* §. *e nelle Concordie*, Debitori decocto, ſeu decoctioni proximo datur cum ſuis Creditoribus concordiam inire, ſi tamen omnes Concordiæ ſubſcripti fuerint, vel ſi tantum tres ex quatuor partibus, & numero, & ſummis ſubſcripti ſint, tunc Concordiæ iudicium contra renuentes inſtitui poteſt, cogendo eos ad concurrendum, quod tamen iudicium infra ſex menſes perficiendum eſt, atque interim dictis Creditoribus inhibendum eſt ne Debitorem moleſtent, nec quidquam novi contra eum faciant, ratione Crediti &c. ſed ut res clarior evadat vernacula lingua trademus preciſe diſpoſita dicti Stat. & Communis Florent. ideſt = che ſe = i Creditori ſaranno Mercanti ſervono due terzi delle Perſone, = e delle ſomme per obbligare gli altri &c. ſe non ſono Mer= canti ſervono tre quarti de Creditori che ſi ſottoſcrivino, e = tre quarti delle ſomme = & prout loc. cit.

NOTÆ.

Pluribus modis Concordiæ ineuntur. Primo quando Creditores unanimi conſenſu Debitori certam, determinatamque dilationem concedunt ut magis commode ſolvere poſſit, aut quando conveniunt eidem relaxare aliquam partem de eorum creditis, aut quando conveniunt, quod annuatim portionem quamdam ſolvat inter ipſos dividendam, iuxta proportionem crediti uniuſcuiuſque, *Salgad. in labyr. par.* 2. *cap.* 30.

Doctores certant quid pronunciandum ſit iuxta ea, quæ diſponuntur in *Leg. ſuum heredem §. hodie tamen & Leg. maiorem* 9. *ff. de pact.* & reſolvitur, quod attendi debeat concurſus Creditorum maioris ſummæ, itaque conſenſus aut diſſenſus eorumdem reſpicitur, ut aiunt, non pro numero perſonarum, ſed pro modo debiti.

Verum ſi æquale in utroque ſit creditum Iudex ſequitur auctoritatem illius, qui inter Creditores dignior eſt, & ſi æqualitas

litas ſit uniformis relate ad quaſcumque circumſtantias, res arbitrio Iudicis relinquitur. vidend. *Salgad. loc. cit.*

Concordiæ tamen adhærere non tenentur Creditores ex cauſa penſionum domus, rerum commeſtibilium, mercedis, vecturæ, ſalarii, nec qui agunt cum doloſo decoctore, vel contra negantem debitum, vel Debitorem ex delicto, ad mater. vid. *Brun. de ceſs. bonor. qu. 4. Scannarol. de viſit. carcer. lib. 3. §. 9. per tot. Caball. reſol. crim. caſ. 77. Franc. dec. 78. Iacob. de Graſſ. in tract de except. except 32 n. 13. Carocc. de except. except. fin. ex n. 33. uſq. ad n. 39. Salgad. in labyr. cap. 30. uſque ad n. 26.* & quamvis ex dictis aliqui de ceſſione bonorum loquantur optime tamen aptari poſſunt Concordiæ.

Concordia facta a maiori parte Creditorum Debitori, quando aliquibus eſt utilis, & aliis læſiva non valet quoad illos, qui concordiæ non interfuerunt, nec illam approbarunt; hoc enim caſu non procedit regula, quod maior pars minori præiudicat, *Urceol. de tranſact. qu. 85. n. 5. 6. & 11. Rot. dec. 623. num. 1. in fin. par. 3. & dec. 328. par. 4. & dec. 244. n. 27. par. 16. rec.*

Quod quidem explicatur præcipue ubi Creditores qui Concordiæ adhærent non habent fideiuſſores, & ſuperſunt alii qui fideiuſſores habent, ac propterea in eorum præiudicio non tenet quia omnium Creditorum, par eſſe debeat, & utilitas, & conditio; *Salgad. in labyr. par. 2. cap. 2. n. 83. Franc. dec. 179. num. 9. & ſeqq.*

Et in terminis, quod talis Concordia non liberet fideiuſſorem, quin valeat conveniri a Creditoribus, qui Concordiam non approbarunt, *Rodriguez. de concurſ. credit. par. 1. fol. 5. n. 41. Urceol. loc. cit. ſub n. 15.*

Pro Coronide tractatus concurſus univerſalis Creditorum addendum ſupereſt, quod quamvis eo legitime inſtructo, Creditoribus extra illud quid innovare non ſit a Lege permiſſum, attamen ubi debitor nec beneficio = *deducto ne egeat* = fruatur quoad ipſius perſonam inhibitio erit revocanda, iſque in Carcerem detrudendus: quod quidem in praxi relictum vidi arbitrio Iudicis &c. fortaſſe multa alia ad rem ſparſim alibi in hoc opere percipi poterunt, ſingula ſingulis apte referendo &c. adeoque pro ſuſcepto munere ſatis actum arbitramur &c.

Do

DE DOTE TRACTAT.

CAP. I.

AD uberiorem Iuris Civilis notionem acquirendam, de dote pertractationem ſuſcipimus, tum quia parum, aut nihil de illa agendum opportunitas ſe ſe obtulit, tum quia rerum explicandarum utilitas diſtinctam exigit explanationem, ad faciliorem earum intelligentiam, poſt prima iuris elementa in præcedentibus explicata.

Prætermiſſa ampliore dotis ſignificatione, de qua agit *Bald. novell. in ſuo tractatu de dote cap.* 1. aliique, hic de ea dote agemus, quæ mulieribus nubendis, ſeu, ut aiunt, monachandis ſolet conſtitui.

Pragmatici dotem hanc paſſim ſic definiunt = *quidquid a muliere, vel ab alio pro ea, viro traditur ad ſubſtinenda onera Matrimonii* = (1) Hanc definitionem haud germanam eſſe contendunt aliqui, ex quo potius obiectum, vel materiam dotis definiat, quam ipſum dotis Contractum, ideoque ſic definiendam eſſe putant = *Dos eſt Contractus ſocietatis, qua Uxor, aliquid Marito conferens obligat eum ad onera Matrimonialia* (2).

Quidquid tamen de harum definitionum varietate ſit: ſciendum, quod neutra recepta æque aptari poteſt tam Matrimonio Carnali, quam Spirituali (3) Hinc oritur quod ut vera dos dici poſſit, de Matrimonii validitate conſtare debeat (4), ſeu de ſolemni voto (ſi de moniali agatur). Verum habita ratione ad quamplurima Dotis privilegia, Dos etiam illa dicitur quæ mulieri viduæ debetur, ſeu ſponſæ de futuro, vel putativæ quarum reſpectu Dos deſtinata pro vera Dote habetur, ideo ſi contigerit legatum pro Dote fieri illud aptari nequeat illis mulieribus quæ celibes ſunt, ſeu quæ ſolemne votum non emiſerunt, itaut facta nominatione pro futura Sponſa, eaque moriente antequam conditio adimpleatur, cæteris ſuperſtitibus nominatis illud acquiratur.

(1) *Conſtant. Roger. de dot. cap.* 1. *n.* 1. *Campeg. de dot. qu.* 1. *n.* 2. (2) *Onatt. de contract. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 37 *ſect.* 1. *n.* 23. *Tuſch. litt. D. concl.* 717. *n.* 1. *&* 2. (3) *Everard. in loc. a matrim. carnal. ad ſpiritual. n.* 8. *Boerio dec.* 3. *n.* 14. *ad rem vid. Rot. par. prim. diverſ. dec.* 180. (4) *Bald. in Leg.* 3. *& in Leg. inceſtæ ff. de rit. nuptiar.*

De Dotis qualitate & differentia.

CAP. II. §. I.

MUltiplicem Dos patitur diviſionem, alia namque dicitur profectitia, alia adventitia: Profectitia illa eſt, quæ immediate a Patre proficiſcitur, vel ab Avo, Proavoque paterno; Adventitia, quæ a matre, vel extraneo.

Differentia, quæ inter utramque intercedit ea eſt, quod ſi dos profectitia ſit, mortua filia, de iure communi ad Patrem revertitur, ſi tamen non fuerit emancipata (1). Secus vero adventitia, quæ præſumitur donata, niſi tamen a Donante reverſio ſtipulata fuerit (2). Vario tamen iure cenſentur Dotes iuxta diverſa locorum Statuta.

(1) *Leg. pr. Leg. Dos a Patre ff. ſolut. matrim. Urceol. conſ. for. cap. 7. per tot. Chriſtineus dec. Belgic. 132. n. 14. vol. 3.* qui dicit veram eſſe propoſitionem ſi filia non fuerit emancipata, vidend. *Rot. dec. 391. n. 24. & ſeqq. par. 17. rec.* (2) *Gratian. diſcept. for. cap. 666. n 27.* & an præſumatur donata non accedente pacto reverſivo: *Merlin. dec. 112. Maſcard. de probat. concluſ. 571. per tot.*

NOTÆ.

Florentiæ Dos præmorientis Uxoris viro acquiritur, ſi filii non extent, illis vero exiſtentibus eorum favore reſervatur, ſalvo uſufructu patri quoad vixerit; verum muliere ſuperſtite, tranſeunte, ad ſecunda vota, tota Dos transfertur in ſecundum virum, nullo iure remanente filiis primi matrimonii, ut ex *Rubr.* 129. *Statut. Florent. lib. 2.* quod in hac parte derogat, *Leg. hac edictal. Cod. de ſecund. nupt. Caſtrenſ. in L. ſi ita quis §. ea Lege n. 5. de verbor. oblig & conſ. 129. lib. 1. ſub n. 2. verſ. concludo ergo Rot. Florent. libr. motiv. 115. a 177. & ſeq. & lib. 105. a 14. verſ. conſiderandum, namque per nos fuit.*

Pariterque ex dicto Statuto, vir binubæ mulieris, eidem præmorienti ſine filiis, vel filiabus, aut ex eis deſcendentibus (id eſt communibus ex dicto Matrimonio) ius tribuit lucrandi tertiam extradotalium partem, quamvis ſuperſtites extent filii primi Matrimonii, *Rota Florent. lib. motiv. 24. a 165. Raudenſ. variar. cap. 69. n. 2. lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 192. per tot. Lib. 1 Roland. qu. 30. n. 6. Sabell. reſol. 46. n. 13. Geriſpin. in adnot.* ad

ad dict. Rubr. 129. = *ubi teſtatur ſic deciſum fuiſſe a tribus Advoc. Florent. in quad. cauſ. Scoti, Petroni, & Brandi ſub die* 29. *Februarii* 1527.

Extantibus filiis primi Matrimonii Mulier in conſtituenda Dote pro ſecundo viro adhibere debet Mondualdum, adeout eo non interpoſito etiam in terminis Statuti Florentini Dos quæ in primo Matrimonio conſtituta fuit cenſeri nequit valide conſtituta, ſed novæ taxationi Iudicis arbitrio procedi debet, *Florentina Dotis* 29 *Maii* 1580. *cor. Venturini lib. motiv.* 46. *a.* 707.

§. II.

Aliæ inſuper Dotis diviſiones traduntur, ſcilicet, quod alia ſit expreſſa, alia præſumpta, alia putativa.

Expreſſa ea eſt de cuius conſtitutione conſtat, vel ex promiſſione, vel ex ſolutione.

Præſumpta, quæ a iure inducitur, veluti ſi mulier ſecundo nubat, & de ea nil actum ſit, quo caſu eamdem (excepto quod ſupra diximus) conſtitutam fuiſſe præſumitur, quæ primo viro conſtituta fuit, *Berſan. de Viduis cap* 3. *qu.* 8. quamvis Lex id non diſponat *Berſan. de Vid. cap.* 3 *qu.* 7. *n.* 2.

Putativa eſt, quæ intervenit in Matrimonio per ſe invalido, bona tamen fide contracto ſaltem ex parte Mulieris, *Bald. novell. de dot. par.* 11. *in fin.* quæ pro vera dote habenda eſt, & gaudet omnibus privilegiis veræ Dotis, *De Luc. de dot. diſc.* 101. *n.* 10. *& diſc.* 122. *n.* 2.

§. III.

Alia confeſſata, alia vera, confeſſata eſt ea quam Maritus voce vel inſtrumento aliquo confeſſus fuit ſibi numeratam fuiſſe, quamvis vere eam non receperit, vel quia habuit animum illam donandi, vel quia ſub ſpe futuræ numerationis confeſſionem, de recepto exaravit, & de ea quæritur an probet veram Dotem in præiudicium viri eiuſque hæredum, *De Luc. de credit. diſc.* 80. *n.* 12. *& in conflict. obſerv.* 44. & prout fuſius videbimus in notis.

NOTÆ.

Veniendo nunc ad ea quæ reſpiciunt Dotem confeſſatam; diſtinguendum eſt quod aut confeſſio emiſſa fuit ante contractum Matrimonium, aut eo conſtante; Utroque caſu dos confeſſata non eſt vera Dos, quia ſola viri confeſſio non probat veritatem ſolutionis Dotis in præiudicium confitentis viri, nec hæredum, niſi appareat de actuali ſolutione; Et in caſu ratificatio-

nis

nis factæ conſtante Matrimonio, dicta confeſſio dicitur facta donationis cauſa, *L. cum quis decedens §. Titia ff. de leg.* 3. *Rot. dec.* 55 *n* 1. *p.* 6. *rec.* nec eam iuramentum confirmat, quia cum ſit ſimulata iuramento non roboratur, *Clar. §. donatio qu.* 9. *num.* 3. neque refragatur proteſtatio, quod facta fuerit pro exoneratione conſcientiæ, *Bald. conſ.* 398. *lib.* 1. *& conſ.* 14. *lib.* 2. & iſte eſt caſus in quo confeſſio eſt nulla ipſo iure, cum ſit præſumptæ prohibitæ donationis.

Alter caſus eſt reſpiciens confeſſionem factam ante contractum Matrimonium, quæ eliditur ope exceptionis, ſcilicet eamdem factam fuiſſe ſub ſpe futuræ numerationis, etiam ſi agatur de muliere tranſeunte ad ſecunda vota, ad *Text. in Leg. ultim. & auth. quod loc. Cod. de dot. caut. Rot. dec.* 259. *n* 2. *par.* 6. *rec. Alexandr. conſ.* 142. *n.* 5. *vol.* 5. *Covarruvia variar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 14. *& ſinal. Gloſſa unic. par.* 1. *pag. mihi* 637. *num.* 85. *Menoch. lib.* 3. *diſp.* 12. *n.* 8 quod quidem extendi poteſt ad confeſſionem emiſſam etiam poſt Matrimonium, & quid in dubio decernendum ſit, tradit *Fontanell. loc. cit. n.* 63. qui extendit ſupradict. concluſ. etiam quando confeſſio facta ſit ſocero, *dict. Fontanell. n.* 48. *loc. cit. Buratt. dec.* 108. *n.* 4. *& dec.* 612. *n* 2.

Exceptio non numeratæ Dotis ſi Matrimonium ſolvatur intra biennium, ut per *Text. in auth. quod locum Cod de dot. caut.* competit infra annum a die ſoluti Matrimonii, iuxta diſpoſit. *Text. in Leg. ult. Cod. eod.* ſoluto autem poſt biennium uſque ad decennium competit intra tres menſes, *Boſſ. de dot. cap.* 10. *n.* 30. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 10. *Fontanell. loc. cit. num.* 79.

Regulæ ſupra conſtitutæ procedunt ubi agitur de confeſſione ſimplici, nullis veritatis adminiculis fulcita, ſecus autem illis concurrentibus, nam tunc & viro, & tertio præiudicat.

Prima, & potior coniectura eſt, ut præcedente promiſſione Dotis ſubſequatur confeſſio, *Text. eſt in Leg. in Contractibus Cod. de non numerat. pec.* & quibus limitationibus regula hæc ſubiaceat, vidend. *Mantic de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 12. *Fontanell. loc. cit. n.* 31. *Boſſ. dict. cap.* 10. *n.* 141. *Rot. dec* 24. *n.* 5. *&* 160. *n.* 1. *par.* 7. *& dec.* 342. *n.* 2. *par.* 11. *rec. Rot. apud Salgad. dec.* 22.

Secunda deducitur ex veritate aliquarum ex ſummis confeſſatis. *Mantic. tit.* 20. *n.* 141. *Boſſ. d. cap.* 10. *num* 129. *Rota dec.* 160. *par.* 7. *recent. ad rem vidend. Surd. conſ.* 489. *num.* 22. *Rot. dec.* 148. *n.* 9. *par.* 10. *rec.*

Ter-

Tertia eſt quando confeſſio facta eſt de rebus ſtabilibus æſtimatis, *Mantic. loc. cit. n* 13.

Quarta quæ oritur ex veroſimilitudine, quia ſcilicet Dotis quantitas ſit congrua, *Rot. dec.* 24. *n.* 14. *par.* 7. *rec.* quamplures aliæ coniecturæ videri poterunt penes *Mantic. dict. tit. Rot. dec.* 117. *par.* 11. *& dec.* 259. *n.* 11. *par.* 6. *rec. Gratian. diſcept. for.* 362. *n.* 20. *Rot dec.* 24. *n.* 4. *par* 7. *dec.* 426. *n.* 5. *par.* 9. *rec. Mantic. & Boſſ. loc. cit. per tot. Rot. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec.* 27. *a n.* 2. *uſque ad* 8.

Prædictis præſumptionibus præ cœteris addi poſsunt, hæc videlicet, ſi promiſſor ſit dives, probus, ac facilis exactionis, *Menocb. præſumpt* 135. *n.* 15. *lib.* 3. *Surd dec.* 105. *n.* 1. *Rot par.* 11. *rec. dec.* 41. *n.* 9. ſi creditor ſit ſollicitus, & diligens in exigendo, *Gob. conſ.* 68. *n.* 14. *Rot. cor. Merlin. dec.* 124. *n.* 19. *& in rec. dec.* 41. *num.* 9. *& dec.* 86. *n.* 7 *par.* 11. ex taciturnitate *Surd. dict. dec.* ex præſtatione alimentorum, *Urceol. dec. Florent.* 29. *n.* 14.

Multæ aliæ coniecturæ conſiderari poſſunt, regulandæ tamen a prudenti Iudicis arbitrio, ut ex *Menocb. præſumpt.* 12. *&* 13. *Tuſcb. litt. D. concl.* 748. 749. 751. 760. *Geriſpin. conſ.* 62. *num.* 18. *& ſeqq. Magon. dec. Florent.* 68. *Gratian. dec.* 103. *&* 137. *ad mater. vid. Rot. dec.* 124. *per tot. par.* 10. *rec.*

Et in puncto de viro nobili ducente uxorem ignobilem, *Rot. poſt Salgad. dec.* 22. *&* 23. *Rot. in rec par.* 12. *dec.* 296. *n.* 2. de viro diſparis conditionis ducente uxorem nobilem, vid. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit* 20. *n.* 23. *& ſeqq. Tiraquell. de nobilitat. cap.* 18. *n.* 19. *Boſſ. de dot. cap.* 8. *n.* 27. *&* 31. *Ludoviſ. dec. Peruſ.* 66. *n.* 12. *& ſeqq.*

Ex diſpoſitione *Statut. Florent. ſub Rubr.* 61. 63. *lib.* 2. æquiparatur Dos confeſſata Doti datæ, & traditæ iubetque quod non poſſit opponi ſimulationis, aut fictæ confeſſionis exceptio. *Bald. in Leg. antiqua in princ. Cod. Velleian. Saccin. conſ.* 66. *col.* 2. *lib.* 1. itaut eadem privilegia, quæ competunt doti ſolutæ competunt doti confeſſatæ, prout in terminis dicti Statuti firmat *Tuſcb. litt. S. concl.* 520. *& Rot. noſtr. lib. motivor.* 6. *a* 227. *& lib.* 14. *a* 12. *& lib.* 65. *a* 538.

Et attenta Lege anni 1550. Dos confeſſata, quatenus anterior, Fiſco præferri debet.

Ex Statut. Mercantiæ conſtat etiam quod Dotes eximuntur à concurſu, & contributione, ſive mulier agat contra bona viri decocti, ſive contra Dotis promiſſorem, cum procedat etiam favore Dotis deſtinatæ, *Magon. dec.* 86. *n.* 1. *& ſeqq. Caball.*

conſ.

conſ. 133. *n.* 27. *lib.* 2. *Rot. Florent. lib. mot.* 26. *a* 488. *lib.* 30. *a* 388. *lib.* 48. *a.* 607. *lib.* 78. *a* 119. *lib* 81. *a* 204. *lib.* 127. *a* 287. *§. his omnibus*.

Nota tamen quod *Soccin. in Leg. prima notab.* 2. *ff. ſolut. matrim* dicit ad verb. *receptæ, vel confeſſatæ dicti Stat.* intelligendum eſſe ante contract. Matrim. *& Bald. novell. de dot. part.* 10 *in princ. columna.* 10. *verſ. cogita tamen*, inquit = quod exceptio non numeratæ Dotis excluſa cenſetur, etiam in præiudicium Creditorum ſi appareat de Inſtrumento guarantigiato =

Gabellæ ſolutio ſimplex non probat Dotis ſolutionem, etiam ſi in libro Gabellæ dictum fuerit = habuit, & recepit = præcipue ſi ſolutio facta fuerit a viro, *Marzimed. dec.* 87. *per tot.* inter comitatinos tamen ſolutio Gabellæ facit probationem, id. *Marzimedic. exam.* 51. *per tot. Tuſch. ibid. relat.*

§. IV.

Alia eſt Dos æſtimata, alia inæſtimata; Æſtimata eſt quando res dotales fuerunt pro certo ac determinato pretio traditæ, ſecus vero quando in certa quadam ſpecie; quod quidem dici non poteſt de Dote, quæ in quantitate, ſeu pecunia ſoluta fuit.

NOTA.

Dos dicitur æſtimata ad venditionem, quando in traditione rei dotalis de eius pretio conventum fuit; Inæſtimata quando fundus dotalis inæſtimatus traditus fuit, cum pacto ut idem in ſpecie, ſoluto Matrimonio, reſtitui debeat: Hæc ſiquidem æſtimatio aliquando dicitur facta ad ſimplicem probationem, aliquando ad venditionem, ut ſupra dictum fuit: Ad venditionem dicitur, atque præſumitur facta quoties promittitur rei in Dotem datæ reſtitutio, ſed maritus conſtituitur debitor quantitatis perinde ac ſi res in Dotem datas emiſſet, ac pretii Debitor remaneret, *Marzimedic. exam.* 30. *cum duab. dec. ſeqq.* vel Dos promiſſa fuiſset in quantitate, & loco quantitatis pro pretio conſtituto acciperetur fundus.

Ad probationem tantum æſtimatio facta dicitur, quando idem fundus reſtituendus eſt, tamquam Dos in tali ſpecie conſtituta, ut ſupra explicatum fuit quaſi tunc æſtimatio fiat, ne fundus deterior reſtituatur, *Urceol. conſ. for. cap.* 1. *n.* 63. *Rota par.* 13. *rec. dec.* 63. *n.* 16. *Bich. dec.* 464.

Huius diſtinctionis effectus eſt, quod facta æſtimatione ad venditionem, Maritus evadit pleno iure dominus rerum dotalium,

&

Digitized by Google

& tunc ſi fundus perierit, vel in totum, vel in parte, pertinet ad eundem, *Leg.* 10. *&* 12. *ff. de iur dot.* ſecus ſi fundus dotalis inæſtimatus datus fuerit, vel ea æſtimatione, quæ emptionem non faciat, *Leg. cum poſt §. cum res ff. eod. Leg. cum inter vir. & uxor. C. eod.* quia tunc periculum, & commodum mulierem reſpicit, *L. plerumque ff. eod.* Nil obſtante quod Doctores indiſtincte aliquando dicant dominium rerum dotalium eſſe penes virum coſtante Matrimonio, eoque mortuo ad eamdem redire, nam hoc intelligendum eſt iuxta caſuum circumſtancias, & in dubio quoad plenam adminiſtrationem rerum dotalium, *Leg. in reb. ff. de iur. dot. Urceol. conſ. for. cap.* 92.

Nota inſuper quod quamvis fundus dotalis tranſierit in dominium viri, favore tamen Mulieris, ſi Maritus non reperiatur idoneus in aliis bonis ipſo iure, & in ſubſidium dictum dominium revertitur abſque ullo onere ad Uxorem, ac ſi ſemper apud illam remanſiſset, *Neguſ. de Pignor. par.* 2. *Membr.* 2. *n.* 51. *Rot. deciſ.* 167. *num.* 3. *par.* 17. *rec.* hoc enim eſt ſpeciale Dotis, ut Uxor ſuccurratur deficientibus bonis Mariti ipſo iure Dos tranſeat in eam, ne Creditores in bonis Mulieris potiores exiſtant, *Rot. dec. 666. n.* 129. *tom.* 3. *par.* 4. *rec.* Privilegia tamen hæc competunt ſolum Mulieri, & filiis eiuſdem Matrimonii, ſed non aliis, nec extraneis. *Marzimedic. dec.* 51. *per tot.*

Quando Dos partim ſoluta eſt in pecunia, partim in quantitate tota in quantitate conſiſtere præſumitur, ut ex *De Luc. de dot. diſc.* 158. *n.* 16. *Rot. dec.* 2. *n.* 2. *cor. Pamphil. dec.* 350. *n.* 25 *cor. Bichio & dec.* 231. *n.* 17. *par.* 9. *dec.* 69. *n.* 2. *par.* 15. *rec.*

Ut æſtimatio rei dotalis faciat emptionem, & venditionem requiritur, ut facta ſit pretio condigno, *Rot. dec.* 167. *num.* 2. *par.* 17. *rec.*

Pactum etiam quod Dos reſtitui debeat eo modo quo quis illam recepit non repugnat emptioni, & venditioni quam facit æſtimatio rei dotalis, *Rot. dec. dict.*

Obligatio generalis omnium bonorum Mariti favore Mulieris pro Dote excludit Dotem eſse in ſpecie, *Rot. dec.* 15. *num.* 4. *par.* 17. *& dec.* 98. *num.* 16. *par.* 18. *rec.* & in hoc caſu tranſit in dominium viri.

In dubio præſumitur in quantitate, *Rot. dec.* 20. *n* 3. *& dec.* 277. *n.* 21. *par.* 15. *dec.* 874. *n.* 3. *in fin. cor. Gerr. dec.* 80. *n.* 47. *cor. Anſald.*

Quid dicendum, quando in Contractu Matrimoniali apponuntur clauſulæ dominii translativæ, *Rot. coram Merlin. de pignor. dec.* 114. *n.* 3. *&* 4. *dec.* 152. *n.* 11. *par.* 6. *rec.*

Digitized by Google

venditionem efficiat abſque culpa lata, vel levi ipſius Mariti pereat (4). Secundo Dotem minuunt expenſæ a Marito factæ in rebus dotalibus, ſi tamen agatur de iis rebus, quæ traditæ fuerint Marito, ut ſupra obſervatum fuit citra venditionis titulum, & ſi agatur de expenſis neceſſariis pro fundi conſervatione (5), non autem pro fructuum perceptione (6), quod pariter dicendum eſt de collectis, & tributis (7). Fructus quoque Dotis Dotem augent, quando Maritus non ſubſtinuit onera Matrimonii (8).

(1) *Leg. dotis fructus ff. de iur. dot.* (2) *Onatt. tom. 2. de contract. diſp. 38. ſect. 7. n. 110.* (3) *vidend. Leg. 4. ff. de iur. dot. Leg. plerumque, & Leg. ex lapidicinis ff. de iur. dot. Leg. tali facta §. Socer Genero, & Leg. ſi quis ſtichum ff. de iur. dot. Leg. licet ſoleat ff. eod. Onat. loc. cit.* (4) *Leg. plerumque, & Leg. in rebus ff. de iur. dot.* (5) *Leg. 1. & Leg. quod dicitur ff. de impenſis in reb. dotalibus factis* (6) *Leg. ead. quod dicitur* (7) *Leg. neque ſtipendium ff eod.* (8) *Grat. diſcept. for. cap. 634. num. 16. cap. 700. n. 52. Tuſc. litt. D. concl. 738. & ſeqq.*

De evictione per dotantem præſtanda, ac de aliis Dotis tam reſtituendæ, quam conſtituendæ Cautionibus.

CAP. V.

EGimus in ſuperioribus de dominio rei dotalis ad quem, & quo caſu ſpectet; oportune nunc agendum videtur de evictione eiuſdem rei; Sciendum igitur eſt, quod quando Dos conſiſtit in quantitate, cuius loco bona inæſtimata tradita ſunt, vel eo modo quo traditio faciat emptionem, & venditionem, materia evictionis regulanda eſt ad terminos emptionis, & venditionis (cuius iure non autem Dotis bona data ſunt) conſiderato viro uti extraneo, cum vero Dos conſiſtit in ſpecie pro generali regula procedit diſtinctio an Dos incipiat a promiſſione, vel a traditione, ut primo caſu evictio præſtanda ſit, ſecus autem ſecundo (1) Quæſtio tamen hæc cum potius facti ſit, regulanda videtur iuxta circumſtantias initi contractus; in facti tamen contingentia ponderandæ ſunt diſtinctiones, an ſcilicet agatur de Patre, ac alio dotare obligato, vel de extraneo dotante ex liberalitate, & an in dotante bona, vel mala fides concurrat, & e converſo an vir ſit conſcius nec ne, vitii, quod res patitur, ſive an intret evictio, an ſupplementum eius quod intereſt.

 Quo

Quo ſpectat ad Dotantem, qui verſatur in dolo, vel mala ſide indiſtincte illum de evictione teneri certum eſt, ſive Pater ſit, ſive extraneus, ſive Dos incipiat a promiſſione, ſive a traditione (2), ſicuti de uxore bona aliena tamquam propria in cauſam Dotis aſſignante notavit (3), ceſſante tamen mala fide præſtatur evictio Dotis habentis initium a promiſſione, non autem a traditione, ſi de extraneo dotare non obligato agatur; eo tamen caſu quo dotem tradat, abſque (ut aiunt) pacto reverſivo quia tunc præſumitur eam donaſſe, & eo modo quo in donatione incipiente a traditione evictio non præſtatur (4), ideo non præſtatur in conſtitutione Dotis incipiente a traditione; cœterum ſi huiuſmodi dotans pactum reverſivum ſtipularetur utroque caſu evictionem ab eo præſtandam eſſe tenent (5). Sicuti utroque caſu eam præſtare tenetur, qui ex Legis neceſſitate dotare obſtringitur (6).

At ſi vera evictio ratione dominii, nec in totum, nec in parte ſequatur, ſed detegatur rei traditæ, vel promiſſæ onus, ſeu ſervitus, ex quibus rei dotalis diminutio, ſeu indirecta evictio oriatur, certum eſt dari contra Dotantem actionem quanto minoris, iuxta circumſtantias de quibus (7). ...

Inquirendum ſupereſt, an in caſibus, quibus evictio præſtanda eſt liceat dotatæ, vel viro regredi ad primæva iura, vel potius evictione agendum, ſed quidquid in hac ſpecie dici poſſit, hoc unum planum eſt, in caſu evictionis bonorum dotalium reviviſcere, tam viri favore, quam mulieris, primeva iura (8), quæ concluſio extenditur ad uſuras, & fructus dotales ad donaria, & lucra, etiam favore hæredum ſoluto Matrimonio, quoties tamen evictio in vita Mulieris acciderit: quæ tamen actiones, ampliationeſque reſtringuntur, & locum habent ubi viri, ſeu mulieris culpæ, aut negligentiæ, poſſet evictio adſcribi (9), vel viri tantum reſpective ſcienti qualitatem rei ſibi in Dotem traditæ, atque prævidenti periculum evictionis, & de iſta non curante (10).

His ſic præmiſſis duo iuris concluſiones exurgunt. In eo quod attinet ad Dotis reſtitutionem præcipue ſoluto Matrimonio.

Primo etenim conſtat Maritum, vel aptius dicendo eius hæredes non teneri favore viduæ Dotem petentis ſibi reſtitui, in æſtimatione abſque viri ſui dolo, aut culpa evictam (11). Secundo oritur concluſio, quod in rebus dotalibus dolo, aut culpa Mariti ſecuta evictione eidem imputari poſſit, quia tunc vidua Dotis evictæ reſtitutionem in bonis Mariti per æſtimationem conſequitur (12), nullam tamen Uxori evictionis actionem competere ſi fundum dotalem paſſa fuerit abſque iudicio evinci (13).

(1) *Leg.*

(1) *Leg. mevia 50. §. Fundus ff. ſoluto matrim. & Leg. 1. C. de iur. dot. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. Gloſs. 8. par. 14. n. 33. Rot. par. 1. rec. dec. 62. n. 10.* (2) *Surd. de alim. tit. 7. qu. 20. n. 26 Mangill. de evict. qu. 70. n. 8.* (3) *L. Ariſto ff. de donat.* (4) *Neguſant. de pignor. membr. 4. par. 2. n. 27.* (5) *Barboſ. ad Leg. 1. n. 6. Cod. de iur. dot.* (6) *Buratt. dec. 747. n. 4.* (7) *Rot. dec. 143. n. 8. par. 5. rec. Alexand. conſ. 26. lib. 4. Bich. dec. 56. Manter. dec. 13. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 57. n. 5.* (8) *Leg. qui res 98. ff. de ſolut. De Marinis dec. 156. n. 8. vol. 2. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. Gloſſ. 8. par. 14. Boſs. de dot. cap. 17. n. 13.* (9) *Capyc. contr. 33. Hodiern. ad Surd. deciſ. 266. n. 18. Altograd. conſ. 55. n. 11. lib. 1. Baid. novell. de dot. par. 12. n. 33* (10) *Buratt. dec. 745. in fin.* (11) *Leg. ſecuta 5. §. fundus æſtimatus ff. ſolut. matrim.* (12) *Leg. mævia ff. eod.* (13) *Leg. non tamen. ff. de eviction.*

Perpenſa breviter evictionis materia intuitu tantum Dotis eiuſque ſecuritatis, oportunum eſt de fideiuſſorum materia diſſerere, cum, & iſti ſecuritatem Dotis conſtituant.

Quo ſpectat ad has Cautiones duæ in iure excitantur quæſtiones, prima circa Dotium fideiuſſores quos præſtari generalis regula prohibet (14), aliquando tamen limitanda.

Secunda circa Cautionem quam Pater viri, vel alter aſcendens præſtare debeat pro Dotis conſervatione, ſive circa Donationem, quæ dicitur propter nuptias, quæ nil aliud eſt, quam cautio ipſa (15).

Prohibitio tamen ſuperius enunciata reſpicit tantummodo Cautionem Dotis conſervandæ, ac reſtituendæ a viro conſtante Matrimonio, etiamſi vir eam ſponte tradat (16), quæ tamen non procedit in Dote conſtituenda, vel de conſtituta ſolvenda (17), limitatur quoque dicta regula in pignoribus, quoniam licet pignorum, ac fideiuſſorum datio æquiparari videantur, attamen receptum eſt pignora dari poſſe, non fideiuſſores (18). Limitatur, ulterius ſoluto Matrimonio (19), ubi Pater fideiuberet pro filio (20), & ubi vir ad inopiam vergeret (21), in tertio Dotem una cum viro recipiente, ac ſe tamquam correum, & principalem debitorem obligante (22). Si fideiuſſor non ad coniugis, ſed extranei dotantis favorem ſe obligaret (23), item accedente iuramento; poſtremo ex contraria conſuetudine (24).

Verum admiſſa propoſitione, quod in vim iuramenti quæcumque ſubſtineatur fideiuſſionis conſtitutio, ſupervacaneæ videntur quæſtiones, quæ in hac materia poſſent quocumque caſu excitari, Florentiæ penitus æquidem ſublatæ ſunt, ut ex (25).

(14) *Leg.*

(14) *Leg.* 1. *&* 2. *Cod. ne fideiuſſ. dot. dent.* (15) *Harpreſt. in* §. *in omnibus* 1. *inſtit. de fideiuſſor. ex num.* 2. *Hering. de fideiuſſor. cap.* 6. *ex n.* 153. *Larrea dec.* 7. (16) *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 12. *Gloſs. unic. n.* 17. (17) *Hering. loc. cit.* (18) *idem ex n.* 42. (19) *Barboſ. in Leg. ſi cum dotem* §. *Tranſgrediamur num.* 38. (20) *Hering. ex n.* 195. *loc. cit.* (21) *Hering. ubi ſupra* (22) *Guttierez. de iuram. cap.* 21. *num.* 14. *Fontanell. clauſ.* 12. *Gloſs. unic. n* 18. (23) *Hering. loc. cit. n.* 18. *Bald. novell.* 27. *privileg.* 21. *limit.* 1. (24) *Florentiæ viget Stat. lib.* 2. *rubr.* 71. ex quo permiſſum eſt dari fideiuſſores pro dote conſervanda, & reſtituenda, illudque valere ſicut & conſuetudo valeret, *Caſtrenſ. conſ.* 15. *& conſ.* 80. *lib.* 1. *relat. a Menoch. lib.* 4. *præſump.* 190. *n.* 43. qui dicit etiam quod Florentiæ Maritus non prohibetur dare fideiuſſores, late *Tuſch litt. F. concl.* 299. *n.* 14. ubi quod quidquid de iure communi ſit, an Statutum huiuſmodi valeat, Florentini volunt ſua Statuta etiam invalida obſervari in ſuo Statu, & citat *Roman. conſ.* 392. *n.* 5. & latius idem *Tuſch. litt. F. concl.* 332. *n.* 13. *& per tot.*

An & quando Dotis ex nominibus debitorum conſtitutæ periculum, ſeu damnum Marito imputari poſſit, ſi nomina, vel perierint, vel exacta non fuerint.

CAP. VI.

IN hac ſpecie in medium redit ponderanda Dotis æſtimatæ, vel inæſtimatæ differentia iam explicata, quæ nedum in Dote ex rebus immobilibus compoſita, verum etiam ex nominibus Debitorum conſtituta recepta eſt

Priori caſu ſcilicet, quando circa nomen Debitoris æſtimatum dubitatio verſatur, videndum utrum Maritus ſciverit necne nomen pro Dote traditum inexigibile fuiſſe: porro ſi ſciverit, & illud receperit, utique ſibi imputare debet, quod nil potuerit exigere (1).

Secus autem pronunciandum eſt ſi ignoraverit, ſeu ex probabili ignorantiæ cauſa arguatur eumdem de inexigibilitate conſcium non fuiſſe, cum hoc caſu nominis periculum damno Uxoris adſcribatur, etiamſi ignorantia Mariti culpoſa detegatur, ut ex Olea (2). Marito etenim ſuccurritur ſi re ipſa lædatur, accipiendo nomen Debitoris, qui eo quomodocumque ignorante ſol-

ſolvendo non erat, nam in Dotis cauſa nulla captio admittitur, neque permittitur quemquam ex contrahentibus cum alterius iactura locupletari, neque hoc caſu prodeſt Mulieri allegare nomen Debitoris Marito fuiſſe delegatum, cui nullum onus probandi ignorantiam incumbit, atque in dubio illi favendum eſt, cum agat de damno vitando (3). Nomen Debitoris tunc æſtimatum dicitur, quando pro Dotis quantitate antea promiſſa marito aſſignatur (4), vel quando inter partes conventum eſt fuiſſe datum, & acceptum, ut æſtimatum reputari debeat, non item ſi Dos in pecunia promiſſa nominis aſſignatione ſolvatur, ad mater. vidend. (5).

In poſteriori caſu diſtinguendum eſt inter nomen præter negligentiam, dolum, aut culpam peremptum, ab eo quo ex eiuſdem negligentia, dolo, aut culpa periit: illud enim damno Mariti non imputatur, nec aliud Mulier conſequi poteſt in caſu reſtitutionis, quam ceſſionem actionum contra Debitorem (6), quod militat etiam eo caſu, quo Uxor pepigerit cum Marito, licere ſibi cum de Dotis reſtitutione agere poſſet, nomen Debitoris, nulla prævia æſtimatione pro Dote traditum, aſſumere, vel eo non exacto pecuniam numeratam tradere; nihilominus pro nomine inæſtimato, ceſſis actionibus, & abſque viri culpa, ſeu negligentia non exacto hæredes Mariti liberantur (7).

At ſi dolus vel culpa, aut negligentia Mariti inexactioni nominis æſtimati cauſam dederit, tenetur Maritus de proprio Dotem reddere, nec cedendo actiones liberatur (8), quod militat non ſolum ſi nondum nomen non fuerit exactum, verum etiam ſi debitor interim lapſus eſt facultatibus, ita ut inutilis prorſus ſit ceſſio actionum; at quando nomen non exegit, ſed adhuc exigibile eſt, in hac ſecunda Dotis ſpecie, utique audiendus eſt ſi in iudicio reſtitutionis velit actiones cedere.

Verum nominis ceſſi periculum ſub conditione ad Mulierem ſpectat (9).

Denique nomina Debitorum aſſignata Marito talia qualia eiuſdem damno ſunt (10).

(1) *Leg. permittendo §. ſi a debitore, verſ. quod ſi iam ff. de iur. dot. Olea de ceſſ. iur. tit. 5. qu* 12. *n.* 6. *Franc. dec.* 108. *n.* 2. *&* 3. (2) *Mangill. de evict. qu.* 77. *num.* 10. *Boer. dec.* 329. *n.* 3. (3) *ad mater. Acoſta de privileg. credit. reg.* 2 *ampliat.* 6. *n.* 96. *Franc. dec.* 108. (4) *Olea de ceſſ. iur. loc. cit.* (5) *Franc. cit. dec.* (6) *Leg. deducta ff. ad trebellian. Mangill. de evict. quæſt.* 77. *num.* 15. (7) *Mangill. loc. cit.* (8) *Leg. nupta §. quoties ff. ſolut. matrim. quemadmod. Dos petatur, Olea loc. cit.* (9) *Leg. promit-*

mittendo 42. §. *ſi a debitore ff. de iur. dot. Addent. ad* **Oleam** *tit. pr. qu.* 3. (10) *Rot. coram Panphil. dec.* 256. *n.* 5.

NOTÆ.

Non Longe diſtant ea quæ diximus ſupra de nominibus Debitorum in Dotem datis ab eis quæ habentur in *Leg. extraneus ff. de iur. dotium*, ex qua oritur quæſtio an, & quando maritus eiuſque hæredes ad Dotis inexactæ reſtitutionem obſtringi poſſint & tres ponit caſus, & decidit dicta Lex.

Primus eſt caſus extranei dotantis ex neceſſitate, & tunc deficientia eiuſdem ante Dotem exactam Marito imputatur.

Secundus eſt extranei dotantis ex liberalitate, & eo caſu periculum eſt Mulieris; etenim parcendum viro eſt = *qui eum non præcipitavit ad ſolutionem, qui donaret, quemve in id, quod facere poſſet ſi conveniſſet condonaret* = ut inquit dicta Lex.

Tertius denique caſus eſt quando Dos ab ipſa Muliere, vel eius Patre promittitur, tunc enim Marito non imputatur, ſi Dotem non exegerit, proindeque nec eius periculo erit, ut ex dicto Textu, idque procedit ex communi Doctorum voto relative ad Matrem, & omnes Aſcendentes, quibus eadem debetur reverentia, *Rot. Roman. cor. Molines dec.* 851. *n.* 14. *&* 15. immo & ad alias perſonas coniunctas, qui caritatis ratione a Lege ad dotandum obligantur, ut ſunt Frater &c. *De Luc. diſc.* 142. *de dot. & diſc.* 163. *n.* 5. idque de plano procedit quoties de tempore promiſſionis, vel ita brevi poſt ortam exactionis actionem dotans facultatibus defecerit, adeo ut vir de negligentia argui nequeat.

Difficultas tamen oriri ſolet ſi poſtquam dies ſolutionis ceſſit, dotans fuerit aliquo tempore idoneus, ita ut viro non negligente, Dotis exactio de facili ſequi potuiſſet, poſteaque non ſolvendo evaſerit: in hac quæſtione diſcrepant Doctores, ſunt enim qui putant hoc caſu non procedere diſpoſitionem dictæ *Legis extraneus*, quia ceſſare videtur ratio excuſandi Maritum, ſi Socerum non urxerit, nam urgeri non dicebatur, dum facultatibus idoneus commode ſolutionem explere poterat, & de hac opinione tamquam veriori, & in foro recepta teſtatur, *De Luc. de dot. diſc.* 144. *n.* 4. *Rot. Rom. dec.* 542. *ſub num.* 9. *par.* 19 *tom.* 2. *rec.*

Putant alii indiſtincte diſpoſitionem dictæ Legis locum habere non attenta mora Mariti, ſi antequam ſocer facultatibus laberetur Dotem non exegerit, quia Lex generaliter loquitur. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 1. *par.* 2. *n.* 70. *Franc. deciſ.* 424. *n.* 4.

Atta-

Attamen in hoc omnes conveniunt, quod prima opinio procedat procul dubio quando agitur de extraneo dotante ex liberalitate *Fontanell. loc. cit.* Verum admittitur etiam dicta prima opinio caſu quo Pater Dotis promiſſor idoneus ab initio ad ſolvendam Dotem, poſtea incipiat male uti ſubſtantia ſua, & Maritus negligat Dotem exigere, *Boſſ. loc. cit. Rot. dict. dec.* 542. *num.* 9.

Imo attenta etiam ſecunda opinione ea non habet locum ſi negligentia Mariti ſecuta fuerit poſt mortem Patris, & poſtea illius hæres relictus locuplex, inops factus eſt, tunc enim de negligentia tenetur Maritus *Fontanell. loc. cit.* rationem diverſitatis adſignat, *Marzimed. dec. Senen. in examin.* 36. *n.* 23.

Alia fieri ſolet quæſtio nempe ſi dotantis conditio immutata non ſit, ſed ipſe vel eius hæres ab onere reſtitutionis liberetur cedendo Mulieri actiones, de quo fuſe dictum eſt in fine præcedentis §. Contrarium tamen ſentit, *De Luc. de dot. diſc.* 71.

Nota pariter quod difficultas verſari poteſt in dignoſcendo quando Dos uno, vel altero modo initium habuerit; quoties verſemur in ambiguo, & tunc ſi non conſtat de promiſſione, & appareat de traditione, eam a traditione incepiſſe dicendum eſſe, *Burat. dec* 745. verum ſi verba ſonant in promiſſionem, ita ut actus non ſit abſolutus, ſed alium deſideret, res clara eſt, quod dicatur incipere a promiſſione, aut verba poſſunt importare traditionem, ut = dat = tradit = donat &c. = hæc ſiquidem vera traditio non eſt, ſed voluntatem tradendi exhibet, *Cavaler. dec.* 307. *n.* 2. *&* 3. verum tamen eſt, quod ſi verba hæc munita ſint clauſula conſtituti tunc concluditur vera traditio, vidend. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *par.* 14. *Cancer. variar. reſol. par.* 3. *cap.* 4. *de ſervit. n.* 28.

A quo nam tempore incipiat Hypotheca Dotis favore Viri.

CAP. VII.

DUO caſus hac in re conſiderandi ſunt. Primus eſt quoad hypothecam favore Mariti contra Mulierem, vel alium pro ea Dotem promittentem; Secundus eſt quoad hypothecam favore Mulieris in bonis Mariti pro recuperatione eiuſdem Dotis. De primo hic ſermo erit; de ſecundo in ſequenti &c.

Quoad primum dicimus hypothecam incipere a die initorum

rum Capitulorum Matrimonialium, non autem a die ſolutionis, vel ut alii volunt a die effectuati Matrimonii, ita ut ſi medio tempore Mulier, aut promiſſor Dotis alia debita contraxerint, Maritus ſit præferendus, ita *Boſſius de dot. cap. 2. n.* 108. *& ſeqq.* & ita ſervatur in praxi, ut docet *Vincentius de Franchis dec.* 677. quæ in hac materia magiſtralis eſt, & videri poteſt *De Luc. de dot. diſc. 79. per tot.* & quamvis aliter ſentiat *Neguſant. de pignorib. 4. membr. ſecund. par. n.* 79. cum aliis relatis a *De Luc. de dot. dict. diſc.* 79. communior opinio eſt hypothecam Dotis retrotrahi ad diem conventionis, licet conventio inita fuerit ante nuptias.

Quid vero dicendum, ſi promiſſio Dotis facta ſit occaſione Matrimonii prohibiti ex cauſa conſanguinitatis, ſed tamen ſub ſpe futuræ diſpenſationis, an hypotheca incipiat a die promiſſionis, vel potius diſpenſationis, & dicendum eſt etiam hoc caſu retrotractionem fieri ad tempus promiſſionis, quod verius procedit etiam quoad hypothecam tacitam, ut ex *Merlin. de pignor. & hypothec. libr. 3. q.* 74.

Ex quo tempore incipiat hypotheca Dotis favore Mulieris contra Virum eiuſque heredes pro repetitione.

CAP. VIII.

HActenus dictum eſt de hypotheca favore Mariti pro conſecutione Dotis, nunc dicendum ſupereſt de hypotheca favore Mulieris. Anceps ſiquidem hæc diſputatio eſſet ſi Doctorum opiniones ad trutinam revocare mens eſſet, at ſequendo receptiorem Practicorum Sententiam, dicimus hypothecam Mulieris in bonis Mariti adveniente reſtitutionis caſum non incipere a tempore numerationis, ſed a tempore promiſſionis ad quod retrotrahitur *Textus eſt expreſſus in Leg. 1. ff. qui potior. in pignor. habeantur* ,, ibi ,, Non utique ſolutionum obſervanda ſunt tem= pora, ſed dies contractæ obligationis = ex quibus verbis manifeſto elicitur, quod pro reſtituenda Dote in bonis Mariti incipiat, ſeu retrotrahatur ad diem promiſſionis, quam opinionem veriorem, & magis communem aſſerit *Marzimed. dec. 76. n. 6. & ſeqq. vidend. Neguſant. de pignor. 4. membr. 2. par. num. 77. Barboſ. in 3. par. lib. 1. num. 33. ff. ſolut. matrim. Coſta de retrotract. cap. 8. caſ.* 31.

Ex

Ex præmiſſis redit in medium quæſtio illa de qua iam egimus, & quæ dicturi ſumus inſervire poterunt ad clariorem præcedentium explicationem, & eſt an Mulier agere poſſit pro reſtitutione ſuarum Dotium contra Virum eiuſque hæredes &c. qui neglexit Dotem exigere, atque ex eius negligentia Mulier indotata remanſit, cum Debitor ipſius Dotis amplius non fuerit ſolvendo. Pro deciſione huius materiæ, multæ (ut iam diximus) afferuntur diſputationes, ſed regulariter in praxi tenendum videtur quod Mulier poſſit agere contra virum, qui Dotem exigere neglexit. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 46. *verſic. neque huic* ita ut obligatus remaneat Dotem illam reſtituere non minus ac ſi recepiſſet, ut inquit *Barboſ. loc. cit. n.* 35. *& Text. in Leg. vir ab eo ff. de iur. dot.* quod tamen accidere tradunt laudati Doctores, quando præcipue Maritus recuſaſſet ultro oblatam Dotem recipere, & quod uſque adhuc dictum eſt extenditur contra virum eiuſque hæredes, contra quos etiam ſufficit (admiſſo tamen quod ea quæ ſequuntur aliam quæſtionem reſpiciant) ſimplex, & minus ſolemnis confeſſio Dotis facta a viro favore Mulieris, etiam quando Dos illa, vere, & realiter non fuerit ſoluta, quod quidem non procedit, ſi agendum ſit ad repetitionem adverſus Mariti creditores, quo caſu deduci nequit ſimplex Dotis confeſſio niſi ea vallata ſit probationibus, vel ſaltem adminiculis concludentibus vere, atque realiter ſolutionem Dotis factam fuiſſe nam Dos quoad conſtitutionem, vel quoad exactionem non videtur in aliquo privilegiata, ſed cum regula generali probatoria in quacumque indifferenti materia procedit *Marzimed. dec.* 87. *per tot.*

NOTÆ.

Mulieri, cui reſtituenda Dos eſt, etiam ex iis, quæ deciſa videntur in Florentina Curia, debentur infraſcripta ſcilicet = Viduile, & Anulum Matrimoniale, ſeu ut vulgo, aiunt, = *l' Anello benedetto* = quale, ſi non adſit, debentur dictæ viduæ loco eiuſdem, ſcuta duo pro quolibet centenario Dotis ſolutæ.

Viduile reſtringitur ad unam veſtem pro tempore æſtivo, & aliam pro tempore hiemali iuxta perſonæ ſtatum, ac conditionem, atque pro prædictis omnibus, ac pro alimentis eidem viduæ competit privilegium, & hypotheca ſuper bona prædefunti viri, quam illa habet pro conſecutione ſuæ Dotis magiſtralis adeſt *Deciſio coram Dom. Neroni, e Graſſioni* 11. *Februar.* 1728. *nuper impreſſa in Theſaur. Ombroſ. tom.* 1. *dec.* 33. Quæ veſtes lugubres debentur etiam ſi mulier non dediſſet Dotem

Conti dec. Flor. 55. *pag.* 28. neć eas reſtituere tenetur etiam ſi tranſiret ad ſecunda vota *d. dec. n.* 29. atque debent de novo fieri nec reſtituuntur hæredibus viri etiam ſi ſint pretioſæ *d. dec. num.* 40. amplia ſi Mulier dictas veſtes mortuo viro de proprio feciſſet *dict. dec. num.* 36.

Quæ nam ſit Dos congrua, & ex quo tempore congruitas menſuranda ſit.

CAP. IX.

NON tam dotare, quam congrue dotare filiam tenetur Pater, ut videbimus in ſua ſede, unde merito de hac congruitate hic agimus. Duo autem caſus diſtinguendi ſunt, aut dos conſtituitur a Patre vivente, aut eo mortuo a fratribus, vel agnatis; quoad primum caſum ſcire oportet congruitatem ex pluribus deſumi circumſtantiis; primo ex facultatibus dotantis; ſecundo ex dignitate familiæ, tam dotantis, quam dotatæ; tertio ex qualitate, & conditione coniugum; quarto ex numero filiorum dotantis; quinto ex conſuetudine regionis; ſexto ex quantitate Dotis datæ a Patre aliis filiabus, de quibus omnibus ſparſim loquuntur *Text. in Leg. quæro* 6. *& Leg. cum poſt* 70. *§. Gener ff. de iur. dot.*

Cum vero dictum ſit congruitatem præcipue deſumi ex facultatibus dotantis, dubitatur an iſtæ facultates ſpectandæ ſint tempore dotationis, vel tempore mortis Patris; Verior ſententia eſt, ſpectandum eſſe tempus dotationis, ita ut licet medio tempore inter dotationem, & mortem Patris facultates paternæ auctæ ſint, nequeat tamen filia Dotis ſupplementum petere ex regula quod in obligationibus tempus contractus ſpectandum ſit *Leg. Rutilia polla* 69. *ff. de contr. empt. Ruin. conſ.* 56. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 26. *n.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 22. *n.* 10. *lib.* 5. *Manſ. conſ.* 640. *n.* 7. *& ſeqq. Rot. dec.* 195. *n.* 4. *par.* 2. *rec. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.* 35. *n.* 36.

Ulterius non poteſt filia conqueri præcipue procedendo in terminis Statuti Florentini, ex quo eidem minor Dos fuerit aſſignata, quam alteri, adeoque ex hoc capite eidem non erit permiſſum ſupplementum petere ad æqualem quantitatem conſequendam, cum in facultate Patris ſit uni filiæ Dotem maiorem, & alteri minorem conſtituere, ſufficitque quod filia, cui

mi-

minor Dos conſtituta fuit, fuerit æque bene collocata iuxta temporum, ac virorum qualitates, *Ruin. conſ.* 56. *n.* 9. 10. *&* 16. *lib.* 3. *Conſtant. loc. cit. num.* 34.

Sequitur exponendus alter caſus, quo Dos conſtitui debeat a fratribus poſt patris obitum; pariter ad terminos Statuti Florentini fœminas excludentis; quo caſu recurrendum eſt ad ea, quæ diximus in principio huius tituli relate ad Patrem, & in praxi obſervatur, quod Dos conſtitui ſoleat iuxta mores familiarum, nec certa conſtitui poteſt norma, cum id præcipue regulandum ſit iuxta facultates Dotem conſtituere debentis, & ſecundum regionis uſus, & praxim.

Frater tamen dotans de bonis paternis ſorores excluſas a Statuto dotem demandante conſtitui debere, tenetur æqualem Dotem ſororibus conſtituere, *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *n.* 33. *Boſſio de dot. cap.* 13. *num.* 26. *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 35. *n.* 35. verum cum frater daret de ſuo, non eſſet prohibendus de bonis ſuis aliquam liberalitatem exercere, *De Luc. de dot. diſc.* 26. *num.* 5.

Hic oportune querendum videtur an ſoror petere poſſit integram Dotem ab uno ex fratribus hæredibus Patris, vel pro rata omnes convenire debeat.

Plane verius eſt a ſingulis pro rata eam petere oportere, regula enim iuris eſt, quod hæres non reprehefentat defunctum niſi pro rata hæreditaria, *Leg.* 1. *Cod. ſi certum petatur*, *& Leg.* 2. *de hæreditariis action.* fallit tamen hæc regula, ſi agatur de debitis in ſpecie, & in corporibus, hæc enim peti debent ab eo hærede, qui poſſidet, quive ſolus habet facultatem præſtandi; item fallit in debitis hypothecariis pro quibus etiam unus hæres conveniri poteſt, ſi bona poſſideat æquantia debitum, quia hypotheca rem afficit, & non perſonam, *Leg.* 1. *Cod. ſi unus ex pluribus hæredib.* & quia eſt ius individuum *Leg. rem hæreditariam* 65. *ff. de evict. & Leg. moſchis* 47. *& ibi gloſſ. verb. poſſeſſor. ff. de iur. Fiſci, ibique Doctores.*

De privilegiis Dotium.

CAP. X.

Privilegia Dotis enumerantur a *Bald. novell. in ſuo tractatu de Dote*, quem dividit in duodecim partes, & in ſingulis refert,

&

& explicat plura, ex dictis privilegiis; nos vero ad rei noſtræ oportunitatem unum, vel alterum recenſere magis oportunum conabimur.

Primum etenim, & præcipuum privilegium eſt quod ſimplex promiſſio Dotis actionem parit, ad *Text. in Leg. penultim. Cod. de dot. promiſſ.* licet iuxta regulas iuris communis ex nudo & ſimplici pacto actio non oriatur.

Aliud privilegium Dotis eſt, quod promiſſio valet etiam non expreſſa cauſa Dotis, *Leg. quod dotis 24. ff. de iur. dot.* hinc ergo ſciendum iure communi promiſſionem, ſeu confeſſionem debiti, non expreſſa cauſa debendi, non valere, *Leg. 2. §. circa ff. de doli exceptione*, adeoque hoc fallit in Dote, in qua etiam ſimplex promiſſio vaga, & incerta, vel collata in arbitrium Tertii, vel promittentis, & ſine expreſſione cauſæ, *Leg. 2. Cod. de iur. dot. ibique Gloſſ. De Luc. de dot. diſc. 151. n. 8. Florentina Promiſſionis per Epiſtol. diei* 8. *Octobris* 1699. *in Theſaur. Ombroſ. dec.* 41. *t.* 3. maxime ſi fiat a perſonis quæ vel iure, vel in ſubſidium & ex pietate dotare tenentur, ut ſunt Pater, Mater, Fratres, aliique *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 12. n. 15. verſ. ſecundo extenditur et in fratre Bottiglier. de ſucceſſion. theorem. 29. num.* 10. de quibus in ſua Sede fuſius agemus; multo magis ſi præceſſerit matrimonii tractatum, tunc enim, promiſſio etiam non cauſata valet ex ſubiecta materia etiam ſi agatur de perſonis extraneis vidend. *Mantic. loc. cit. n. 15.*

Aliud denique Dotis privilegium eſt tacita hypotheca tam favore Mariti Dotem exigere, tam a Muliere, quam ab alio quocumque promiſſore, quam favore Uxoris Dotem repetere volentis, ſoluto Matrimonio, ut colligitur ex *Text. in Leg. unic. §. et ut plenius Cod. de rei Uxoriæ actione et §. fuerat inſtit. de action.* differentia tamen eſt, quod hypotheca Uxori competit cum prælatione, Marito autem ſine, rationemque differentia reddit *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. Gloſſ. 2. num. 6.* ubi ait, quod Maritus ſibi cavere poteſt acceptis fideiuſſoribus a promittente, non autem Uxor a Marito.

Dicitur tacita hæc hypotheca, quia manat ex diſpoſitione Legis, citra quodvis pactum, ut ſæpe in iure accidit.

Dubitatur tamen an Mulier paciſcendo de hypotheca expreſſa tacitæ renunciare videatur iuxta regulam, quod proviſio hominis ceſſare facit proviſionem Legis, *Leg Maritum C. de Procur.*

Verum deciſio hæc eſt, aut Mulier ſibi providet de hypotheca expreſſa generali, vel ſpeciali, ſi de hypotheca generali inutilis manet hypotheca generalis tacita, & ideo ceſſat excepto

caſu,

caſu, quo per accidens utilior eſſet hypotheca tacita quam expreſſa, tunc enim eidem renunciaſſe non videtur, cum in damnum noſtrum verti nequeat, quod ad commodum introductum eſt, *Leg. nulla* 24. *ff. de Legib.* caſus autem in quibus utilior eſſe poſſit hypotheca generalis tacita recenſent, *Fontanell. loc. cit. n.* 15. *Neguſant. de pignorib.* 4. *membr.* 2. *par: num.* 84. ſi vero Mulier ſibi cavit de hypotheca ſpeciali non ceſſat hypotheca tacita generalis, *Leg.* 2. *Cod. de pignor.*

Ad rem quæri ſolet an tacita hypotheca pro Dotibus comprehendat tam res mobiles, quam immobiles Mariti, & adfirmative deciditur, ita tamen, ut non aliter agi poſſit hypothecaria contra res mobiles, niſi quandiu ſint penes Maritum, ſecus facta alienatione, ex notatis per *Gloſſ. in Leg. cum tabernam* 33. & obſervatur etiam in praxi, ut hypotheca rerum mobilium duret dumtaxat, quandiu ſunt in dominio Debitoris, ut præter alios docet, *Anſald. de commerc. diſc.* 83. *n.* 87. *& ſeqq.*

Obiter hic querendum putamus an hypotheca competens pro Dote, etiam pro alimentis Mulieri debitis competat, ita ut mulier agere poſſit contra tertios Poſſeſſores pro iis conſequendis.

Quidquid alii ſentiant ex *Neguſant. de pign. in* 4. *membr.* 2. *par. n.* 46. magis receptum eſt pro alimentis hypothecam non competere hoc caſu, quia hypotheca legalis non habet locum niſi in caſibus a iure expreſſis, *Gloſſ. in L. fin. in fin. ff. de privil. creditor. vidend. Marzimed. dec.* 75. *n.* 5. *& ſeqq.* Lubet hic quaſi quod oportunum videatur diſquirere an Mulier in anno luctus prætendere poſſit alimenta ab hæredibus viri defuncti, *ad mater. vid Surd. de alim. tit.* 2. *qu.* 44. *per tot.*

Verum in praxi ita diſtingui ſolet: aut agitur de Muliere dotata, aut indotata. Primo caſu certum eſt hæredes pro anno luctus teneri eam alere, quia vidua cenſetur adhuc in Matrimonio, tum etiam quia onus alendi provenit ex Dote.

Attamen verum eſt, quod pro tali tempore hæredes lucrantur fructus Dotis, qui tamen ſi ad alimoniam non ſufficiant, tenentur de proprio ſupplere, etſi ſuperſint eorum lucro cedunt, nec obſtat, quod hæredes finito anno teneantur reddere Dotem cum fructibus, cum id procedat in Dote conſiſtente in rebus mobilibus; nam immobilia ſtatim reddenda ſunt, & id procedit ſi præſtita non fuerint alimenta, quod ſi hæredes eligant ſtatim reddere Dotem etiam rerum mobilium, tunc non tenentur alere.

Si vero agatur de uxore indotata receptior opinio eſt Mulierem pro anno luctus alendam eſſe, ne cum dedecore Mariti men-

mendicare cogatur, nec obſtat quod mulier inops ſuccedat in quartam bonorum Mariti divitis defuncti, ut in *auth. præterea Cod. unde vir, & uxor*.

Limitatur tamen hoc, ſi Mulier habeat Patrem divitem, vel ſi habeat aliunde vivere, nam obligatio hæredum manat ex æquitate; obligatio autem legalis alimentorum ceſſat quoties etiam alendus de ſua induſtria vivere poteſt, ad *Text. in Leg. ſi quis a liberis 5. §. deinde & §. alimenta ff. de liber. agnoſ.*

Iure vero ſtatutario multis in locis receditur ab hoc Romanorum,

---

Quid ſit Pactum Dotale ad normam Statuti Florentini Rubr. 58. lib. 2.

CAP. XI.

Pactum Dotale appoſitum in Apocis Matrimonialibus iuxta Statutum noſtrum Florentinum, ac iuxta ſtylum Curiæ noſtræ operatur quod Mulier propria auctoritate poteſt poſſeſſionem bonorum Viri ſecuto illius obitu capere, facitque fructus ſuos abſque periculo ſui Crediti Dotalis ob imputationem talium fructuum in ſortem.

Ad effectum, ut hæres Mulieris iuvari poſſit beneficio, *Leg. in reb. Cod. de iur. dot.* neceſſe eſt quod ipſa Mulier aliquo modo voluntatem ſuam declaraverit fruendi prædicto beneficio, *Florent. Prætenſæ Immiſſionis 18. Auguſti 1742. cor. Paperini*.

Si fructus percepti ſint minus quatuor pro centenario, tenutarius non poteſt petere ſupplementum, quia per Statutum conceduntur ſuper bonis in tenutam datis taxative, *Rot. noſtra lib. motiv. diei 3. Decembr. 1548. lib. 11. a 239. Adden. ad Dec. conſ. 182. Caſtrenſ. conſ. 338. lib. 1. Geriſpin. ad rubr. 58. Statut. Florent. lib. 2. verſ. vide autem, Scurt. ibid ſi fructus percepti ſint minus verſ. uxor quæ tenutam, Neguſant. de pignorib. & hypothec. membr. 2. par. 3. n. 19. verſ. ſi tamen*.

Tenuta operatur in vim Statuti, ut Poſſeſſor lucretur fructus bonorum in quibus tenutam fecit, ſi ergo iſta quinque, vel quatuor pro centenario debentur loco fructuum bonorum in quibus adepta fuit poſſeſſio, ſequitur inde, quod ſi bona tenutata ſint penitus infructifera nulli fructus debentur, *Florentina Liquidationis Fructuum 1735. coram Pellegrini §. tenuta enim*.

In quæſtione an Mulieri tenutariæ præter alimenta habita a filiis

filiis debeantur fructus Dotis; relatis quinque diverſis Rotæ noſtræ opinionibus cæteriſque reiectis illa ſequitur quæ diſtinguit, quod nempe in pinguiori, & opulento filiorum patrimonio Mater tenutaria utrumque conſequi poſſit, fructus ſcilicet, & alimenta, ſi cum filiis cohabitaverit; in exiguo autem fructus tenutarii cum alimentis ab ea perceptis compenſandi ſint, vide *motiv. ex lib. motiv.* 128. *a* 527. *ad mat. in Leg ſi ſervus plurium* §. 1. *ff. de legat.* 1. *Florentin. Primogenitur. de Dragomannis* 9. *Septembris* 1730.

De dotis aſſecuratione ob vergentiam viri ad inopiam.

CAP. XII.

Viro vel fortuito, vel ob culpam ad inopiam vergente, adhuc conſtante Matrimonio, conceditur mulieri in bonis viri aſſecuratio, ſive reſtitutio Dotis, quæ decerni poteſt, tam pro Dote, quam pro appenditiis, ad effectum non ſolum tuendi ſortem, quam ut interim & ſe, filios virumque alere valeat. *L. ſi conſtante ff. ſolut. Matrim. L. ubi adhuc C. de iur. dot. &* §. *illud quoque auth. de æqualit. dot.* animadvertendo, quod etiam ſi vir ſufficientia poſſideat bona ad Dotis reintegrationem, & ad ſuſtinenda onera Matrimonii etiam deducto ære alieno, adhuc uxor admittitur ad exactionem Dotis ubi Maritus cœperit male verſari in re ſua, *Eſcobar. de ratiocin. par.* 2. *comput.* 18. *n.* 10.

Ius hoc Mulieris perſonale eſt nec extenditur ad filios, quando etiam eis debeatur Dotis lucrum poſt obitum Patris ac Matris reſpective, nam quando ſubeſſet timor dilapidationis tunc Iudicis arbitrio eorumdem intereſſe providendum foret.

Aſſecurationis, ſeu repetitionis iudicium, vel agendo, vel excipiendo exagitari poteſt: agendo ſcilicet cum directo contra virum inſtituitur, & tunc non eſt neceſſe quod creditores citentur cum contra Maritum tantum exequatur, *Rot. dec.* 446. *n.* 11. *coram Cavaler.* Verum cum plerumque illa deducatur excipiendo contra Creditores Mariti non eſt neceſſe quod prius precceſſerit probatio vergentiæ ad inopiam (ut requiritur in primo caſu) *Gratian. deciſ.* 194. *n.* 21, *Coſta de remed. ſubſidiar. remed.* 1. *n* 2. *Caren. reſol.* 20. *n.* 3: *&* 4. *Mangill. de ſubhaſt. qu.* 54. ex ea ratione quod ſi Mulieri datur actio, multo magis competere debeat exceptio: hinc ſequitur, quod huiuſmodi admiſſa opinione (tam-

quam veriore, & equiore) ut ex *Afflict. dec.* 213. *n.* 2. quod dicta aſſecuratio conceditur Mulieri non ſolum per viam exceptionis, & retentionis contra Creditores Mariti, ſed etiam per viam actionis contra Maritum, ad *Text. in Leg. ſi conſtante ff. ſoluta Matrimonio*. Petitio aſſecurationis per viam exceptionis propoſita contra Creditores anteriores Mariti non admittatur ad impediendam executionem, & venditionem contra bona Mariti.

Verum ut ſit locus Dotis aſſecurationi debet prius de Dote conſtare eo modo quo in tractatu de Concurſu Creditorum fuit obſervatum, & prout tradit *Magon. dec. Lucenſ.* 55. *n.* 11.

Debet inſuper Mulier probare vergentiam viri ad inopiam, animadvertendo, quod quando agitur tantum inter Coniuges ſufficit ſemiplena probatio talis vergentiæ, *Mangill. de ſubbaſt. qu.* 54. *n.* 15. *Poſt. reſol.* 26. *n.* 42. *& ſeqq.*

At ſi agatur contra Creditores Mariti, vel tertios Poſseſſores ab eo cauſam habentes requiritur vergentiæ plena probatio, *Ciarlin. controv.* 94. *n.* 10. *lib.* 1. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 55. *n.* 4. *Rot. dec.* 23. *n.* 13. *&* 14. *par.* 9. *rec.* quod quidem non eſt iudaice intelligendum, ideſt dictam probationem exactiſſimam eſse debere, cum ſat ſit probare quod Maritus incipiat labi facultatibus, & re ſua male uti abſque eo quod omnia eius bona evaſerint non ſolvendo, *Text. in §. illud quoque Auth. de æqualit. dot. Poſt. reſol.* 26. *n.* 47. *&* 48. & quando dicatur Maritus male uti ſubſtantia ſua, *Merlin. de pignor. lib.* 3. *qu.* 73. *n.* 25. *Rot. dec.* 474. *n.* 10. *par.* 14. quod quidem per teſtes probari poſse certum eſt, etiam ſi illi deponant de fama publica, & communi opinione, quod vir non habeat in bonis, quod fuerit decoctus, & quod ſi filii, vel alius eum non aleret, fame periret, *Rot. dec.* 474. *n.* 4. *ad* 10. *par.* 14. *rec.* & quomodo probetur *Gaill. obſerv.* 83. *n.* 2. *lib.* 2. *Boſſ. de dot. cap.* 19. *n.* 17. *verſ. nihilominus.*

Quando aſsecurationi locus eſt Mulier aſsecuratur nedum pro Dote, ſed etiam pro lucro Dotis, & donatione propter nuptias, *Gaill dict. obſerv. Cancer variar. reſol. par.* 1. *cap.* 9 *num.* 38. *Rot. dec.* 292. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* imo etiam pro bonis paraphernalibus, *Leg. ubi adhuc ff. de iur. dot. Gaill. dict. obſerv. n.* 3. & pro expenſis, & fructibus: talis aſsecuratio competit etiam contra ſocerum qui recepit dotem, ſi vergat ad inopiam, *Surd. de aliment. qu.* 39 *num.* 12.

Ubi eſt locus aſsecurationi illa non conceditur ſuper omnibus bonis viri, ſed ſuper aliquo corpore proportionato, & non exce-

excedente, *Olea de ceſs. iur. & act. tit.* 3. *qu.* 7. *n.* 21. *Berſan. de vid. cap.* 2. *qu.* 13. *n.* 25. *& ad Text. in Leg. ſi fundum per. fideicomm. ff. de leg. pr.* Aſſignatio tamen hoc caſu non debet fieri per ſubhaſtationem, vel iuxta oblationem Creditorum, *Mangill. de ſubhaſt. qu.* 56. *Staiban. conſ.* 73. *n.* 7. *Franc. dec.* 54. *num.* 7.

Aſsecuratio Dotis non eſt vera reſtitutio, cum translatione dominii, *Grat. diſcept.* 87. *n.* 16. *Coſta remedio ſubſid.* 1 *n.* 3. *Urceol conſ. for. cap.* 24. *n.* 20. *ex rubr.* 64. §. *Viro vero* „ ibi „ = Viro vero vergente ad inopiam, Mulier cogere poſſit in bonis = viri, & ea petere ſecundum formam Iuris Communis uſque = ad quantitatem, & ratam ſuæ Dotis, & donationis, & augu- = menti & ea defendere contra quoslibet Creditores facta prius = æſtimatione = ſecundum formam Statuti poſiti ſub *rubr. de cogendo Debitorem &c.*

An & quando Dos reſtituenda, & cui reſtituenda ſoluto Matrimonio.

CAP. XIII.

NOnnulla obiter explicata fuere circa reſtitutionem Dotis ſoluto Matrimonio, nunc vero ad maiorem rei explicationem perpauca ſuperaddimus. Dicimus ergo quoad tempus, Dotem ſtatim reſtituendam eſſe, ſi ea facienda ſit in bonis inæſtimatis; ſi vero conſiſtat in quantitate, (tunc diverſa ſublata conventione) Lex viro ſuperſtiti, vel hæredibus viri an aliis dilatio conceditur, quæ dilatio ceſſat in caſibus pœnalis reſtitutionis, ſcilicet ob culpoſum divortium, ſeu quando vir faciat Legatum Dotis favore Mulieris.

Quo vero ad perſonas, quibus hæc reſtitutio facienda ſit, planum eſt ipſi Mulieri faciendam eſſe, & ea defuncta ſuis hæredibus. Super hoc articulo alia tradere prætermittimus, quia plerumque caſus iſti regulam ſumunt ex moribus & conſuetudinibus locorum, & diverſorum Tribunalium ſtylo, in quibus uſus verſantibus plura docebit.

Sed ut brevitati conſulamus, & ne in immenſum Tractatus hic creſcat, ſummatim pro Tyronum notione nonnullas adnotabimus concluſiones notando primum, quod Dos conſtituta in bonis immobilibus, ut alias diximus, reſtituenda ſit ſtatim ſoluto Matrimonio, *Leg.* 1. §. *cum autem in exactione Carleval. de*

Eee 2 iudic.

iudic. lib. 1. *tit.* 3. *diſput.* 8. *n.* 28. *Surd. dec* 212. *n.* 14. ſi de bonis mobilibus reddi debet poſt annum, ead. *Leg.* 1. §. *cum autem Cod. de rei uxor. act. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 31. *n.* 4. verum ſi Dos data fuerit in bonis immobilibus æſtimatis ea æſtimatione, quæ facit emptionem, reddenda eſt poſt annum, ſicut Dos conſiſtens in bonis mobilibus, *Leg. ſi æſtimatis* 51. *ff. ſolut. matrim. Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 13. Bona mobilia, quæ uſu conſumpta ſunt, veluti veſtes, & ſimilia reddenda ſunt viduæ in æſtimatione, *Leg. æſtimatæ res* 52. *ff. ſolut. matrimon. Leg. plerumque in princip. ff. de iur. dot. Antonell. de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 12.

Dotis reſtitutio fieri debet Mulieri, quæ habet virum bannitum, ſeu damnatum ad metallum, vel ad perpetuos triremes, vel exulem a Civitate, vel ſi longe abſens ſit, & de brevi non reverſurus, ſimiliter in caſu ſeparationis thori ob culpam Mariti, *Leg. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matrim. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 31. *tom.* 2. *Olea de ceſs. iur. tit.* 3. *qu* 7. *n.* 24. Dos a Marito legata ſtatim reſtituenda eſt poſt ſolutum matrimonium, *Paſcal. de patr. pot. par.* 2. *cap.* 7. *n.* 25. *Caſtill. controv. lib.* 8. *cap.* 49. *n.* 9.

Maritus in reſtituenda Dote non tenetur niſi in quantum facere poteſt, & deducto prius ne egeat, quod alias dicitur beneficium competentiæ, & tranſit ad hæredes ſuos, non autem ad extraneos, *Leg. marit. ff. ſolut. matrim. Leg. unic.* §. *cum autem de rei uxoriæ act. Leg. etiam* 19. *ff. ſolut. matrimon. Gloſs. in Leg. nec maritus* 8. *ff. ſolut. matrim.*

Mulier pro ſua Dote, quando ſubhaſtantur a Creditoribus bona Mariti, poteſt eligere corpus ſibi bene viſum pro eiuſdem reſtitutione, *Urceol. conſult. cap.* 52. *n.* 17. *Giurb. dec.* 16. *num.* 16. & 17. *Poſth. reſol.* 17. *n.* 89. *Thoro vot. dec.* 68. *n.* 22.

NOTÆ.

In ea quæſtione an, & quando ſocer teneatur nurui Dotem reſtituere pro regula ſtatuendum eſt quod pater teneatur reſtituere Dotem filio datæ de eius conſenſu, quia præſumitur ex poſt ad manus patris perveniſse, ad *Text. in Leg. ſi cum dotem* §. *transgrediamur ff. ſolut. matrim. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 49. *n.* 2. proindeque viduæ in bonis ipſius competit hypotheca cum prælatione, *Gloſs. in Leg. aſſiduis Cod. qui potior. in pignor. habeantur.*

Difficultas tamen eſt an iuſsus, ſive expreſsa voluntas patris requiratur in actu perſolutionis Dotis filio factæ, aut vero tacita ſufficiat

ſiciat ad eumdem obligandum, ſed tutiorem Sententiam amplectendo tenendum eſt quod expreſsus conſenſus requiratur, ut ex *Hodierna ad Surd. dec.* 47. *n.* 1. *Oſaſc. dec.* 44. *n.* 15.

Alter caſus conſideratur in Patre, qui filio conſenſit ſimpliciter ut nuberet, non autem Doti a filio exactæ, & in hoc communis opinio eſt patrem non teneri favore nurus, *Leg. ſi filiorum ff. ſolut. matrim. Paul. de Caſtr. in d. Leg. ſi cum dotem § tranſgrediamur n.* 1. *Merlin. de pignor. lib.* 5. *tit. qu.* 49. *num.* 44. *Mantic. de tacit. lib.* 11 *tit.* 19. *n.* 25. *Maſtrill. dec.* 46. *n.* 13. & quamvis multi contrarium ſentiant, ut *Surd. dec.* 62. *num.* 14. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 64. 65. 66. *Cornea conſ.* 256. *n.* 37. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 49. qui videri poterunt, dicendum potius quod in caſu expoſito a dd. Doctoribus, quod pater tenebitur in illa circumſtantia, quatenus habeat penes ſe peculium filii ſed non in maiorem quantitatem quam ſecumferat peculium, *Leg· ſi filio famil.* 14. *ibique Gloſſ. ff. ſoluto matrim.*

Alter caſus perpenditur in patre, & filio Dotem ſimul recipientibus, atque ſe obligantibus pro reſtitutione, in quo decidendum videtur, quod unuſquiſque pro rata teneatur, *Leg. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis Coſta de port. rat. qu.* 21. *n.* 1. *Campeg. de dot. qu.* 169. *n.* 72. hæc tamen concluſio non caret contradictoribus, ſed ſic eam conciliant quod præſumendum ſit ad patrem totam Dotem perveniſſe, quando is ſolus domeſtica negocia gerebat, eoque caſu nil obſtante quod etiam filius ſolus receptioni intervenerit, ſeque obligaverit actio per nurum contra ſocerum inſolidum promoveri poſſe, *Coſta loc. cit. Campeg. parit. loc. cit.* at ſi propter patris adverſam valetudinem, vel alia de cauſa, filius domeſticas curas gerat, præſumitur totam recepiſſe, eaque de cauſa inſolidum erga uxorem obligatus. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 70. *Oſaſc. dec.* 44. *n.* 2. *Coſta loc. cit.* qui dicit quod filius in caſu quo conſtat ad patrem perveniſſe obiicere poteſt Mulieri repetenti, quod bona Patris excutiantur.

Alter pariter caſus eſt cum Pater non conſentit matrimonio, ſed filio exigenti, aut recipienti dotem, tunc enim in dubium non revocatur eumdem, eiuſque bona pro Dotis reſtitutione teneri: *Antonell. & Merlin. de pignorib. loc. cit.*

Itemque tenendum eſt Patrem reſtitutioni Dotis obnoxium eſſe ubi ſoluta fuit filio abſque ſuo iuſsu, aut conſenſu ſed in Patris eiuſdem utilitatem verſam fuiſse, *d. Leg. ſi cum dotem Antonell. loc. cit.*

Idem-

Idemque procedit ſi Dos ſocero ſoluta fuerit, etiam præſente filio, quia tunc contra ſocerum oritur obligatio, *dict. Leg.* & ſuperius relati quibus addo *Surd. dec.* 47. *n.* 13.

Reliquos ſi qui ſint caſus, vid. *Theſaur. qu. for. lib.* 3. *qu.* 68. *n.* 1. *Caſtrenſ. ad dict. Leg. ſi cum dotem, Merend. controverſ. iur. lib.* 23. *pag.* 41. *num.* 10. *Merlin. Antonell. Milaneſ. dec.* 19. *n.* 36. *lib.* 1. *& alibi, Bartol. in dict. Leg.*

An Mulier poſſit Dotem ſuam alienare, vel obligare.

CAP. XIV,

Licet Mulier Dotis domina dicatur, & talis conſideretur ad quamplurimos iuris effectus, attamen Dotem ſuam regulariter diſtrahere non poteſt, nec alienare, excepto tamen caſu urgentis neceſſitatis, in qua accedente viri conſenſu, medietatem tantum Dotis prædictæ poteſt obligationi ſubiicere, vel etiam diſtrahere, *Theſaur. dec.* 223. *num.* 13. *Caſtil. dec.* 234. *n.* 10. *Florentina Donationis de Capponibus* 10. *Maii* 1737. *cor. D Cancellario Fabbrini Palma dec.* 439. *Bonſin. in tract. de fideicomm. diſp.* 723. *Florentina Nullitatis Obligationis diei* 17. *Septembris* . . . . *cor. Marco Philippo Bonſini, Florentina Obligationis Mulieris* 9. *Septembr.* 1746. *cor. Bizzarrini*. Caſus in quibus id permiſſum ſit, quamplures enumerari ſolent, & præcipue ſi agatur de viro excarcerando, ſive a captivitate redimendo, atque obſervandum eſt, quod ſi mulier ſe obliget pro alio, renuntiare debet privilegio Senat. Conſult. Velleiani, ſi vero pro Marito renunciandum erit, *auth. ſi qua mulier Cod. ad Velleian. atque Legi Iuliæ de fundo dotali*, quæ tamen obligationes, & renunciationes fieri debent præcedentibus ſolemnitatibus, ſcilicet, Decreto Iudicis, ſeu ut aiunt, Mondualdo, in quibus Mulier certa facienda eſt de importantia actus, & de præiudiciis, qui ex illo oriri poſſunt, prout videri poteſt ex iam dictis cum de Mondualdo actum fuerit.

Quo ſpectat ad Iudicem certiorantem neceſſe eſt ut idem bene, ac diligenter perpendat, utrum obligationis cauſa iuſta ſit & aliquando etiam Mulieri utilis; verum ſi contingat, quod Mulier pluries ſe obliget etiam cum ſolemnitatibus prædictis ultra medietatem ſuarum Dotium nullæ omnino, atque invalidæ erunt huiuſmodi obligationes; poteſt Mulier alia bona citra Dotem habere de quibus agemus ſeorſim NO-

Digitized by Google

Obligatio Mulieris corruit non obſtante Decreto Iudicis, & iuramento relate ad ſuas Dotes, ſi cauſa detegatur falſa, & nullum commodum eiuſdem reſpiciat, *Marzimed. dec.* 333. *per tot. Rot. dec.* 171. *n* 7. *& per tot. par.* 11. *rec.* ita quod ſi plures fuerint cauſæ copulative enunciatæ, attenta unius falſitate in totum corruit obligatio ratione individuitatis, quamvis fortaſſe ſecus dici poſſet, ſi cauſæ alternative eſſent deductæ, *Rot. deciſ.* 109. *par.* 12. *& dec.* 200. *per tot. par.* 14. *& dec.* 31. ubi quod nulla eſſe poteſt in totum, maxime ceſſante ſpe relevationis, *Rot. dec.* 462. *&* 778. *par.* 8. *rec.* & an Mulier ſe obligans, pro viro obligatio ſit nulla in totum, vel quoad exceſſum tantum pro nullitate tenuit, *Tondut. de prævent. par.* 3. *dec.* 10. *per tot.* & quod ſubſtineri poſſit pro medietate ſuæ Dotis, quando Mulier diverſis obligationibus ſe obſtrinxit poſterioribus annullatis, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *Gloſſ.* 2. *par.* 6. *num.* 21. *vid. Urceol. conſ. for. cap.* 24. *n.* 43. *& cap.* 28. *n.* 23.

Mulier ſe obligans abſque ſolemnitatibus ſtatutariis nec civiliter, nec naturaliter obligatur, itaut nec fideiuſſor ſi eiuſdem obligationi acceſſerit, non obligatur, *Maur. de fideiuſſor. par.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 56. *Caball. conſ.* 130. *per tot. lib.* 1.

Matre propriorum filiorum Tutrice, quæ ante redditas rationes ad ſecunda vota convolaverit, non ſolum bona ſua, ſed etiam ſecundi viri in pœnam pro redditione rationis hypothecæ ſubicit, verum ſi non expreſſe, aut non legitime tutelam acceptaverit, ſed de facto tantum adminiſtraverit, pœna hæc ſaltem quoad virum locum non ſibi vindicat, *Sabell. in ſumm.* §. *mater a n.* 1. *uſque ad* 25. *Gob. conſ.* 74. *per tot. dec.* 499 *n.* 12. *& ſeqq. par.* 9. *tom.* 2. *rec.*

Læſio, quæ accidere poteſt mulieri ultra medietatem Dotis, attendenda eſt de tempore faciendæ reſtitutionis, nec inſpiciendum eſt tempus obligationum ab illa factarum, *Poſth. reſol.* 896. *n.* 8. *Cancer. variar. reſol. par.* 3. *n.* 120. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. gloſſ.* 8. *par.* 6. *n.* 17. *&* 18. *Urceol. conſ. cap.* 14. *n.* 4.

Mulier in cauſam propriam poteſt ſe obligare etiamſi illi non remaneat dimidia, vel aliqua pars Dotis, *Cyriac. controv.* 129. *n.* 35. *Manſ. conſ. for.* 320. *n.* 33. *Tondut. reſol. civil. cap.* 45. *num.* 8. *tom.* 1.

Mulier publice contrahens privatur Beneficio S. C. Velleiani, *Liburnen. Nullitatis, ſeu Peculii filii fam. diei* 22. *Iunii* 1766. *cor.* D. *Aud. Ioſepho Bizzarrini.*

Mu-

Mulier maior ex cauſa neceſſaria, & voluntaria, in materia Dotis conſtituendæ, dummodo obligatio contrahatur ante Matrimonium, pro quo Dos ſit conſtituenda, valide obligatur, *Andreol. controv.* 112. *num.* 3. *& ſeqq. Rot. dec.* 177. *n.* 11. *par.* 1. *dec.* 168. *n.* 7. *par.* 7 *& dec.* 190. *n.* 3. *par.* 8. *rec.*

Obligatio Mulieris ultra dimidiam Dotis ſubſtinetur, quando effectus obligationis fuit collatus poſt mortem, *Conti dec. Senen.* 36. *num.* 29.

An Diſpoſitio Authenticæ res quæ Cod. communia de Legatis procedat tam quoad conſtitutionem quam quoad reſtitutionem Dotis.

CAP. XV.

QUando Puellarum honeſtati, cum dotali ſubſidio conſultum non ſit, vel ex ipſarum bonis, vel eorum, quarum prior dotandi ſubeſt obligatio, recurrendum eſt ad excorporationem Fideicommiſſi contra eiuſdem poſseſsores ad hoc ut Dotem conſtituere cogantur; & licet ex Legis littera id cautum tantummodo ſit favore filiarum primi gradus, ſeu aliarum Deſcendentium, quæ primum locum, ſeu gradum obtineant, verum ex magis Doctorum recepta Sententia actio hæc, quibuſcumque Deſcendentibus competit, ſive ſint paterni, ſive materni lateris in infinitum, ſervato ordine iam præſcripto, cum de onere dotandi egimus, animadvertendum tamen eſt de Iure Communi, quod regula iam tradita locum obtinet in Fideicommiſso aſcendentali tantum non in tranſverſali, ſeu in illo, quod per extraneum conſtitutum fuit. In hac materia vide Legem in Etruria vigentem per extenſum impreſsa in primo Tomo huius operis in fin.

Ea quæ huc uſque diximus procedunt in facti contingentia etiam ſi ad conſtituendam congruam Dotem univerſum fideicommiſsum deſtruendum eſset, *Bald. in auth. res quæ n.* 4. *ibique Caſtrenſ. n.* 5. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſ.* 5. *par.* 1. *n.* 5. *Rot. dec.* 88. *n.* 10. *par.* 5. *rec. Mantica dec.* 152. *n.* 3. vel ſi de ſpirituali, non tantum quoad Dotem, ſed quoad appendices ac expenſas aliaque, quæ de more regionis neceſsaria ſint, atque omne id locum habet tam in fideicommiſso univerſali, quam in particulari, ſed dubium verſatur an prius ſit univerſale, quam particulare excorporandum, & in hac ſpecie receptior opinio eſt,

eſt, quod ab univerſali incipiendum ſit, eodemque iure cenſentur tam Primogenituræ, quam Maioratus, & tam quoad primam Dotem iam conſtitutam, quatenus ipſa ſine mulieris culpa conſumpta fuerit, quam quoad ſecundam conſtituendam, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *Gloſſ.* 2. *par.* 14. *n.* 10. *Seraphin. dec.* 668. ac etiam pro Dotis ipſius non ſolutis uſuris. Itemque notandum eſt, quod ſuperius dicta procedunt tam reſpectu Dotis conſtituendæ, *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 531. *n.* 121. *Peregr. de fideicomm. art.* 42. *n.* 1. *Mart. conſ.* 37. *n.* 23. *Surd. dec.* 62. quam reſtituendæ *Cancer. variar. reſol lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 186. & incipit favore viduæ a die ordinati fideicommiſſi, *Theſaur. dec.* 151. *per tot. Rot. dec.* 243. *n.* 5. *par.* 19. *rec. De Marin. reſol. quotid. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 11. adhibita tamen limitatione, quod remedium hoc ſubſidiarium eſt, & procedit quatenus alia bona libera non ſuppetant ex quibus mulieribus conſultum eſse poſſit. *Cancer. variar. loc. cit. Menoch. conſ.* 88. *n.* 48. *& conſ.* 95. *n.* 133. & paſſim alii ſupra relati, & id locum habet ex receptiori ſententia etiam quando pro reſtitutione Dotis vidua habeat fideiuſsores, *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 532. *n.* 3. *Marta de ſucceſs. legal. par.* 4. *qu.* 21. *art.* 10. *n.* 41. Idemque dicendum eſt de Dotis augumento, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſs.* 1. *n.* 85. 86. 87. denique beneficium dict. Auth. tranſit ad hæredes viduæ etiam extraneos, *Menoch. conſ.* 33. *n.* 42. *Cancer. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 9. *n* 175. & militat tam contra Fideicommiſsa, quam contra Primogenituras, *Fuſar. de ſubſtit. d. qu.* 532 *n.* 7.

Hoc ſiquidem remedium denegatur incongruæ Doti, ac exceſſivæ, vel etiam Doti non veræ, ſed confeſsatæ tantum, ſive Uxori indignæ, aut illi Mulieri quæ viro indigno nupſerit, nec non Uxori filiorum, ac deſcendentium naturalium tantum, cum iſtud beneficium reſpectu illarum procedat in Dote conſtituenda, non autem in reſtituenda.

Poſtremo conceditur Uxori etiam putativæ pro Dote reſtituenda in illis caſibus, in quibus ratione bonæ fidei iſta Dos vera habenda ſit.

An & quando ſit locus Redotationi.

CAP XVI.

NON eſt in iure novum, quod filia a Patre dotata, quæ Dotem receptam amiſit caſu, aut infortuniis, ex quibus non aliter potuerit ſibi provideri, quam Dotem conſumendo, aut ex

animi imbecillitate, excluſo dolo eius culpave lata, poſſit Patrem cogere eiuſque hæredes ad iterum eam dotandam Textus expreſsus eſt in *Leg. etiam* 19. §. 1. *ff ſolut. matrim. ibique Doſores Faber. in Cod lib.* 5. *tit.* 6 *de dot promiſs. defenſ.* 13. *Cancer. variar. reſol. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 30 *Menoch de arbitr. caſ.* 182. *n.* 57. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſs.* 1 *par.* 1 *n.* 69. *Surd. de alim. tit.* 7. *qu.* 5. *n.* 5. *& ſeqq. Mangill. de evict. qu* 74. *num.* 5. *Alvarez. Valaſco de privil. pauper. & miſerab. perſonar. par.* 1. *qu.* 16. *n.* 5. *& ſeqq.*

Idem procedit relate ad Fratrem, qui in caſu amiſsæ Dotis modo de quo ſupra actum eſt, ex paritate rationis de propriis bonis iteratam Dotem Sorori conſtituere tenetur, *vidend. Gratian. diſcept. for.* 466. *n.* 9. *&* 689. *num.* 20. *Mangil. de evict. dict. qu.* 74. *n.* 11. ſecus tamen procedit, quando dolo, & propria culpa filiæ Dos fuiſset deperdita, tunc enim nec Pater, nec Frater iterum cogerentur dotare, *dict. auth. quod locum Surd. de aliment. tit.* 7. *qu.* 5. *n.* 5. *Mangill. de evict. qu* 74. *n.* 5. Secus tamen eſt ſi Dos conſtituta fuerit ab extraneo, qui ex diſpoſitione Legis dotare non tenebatur; tunc enim non cogitur iterum dotare, nec ille, qui ex pacto tenebatur Dotem conſtituere, nam ex primo actu perempta fuit obligatio, *Gratian. diſcept. for.* 56. *num.* 18.

Siquidem ſupradicta concluſio de Dote iteranda locum habet in avo, & proavo, & etiam in ſocero, qui Dotem reſtituit nurui poſt filii mortem, & tam in caſu, quo tota fuiſset deperdita, quam in parte, *Boſſ. de dot. cap.* 4. §. 16. *num.* 215. *Boer. dec.* 137. *n.* 2. Boſſius tamen limitat hoc quando Patris conditio deterior evaſiſſet, nam non teneretur tunc iterum dotare niſi in quantum facere poſſet, ut in *auth. ſed quamvis Cod. de rei uxoriæ action.* & eſt valde notabile, quod obligatio illa locum habet nedum ſemel, ſed quoties contigerit ſoluto tamen primo, aut ſecundo Matrimonio; *Boſſ. dict. tract. de dot. cap.* 4. §. 16. *n.* 212. quod quidem procedit nedum in filia legitima, & naturali in Patria poteſtate exiſtente, ſed etiam & in emancipata, imo & ſpuria, ac naturali, *Boſſ. de dot. cap.* 4 *n.* 216. *&* 217.

Attamen in hac ſpecie certum eſt, ut a Dotis reiterata conſtitutione quis liberetur requiri dolum, aut latam culpam in muliere, *Valaſc. loc. cit. par.* 1. *qu.* 16. *ſub n.* 6. *&* 7. neque eſt ambigendum quod mulier ipſa probare debeat Dotis amiſſionem contigiſse abſque facto ſuo, & lata culpa, *Peregrin. de fideicom. art.* 42. *n.* 88. *Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit* 2. *qu.* 30. *num.* 8. *Gratian. diſcept. forenſ.* 466. *num.* 2. at ſi nullam amiſſionis cauſam

ſam legitimam afferat præſumitur eadem eſſe in culpa, ita ut ab actione redotationis excludatur. *Menoch. de arbitr. caſ.* 182. *num.* 48. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 30. *n.* 14.

Inter caſus, qui Mulieri culpæ adſcribi poſſunt enumerantur. Si non exegerit Dotem, eo tempore quo potuit a Marito, vel eius hæredibus, *Munoz. de ratiocin. cap.* 18. *num.* 4. pariter ſi illam ſponte remiſiſſet, vel dotaſſet eam quam dotare non tenebatur, *Giurb. dec.* 5. *n.* 39 *&* 40. Ac ſi ſponte Dotem alienæ hypothecæ ſubiecisſet, *Alexandr. in auth. quoad locum*, *Cod. de collation. Surd. de alim. tit.* 4. *qu.* 5. *n.* 13. *Merlin. de legit. lib.* 2. *qu.* 30. *n.* 8. *&* 9. dato tamen caſu quod mulier inſtaret pro redotatione certum eſt eam prius excutere debere hæredes, & bona Mariti, *Coſta de remed. ſubſid. remed.* 37. *num.* 1. *Altograd. conſ.* 95. *n.* 13 *lib.* 1. & hoc intelligendum eſt ſi bona viri excutienda non fuiſſent intricata litigiis, qui de facili extricari non poſſent, *Scaccia de commerc. & cambiis* §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 264. *&* 268. *Mangil. de evict. qu.* 78. *n* 15. *Rot. Rom. dec.* 666. *n.* 9. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

De Bonis Paraphernalibus.

CAP. XVII.

Contingit aliquando nupturas fœminas quamdam bonorum quantitatem Dotis titulo Marito tradere, reliqua vero bona, ſi quæ habeant, ſibi reſervare, quæ ex communi Doctorum voto Paraphernalia vocantur, prout ea ſunt, quæ uxor conſtante Matrimonio ex ſucceſſione, vel alio titulo acquirit. Diſſentiunt tamen nonnulli diſceptantes numquid Paraphernalia, vel potius extradotalia dicenda ſint bona, quæ coſtante Matrimonio uxori obvenerunt, *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 8. *num.* 3. *& ſeqq.* Reiecta tamen dicta diſtinctione receptum eſt nullum inter bona prædicta verſari diſcrimen, ſed omnia, quæ dotalia non ſunt promiſcue Paraphernalia, & extradotalia vocari, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *Gloſſ.* 2. *par.* 7. *num.* 6. *Caſtill. controv. lib.* 4. *cap.* 40. *n.* 62. *Theſaur. dec.* 187. *n.* 2.

Prædictorum bonorum ea natura eſt, ut penes uxorem plenum abſolutumque dominium remaneat, de quibus tamen adminiſtratio viro permiſſa eſt, ut in *Leg. ſi ego* §. *dotis ff. de iur. dot. Caſtill. loc. cit.* hinc ſequitur generalis regula quod Maritus,

 qui

qui ex bonis Paraphernalibus, fructus percipit, ſoluto Matrimonio viduæ ratio reddenda ſit, illique reſtituendi, *Caſtrenſ. in Leg. fin. Cod. de pact. convent.* *Honded. conſ.* 91. *n.* 58. *lib.* 1. *Theſaur. dec.* 187. *in fin.* Huius tamen quæſtionis reſolutio, ut plurimum pendet potius ex facti ac voluntatis circumſtantia, quam ex regulis iuris. Qua de re diſtinguendum eſt inter fructus bonorum Paraphernalium extantes, illoſque qui iam conſumpti fuere, nam quoad extantes concluſio procedit, quod viduæ ſint reſtituendi, *Leg. ſi ſtipulata* 33. *§ ſi uxor de donat. inter vir, & uxor. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *par.* 7. *n.* 18. poſthabita quacumque diſtinctione, utrum naturales ſint, vel induſtriales, quia indiſtincte omnes fructus extantes etiam de voluntate uxoris percepti reſtituendi ſunt, ex ea ratione, quod dicantur ſequela dominii, *Afflict. dec.* 44. *n.* 5. *Guid. Pap. dec.* 468. *num.* 1.

Fructus vero extantes multipliciter conſiderantur, ſcilicet, qui tempore mortis Mariti adhuc pendentes ab hæredibus deinde percepti fuere, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 2. *par.* 7.

Extare etiam dicuntur fructus, quando ex illorum valore Maritus aliquod prædium adeptus eſt, *dict. Fontanell. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *par.* 7. *num.* 28. vel aliter illos in propriam convertit utilitatem, de qua evidenter appareat, *De Luc. de dot. diſc.* 186. *n.* 23. Spectat tamen ad viduam probare, quod extent vidend. *Fontanell. loc. cit. n.* 24. 25. 26. *&* 27.

In ea quæſtione tamen, an Mariti hæredes teneantur fructus conſumptos reſtituere inſpiciendum eſt, an nupſerit ſine Dote, quia tunc Maritus præſumitur dictos fructus percepiſſe in recompenſationem onerum matrimonialium, ex quo hæredes non tenentur ad reſtitutionem, *Honded. conſ.* 91. *n.* 71. *Fontanell. loc. cit. n.* 11. *Cyriac. contr.* 31. *n.* 8.

At ſi agatur de Uxore, quæ Dotem viro tradidit, tunc voluntas Mulieris ſpectari debet, nam ſi contra eiuſdem voluntatem, eos maritus percepit atque conſumpſit, ſoluto Matrimonio viduæ reſtituendi ſunt omnes, & qualeſcumque, *Leg. de his Cod. de donat. inter vir. & uxor. Fontanell. loc. cit. num.* 18. *De Luc. diſc.* 168. *n.* 39. quod ſi Uxore permittente illos conſumpſerit, nihilominus eum non omnes lucrari planum eſt, ſed illos tantummodo, qui induſtriales dicuntur, *Fontanell. loc. cit. Cyriac. controv. for.* 21. *n.* 2. quidquid tamen ſit de articulis ſuper hac materia exagitatis ſuper quibus videri poſſunt Auctores laudati, ſciendum eſt, quæſtiones omnes ſilere ubi ſtatutum diſponat fructus huiuſmodi bonorum lucro Mariti tribuendos eſſe, ideo ad

rem

rem noſtram adeſt Statutum Florentinum *Rubr. 65. lib. 2.* qui diſponit quod vir non teneatur rationem reddere fructuum bonorum extradotalium, conſumptorum cum eius Uxore, & quod non poſſit impediri eos in futurum percipere, ſive volente, ſive invita Uxore magiſtraliter, *Geriſpin. conſ.* 24. *per tot.* ubi etiam quod dicta propoſitio extendi debeat ad uſumfructum bonorum ab uxore queſitorum conſtante Matrimonio; Firmant etiam infraſcripti indiſtincte, quod fructus rerum paraphernalium, ſive extradotalium efficiuntur Mariti, qui tamquam negociorum geſtor, de illis non reddit rationem, cum illorum reſpectu valeat donatio, dummodo tamen de voluntate Uxoris expreſſa, vel tacita fuerint percepti, alias ſecus. *Alex. conſ.* 63. *lib.* 2. *Marzimed. examin.* 29. *n.* 6. *Surd. dec.* 192. *Tuſch. litt. M. concl.* 97. *per tot. Rot. par.* 9. *rec. dec.* 349. *per tot. dec.* 381. præcipue ſi fuerint in promiſcuos uſus conſumpti &c. Hæc tamen bona Paraphernalia, ſeu Extradotalia non habent privilegia Dotis, *Gloſſ. in Leg. ſi ego §. dotis ff. de iur. dot. Alexandr. conſ.* 36. *lib.* 6. ſed Mulier habet tacitam hypothecam ſuper bonis viri ſi adminiſtraverit, *Leg. ult. Cod. de pact. convent. Neguſant. de pignor. par.* 2. *membr.* 4. *n.* 63. non tamen admittitur ad privilegium anterioritatis, *Covarruv. reſol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *Pacific. de Salvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 501. *Grat. diſcept.* 671. *n.* 6. quæ adminiſtratio ab Uxore conceſſa Marito cenſetur tamquam procuratori, & poteſt ad libitum revocari. *Leg. hac Lege, & Leg. fin. Cod. de pact. convent. Bichio dec.* 358. *n.* 8.

Uxor habet quoque tacitam hypothecam in bonis viri pro augumento Dotis ab eo conſtituto, quod augumentum dicitur antefatum, *Berſan. de viduis cap.* 2. *qu.* 16. *num.* 31. *& quæſt.* 33. *n.* 29. *&* 30. non tamen cum privilegio. In eo caſu, quod augumentum fiat ab ipſa muliere, vel alio habet ſiquidem beneficium tacitæ hypothecæ, *Berſan. loc. cit.*

Bona Paraphernalia reſtituenda ſunt viduæ ſtatim poſt ſolutum Matrimonium, *Berſan. cap* 2. *qu.* 35. *n.* 30.

Bona Paraphernalia, conſiſtentia in jocalibus, & veſtibus, quæ ſcherpa, vel pro acconcio appellantur, cenſentur pars Dotis, & illius privilegiis gaudent, *Berſan. qu.* 35. *num.* 37.

Se-

Series eorum, qui dotare tenentur.

CAP. XVIII.

EOdem fere Iure Dotatio, & alimenta cenſentur, unde vulgare dicterium eſt apud Doctores = qui tenetur alere tenetur etiam Dotare = ideo ad rem noſtram inquirendum eſt quibus de iure dotandi onus incumbat.

Primus qui dotare tenetur Pater eſt, *Leg. qui liberos ff. de ritu nuptiar. Leg. ult. Cod. de dotis promiſſione* non tantum filiam divitem, & aliunde proviſam, *Leg. ult. Cod. eod.* Sed etiam nuptam, & aliunde dotatam, *Leg. pro oneribus C. de iur. dotium, Alex. conſ. 7. n. 21. lib. 2. & conſ.* 88. *lib. 6. Boſs. de dot. cap.* 11. ſive in eiuſdem poteſtate ſit, ſive non, *d. Leg. fin. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſs. 1. par.* 1. quod ampliatur etiam ſi Pater ipſe ſub Patria Poteſtate ſit; receptior enim Sententia eſt obligationem Avi eo caſu eſſe ſubſidiariam, *Rot. dec. 146. num.* 11. *& ſeqq. par. 6. & dec.* 105. *num.* 12. *par.* 10. *rec.* prædicta inſuper obligatio viget etiam ſi nulla Dos conſtituta fuerit, neque Maritus illam petierit, & in gratiam Soceri ex pacto Uxorem duxerit abſque Dote, adhuc tamen filia urgere poſſet Patrem ex eo quod eidem non conſentienti talis conventio præiudicare nequit, *Boſs. de dot. cap.* 4. Attamen ad ſecuritatem Soceri ſic ſtipulantis cautela erit, quod Maritus ſe obliget de proprio relevare indemnem Socerum a moleſtiis per uxorem conſtante Matrimonio inferendis. Quæritur etiam an filia nubens inſcio, vel invito Patre Dotem petere poſſit, & diſtinguendum eſt an nubat digne, vel indigne; & an ante, vel poſt ætatem vigintiquinque annorum. Si enim indigne poſt dictam ætatem nupſit, recte Dotem petit, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſs.* 1. *par.* 3. *Boſs. de dot. cap.* 4.

Nubens autem indigne ante dictam ætatem nullam habere videtur actionem ad petendam Dotem, *Merlin. de legit. lib.* 4. *qu. 6. num.* 11. contra tamen alii ſentiunt firmantes, quod pater non teneatur dotare filiam ingratam tantummodo, & quod talis non poſſit dici, qui indigne nubit, *Grat. diſcept. for.* 213. *ex num.* 46. *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *a num.* 11. *uſque ad* 19. *Surd. de alim. lib.* 1. *qu.* 6. *n.* 17.

Regulæ iam traditæ procedunt etiamſi filia ſit naturalis tantum, ſive ſpuria, *Rot. dec.* 30. *par.* 7. *rec.* & extenduntur

etiam

etiam contra Patrem clericum qui ſit Patrimonialibus bonis deſtitutus, ſoloſque Eccleſiæ redditus habens, *Rot. d. dec. n.* 37.

Differentia tamen eſt inter Dotem debitam filiæ legitimæ, & baſtardæ; quod primæ debeatur etiam diviti, & aliunde proviſæ, ſecundæ non debeatur ſi dives ſit, & aliunde proviſa, *Rot. dec.* 224. *n.* 5. *par.* 2. *dec.* 194. *n.* 68. *par.* 7. *dec.* 8. *par.* 10. *rec.* quo vero ſpectat ad taxam Dotis earumdem naturalium iſtæ minime conſequi poſſunt eamdem Dotem quam filiæ legitimæ, cum reſpectu dictarum legitimarum tantum adhibenda ſit aliqua moderatio, reſtricta ad puros limites neceſſitatis, Iudicis arbitrio decernenda, *d. dec.* 30. *par.* 7.

NOTÆ.

Pater etiam ſi Dotem filiæ dederit, quæ poſtea fuerit conſumpta, ſeu ammiſſa denuo eam dotare tenetur, ut iam probatum fuit auctoritate, *Auth. quod locum Cod de collation. Boſſio de dot. cap.* 4 *n* 214. *Fontaneil. loc. cit.* eo modo quo iam diximus, quod eſt commune in aliis dotare obligatis, pro altero tamen Marito, non pro primo, *De Luc. de dot. diſc.* 4. *n.* 7. *Giurb. dec.* 5. *&* 6. Nota ulterius, quod Pater non tenetur filiam divitem, & aliunde proviſam alere, quia argumentum de alimentis ad Dotem concludit adfirmative tantummodo, non negative, *Rot. dec.* 133. *n.* 6. *par.* 11. *rec.*

Hæres.

Patre prædefuncto ſecunda dotandi cauſa eſt hæredis Patris, *Rot. dec* 66. *n.* 6. *par.* 1. *rec.* cum hoc tamen diſcrimine, quod ille præſtat Dotem filiæ quamvis nuptæ, & diviti, hic vero, excepta legitima, vel ubi dotatio expreſſe a Statuto demandatur non tenetur niſi in ſubſidium, *Geriſpin. conſ.* 65. *n.* 33. *Rot. dec.* 173. *&* *dec.* 252. *par.* 11. *rec.*

Quod de hærede ſtatuitur in Donatario univerſali procedit, ſed in eo duo requiruntur, primo quod donatio ſit univerſalis omnium bonorum iurium, & actionum, ſecundo quod Donator nullum habeat hæredem univerſalem, *Bald. in Leg. fin. Cod de dot. promiſſ. Mantic. de tacit. lib.* 12. *cap.* 18.

Fiſcus capiens bona Patris delinquentis loco hæredis habetur ad eumdem dotandi effectum, *Farinacc. de delict. qu.* 2. *n.* 46. niſi agatur de crimine læſæ Maieſtatis, ad *Text. in Leg. quiſquis §. ad filias ff. ad Leg. Iul.*

NO-

Frater in defectum Aſcendentium, & Deſcendentium Sororem dotare tenetur etiam de proprio ſi deficiant bona paterna, & avita, quia dicto caſu eam alere debet, *Bartol. & Bald. in Leg. quæſitum ff. ubi pupillus educari debeat Rot. in Romana Dotis de Salviatis* 15. *Maii* 1699. §. *nec ad hoc cor. Priolo*, & omnes tum parentes, tum fratres qui tenentur conſanguineas dotare non poſſunt ſtipulari, ſeu inire pactum reverſivum Dotis; ipſi enim neceſſitate ſanguinis non voluntarie dotant, *Ripa in Leg.* 1. *ff. ſolut matrim. n.* 84.

Quæritur etiam an ſoror poſſit cogere fratrem ad Dotem ſibi conſtituendam, quando ille velit eamdem admittere ad æqualem ſucceſſionem, etiamſi renuat, & dicendum eſt, quod in arbitrio fratris eſt an Statuto fœminarum excluſivo uti velit, nec ne, *Rot. dec.* 146. *n.* 7. *& ſeqq. par.* 10. *rec.*

Frater clericus etiam de redditibus Eccleſiæ ſororem dotare & alere tenetur, ex quo infert *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. illum poſſe conſanguineos alere de redditibus Eccleſiæ.

Addendo aliquid ad ea quæ diximus cum de maſculiatione egimus, quod Statuta excluſiva fœminarum propter maſculos non habent locum quando maſculi non extant, vel exiſtentes nolunt ſuccedere, *Bartol. in Leg.* 2. § *ſed ſi ſint ff. ad trebellian. Rot Rom. dec.* 375. *ſub num.* 14. *tom.* 2. *par.* 4. *rec. & inter impreſſ. apud Merlin. de legit dec.* 47. quia fratres eorum favori renunciari poſſunt, *Mart. de ſucceſſ par.* 1. *qu.* 5. *art* 4. *ſub n.* 7. ex quo fit quod frater poteſt admittere ſororem ad ſucceſſionem paternam non obſtante Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos, *Hondedeo conſ.* 1. *num.* 85. *lib.* 2.

Avus.

Non Extantibus Patre, ſeu eiuſdem Deſcendentibus, onus dotandi tranſit in avum, & ſucceſſive in abavum, & tritavum atque in alios aſcendentes ex eodem latere quibus non extantibus ſuccedit obligatio Matris, *Leg. ſi quis a liberis* §. 1 *ff. de liber. agnoſc. Mantic. de tacit. lib.* 2. *tit.* 16. *n.* 28. *Boſſio de dot. cap.* 1. *n.* 8. *Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.* 134. *n.* 4.

Patruus.

Quæſtio eſt inter Doctores, an Patruus, vel Nepos ex fratre Amitam, vel Neptem dotare teneantur; quamplurimi negativam Sententiam tuentur, *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *Ma-*

ſtrill.

Maſtrill. dec. 85. *n.* 29. pro adfirmativa tamen, quod Patruus teneatur dotare filiam fratris inopem ſcripſerunt, *Bald. in Leg.* 1. *num.* 4. *ff. ſolut. matrim. Afflict. dec.* 371. *n.* 3. ex ea ratione quia cum frater nedum teneatur alere fratrem etiam naturalem, imo ſpurium, *§. ſi quis igitur auth. quib. modis natural. efficiant.* ſed etiam filios fratris, *Surd. de aliment. tit.* 1. *qu.* 28. *per tot. Rot. dec.* 194. *n.* 53. *p.* 7. *rec.* & quod Patruus Nepotem, & e converſo Nepos Patruum egentem, *Rot. d. dec. n.* 4.

Fratres.

Addendo ad ea quæ diximus in ſuperioribus notis, & ut ordo quodammodo exactior ſervetur dicendum eſt poſt aſcendentes ſupra recenſitos ad dotandum in ſubſidium, ſcilicet deficientibus bonis lineæ aſcendentium, tenentur fratres germani, *Leg. cum plures §. tutor. ff. de adempt. legator. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 32. *lib.* 1. *n.* 9. *pag. mihi* 378. quibus deficientibus illud onus ſubire debent fratres conſanguinei, & inde uterini poſtremo ſorores favore aliarum ſororum, dummodo tamen non adſint perſonæ proximiores, qui ordo iuxta communiorem opinionem non debet eſſe ſimultaneus, id eſt conſanguineorum, & germanorum, ſed ſucceſſivus a quo non eximuntur amitæ, & materteræ, ſed ut centies diximus uſus, & praxis, plura docebit.

Filius quoad Matrem renubentem.

In iure cautum non invenitur filium Matri ſecundo nubenti Dotem præſtare debere, quando indotata ſit, vel Dotem amiſerit, imo potius contrarium ſtatutum videtur, *Leg.* 1. *§. præterea ff. de tutel. ration. diſtrabend. Leg. Tutor ſecundum §. fin. ff. de adminiſtrat. tutor. Iaſon in auth. res quæ num.* 9. *C. communia de legat.* quamvis eam inopem alere teneatur, *L. ſi quis a liberis. ff. de lib. agnoſc.* attamen ſi Mater ſit adoleſcens, ita ut probabilis ſubſit incontinentiæ timor, prudentis Iudicis arbitrio dignoſcendus, illam dotare tenetur, *Addent. ad dec.* 460. *n.* 159. *par.* 4. verum ille ultimo loco inter coniunctos (quamvis primum ſanguinis gradum occupet) collocatur, & quod dicitur procedere in coniunctis legitimis locum etiam habet in naturalibus, *Rot. dec.* 30. *par.* 7. *rec.*

Quamvis generalis regula ſit extraneos, ſeu ulteriores conſanguineos nullimode ad dotandum teneri, attamen aliquando ab ea receditur, ita ut remotior, vel extraneus prius quam proſſimior ad Dotem teneatur; primus caſus eſt in puella arrogata, vel legitime adoptata, *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. qu. 2.*

Secundus, ubi Mulier ab inteſtato eſſet ſucceſſura, ſed remotior agnatus eam excluderet, quia tunc excludens Mulierem dotare debet, *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 16.*

Tertius eſt in occiſore Patris, qui ultra pœnam criminalem loco damnorum, & intereſſe civiliter tenetur ad dotandas filias occiſi, *Ludoviſ. dec. Lucenſ. 72. num. 28. Farinacc. de homicid. qu. 119. n. 10.* quæ concluſiones tamen intelligendæ ſunt dummodo mulieres non habeant Dotem, & pauperes ſint, quæ dotatio poteſt extendi quandoque uſque ad legitimam, & in plus *Merlin. de legit. qu. 13. n. 25.*

Quartus eſt in deflorante puellam, qui eam, vel in uxorem ducere, vel dotare tenetur ex diſpoſitione *Textus in cap. 1, de adulter. in 6.*

NOTÆ.

Florentiæ viget Lex circa Stuprantes anni 1754. tenoris videlicet = Che da qui in avvenire qualunque Querelato, e convinto di Stupro ſemplice, non ſi condanni più alla pena di lire cinquecento a favore del noſtro Fiſco, ed a ſpoſare, o dotare: ma ſia ſolamente condennato alla pena di lire trecento da applicarſi interamente in benefizio de Poveri dello Spedale di Santa Maria Nuova di queſta Città, e di S. Maria della Scala di Siena reſpettivamente, e nelle ſpeſe del Parto = Quid de Iure Communi, *Baiard. ad Clar. in §. Stuprum ſub n.* 42. quoad pœnas, & paſſim DD. de materia Dotis pertractantes, quoad onus dotandi.

At quoniam in ſupradicta Lege decernitur tantum de Stupro ſimplici, putarem quod in Stupro qualificato procederent regulæ Iuris Commun. ſcilicet quod Stuprator teneatur virginem violatam dotare, *Spereil. dec. 6. num. 14. & in Avenionen. Dotationis 3. Martii 1692. cor. Caprara*: etiam ſi eam in uxorem duceret, nam deflorans hoc caſu tenetur dotare, *dec. 74. num. 34. cor. Penia Ciarlin. controv. 174 n. 76. & 77.* Verum ſi Stuprans obierit condemnantur eius hæredes ad dotandum, *De Luc. in ſupplement. t. 2. de dot. diſc. 170. n. 2.*

Fi-

Poſt Avum, Alioſque lineæ maſculinæ Aſcendentes quarto loco ſubintrat Matris obligatio, *Leg. ſi quis a liberis* §. 1. *ff. de liber. agnoſc. Mantic. de tacic. lib.* 12. *tit* 16. *n.* 28. Relate ad filiam legitimam, & naturalem, ſecus autem reſpectu naturalium tantum, quia eo caſu deficiente Patre ad eam tantummodo ſpectat onus dotandi, eodem ceſſante in ulterioribus Aſcendentibus,

NOTÆ.

Onus hoc ad Matrem, ac alios lineæ maternæ aſcendentes ſpectat ſubſidiarie ſolum poſt Deſcendentes lineæ maſculinæ, *Rot. poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.* 134. *num.* 8.

Quamvis ex æquiori Sententia receptum ſit utriuſque ſexus aſcendentes ad Dotem teneri, iuxta *dec.* 30. *par* 7. *rec.* attamen ſicut in legitimis prior eſt obligatio Aſcendentium per agnationem, ita in baſtardis eſt prior illorum per cognationem, quia baſtardi non retinent agnationem, *Franc. dec.* 238.

Quæ actio competat Uxori ad repetendam Dotem.

CAP. XIX.

MArito pro Dote exigenda actionem = ex ſtipulatu = competere certum eſt, eodemque modo Uxori pro eadem repetenda, actionem prædictam concedi non ambigitur, *Leg. aſſiduis §. ad hæc omnia Cod. qui potior. in pignor. habeantur §. fuerat inſtit de action.* quod quidem ius ad hæredes Mulieris tranſit *Text. in Lege unica §. maneat Cod. de rei uxoriæ actione*: regulariter actio hæc eſt bonæ fidei, eo quia datur ad Dotem repetendam una cum fructibus decurſis poſt ſolutum Matrimonium, quod procedit tam de Iure Civili, quam Canonico, *Leg.* 2. 7. & 11. *ff. ſolut. matrim.* ratio eſt quia actio de Dote datur etiam pro eius augumento, at cum fructus pertineant quandoque ad augumentum Dotis, ergo ſequitur (ut diximus) quod pro fructibus detur &c.

Mulier habet etiam in caſu prædicto actionem hypothecariam, quæ dicitur perſecutoria rerum Mariti, vel tacite ex Legis diſpoſitione, vel expreſſe obligatarum prout opportune demonſtravimus in tractatu de Creditor. Concurſ. &c. Notando hic

 quod

quod licet hæc actio de Dote repetenda dari ſoleat Matrimonio iam ſoluto; attamen eo etiam conſtante dari poteſt in caſu, quo Maritus, vel ſua culpa, vel citra illam vergat ad inopiam, cum tunc periculum ſit in mora *Leg. ubi autem Cod. de iur. dotium*, ut alibi demonſtravimus,

---

Obſervationes in materia Legis Fœminæ §. illud. quoque Cod de ſec. nupt ad ampliorem explicationem earum rerum, quæ in hac ſpecie in pr. Tomo diximus.

CAP. XX.

HUius Legis diſpoſitio eſt, quod Mulier ſecundo nubens privetur bonorum proprietate a prædefuncto viro provenientium ex lucrativo ſucceſſionis, aut Legati titulo, ſolo uſufructu retento *Cuiac. in dict. Leg. verſic. & additur etiam, & verſ. nam ſi ante mortem, ibique Weet. in comment. ad Pandect. lib.* 23. *tit.* 2. *Heinec. dict. Paratit.* §. 178. *Domat. les lois civil liv.* 3. *tit.* 4. *ſect.* 2. §. 1. *Florentin. Bonorum de Mannellis* 1711. §. 1. *coram Luci:* hæc locum ſibi vindicat non tantum in Matre ad ſecunda vota tranſeunte, ſed ex communi Doctorum Sententia procedit etiam in Patre, & in Avo, pro ut firmat *Rot. noſtr. in Florentin. Succeſs.* 4. *Septembr.* 1636. §. *quod dubium, & lib. motiv.* 111. *a* 274. *ex auctoritate Textus in Leg. generaliter* 5. *Cod. de ſec. nupt.* & firmat *ead. Rot. noſtr. in dict. Florent. de Mannellis* ibique Concordantes, ſive ante tranſitum ad ſecundas nuptias, ſive poſt eaſdem contractas in bonis prædefuncti coniugis ſucceſſerit, *Barboſ. in dict. Leg. fœminæ num.* 35. *Barry de ſucceſs. tom.* 2. *lib.* 18. *tit.* 2. *n.* 8. *verſ. quod Rot. dec.* 80. *num.* 10. *par.* 6. *rec. & Rot. noſtr. lib. motiv.* 46. *a* 108. *t.*

Huiuſmodi diſpoſitionis ratio fundata eſſe videtur in compenſationem iniuriæ, quam ex Patris, vel Matris binubatu filiis primi Matrimonii infertur, pro ut deciditur in §. *ſi ante tutelam verſic. nota autem auth. de nupt. & in* §. *proſpeximus auth. de elig. ſecund. nupt. Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 80. *n.* 2.

Patris Binubi excluſio a proprietate bonorum ab Uxore prædefuncta provenientium locum obtinet non ſolum ſi immediate in illis ſucceſſerit, ſed etiam ſi mediante filii perſona eadem bona in eum obvenerint ſucceſſionis titulo, *dict. Marta de ſucceſs. legal. par.* 2. *qu.* 2. *art.* 2. *n.* 1. *Berſan. de Viduis qu.* 19. *n.* 5.

n. 5. *& append. poſt dict. tract. num.* 1. ubi declarat contrariam opinionem *relat. in dict. qu.* 19. *n.* 6. *Rot. dec.* 177. *n.* 2. *par.* 4. *tom.* 2 *rec. Rot. noſtr. lib. mot.* 46. *a* 108. *§. moti, & lib.* 11. *a* 74. *§. nec minus, & in Florent. Bonorum* 8. *Auguſti* 1671. *coram Farſett. ſeu. lib. motiv.* 117. *a* 498. & in eadem proprietate ſuccedunt non tam filii maſculi, ſed etiam fœminæ, quamvis a Statuto excluſæ, iuxta receptam, & communem *Saliceti Theoric. in dict. Leg. quam ſequuntur Perez. in Cod. d. tit. de ſecund. nupt. n.* 6. *Woet. in comment. ad Pand. lib.* 23. *tit* 2. *de rit. nupt. n.* 104. aliique relati *a Rot. cor. Bich. dec.* 350. *num.* 33. & in terminis *Statut. noſtr. Rot. Flor. lib. motiv.* 79 *a* 219. *& lib. mot.* 94. *a* 73. *& in Florentin. Succeſs.* 4. *Septembr.* 1736. *lib. mot.* 111. *a* 274. *& in Vot. dict. Auditoris Luci &c.* Iſtius Saliceti Theoricæ, ratio eſt, quia Statutum noſtrum *ſub Rubr.* 130. *lib* 2. *& reform. anni* 1620. agunt de ſucceſſionibus inteſtatis, ideo aperte conſtat, quod Legis prædictæ diſpoſitioni derogatum non intelligatur, nam quod filiis defertur ob Parentum binubatum, ad reparandam iniuriam ipſis illatam non ſit ſucceſſio, ſed lucrum a Lege eiſdem reſervatum, ut probat *Text. in auth. lucrum Cod. de ſecund. nuptiis Gobio conſ.* 64. *n.* 63. *Rot. cor. Bichio dec.* 350. *n.* 40. *& Vot. dict. Auditoris Luci* ex quo ſequitur, quod filii ad hoc beneficium admittuntur, licet non ſint hæredes Patris binubi, nec Fratris a quo dicta Bona ad Patrem pervenerunt, *Leg. generaliter §. fin. Cod. de ſecund. nupt. Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 21. *n.* 7. *& ſeqq. Rot. cor. Bich. loc. cit.* quare in terminis etiam renunciationis factæ de omnibus hæreditatibus firmant Doctores, quod nihilominus filii renunciantes eam vindicare poſſint a Patre Binubo, niſi agatur de renunciatione abdicativa, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſ.* 2. *par.* 4. *n.* 49. *De Luc. de ſucceſs. ab inteſt. diſc.* 33. *num.* 7. *Rot. dec.* 45. *n.* 25. *& ſeqq. par.* 7. *rec.* & in præciſis terminis *Rot. noſtr. lib. mot.* 94. *a* 73. *Salic. Theoric* de qua ſupra, procedit etiamſi excluſio fœminarum ſit a Statuto præſcripta in favorem agnationis, prout magiſtraliter decidit votum prædictum Dom. Auditoris Luci.

Quod quidem locum habet etiamſi fœminarum excluſio a ſucceſſione, vel hæreditate concepta ſit dictionibus univerſalibus & illimitatis, *Barry de ſucceſſ. lib.* 18. *tit.* 2. *n.* 8. *Boer. dec.* 187. *Berſan. de viduis cap.* 3. *qu* 19. *& Rot. noſtr. in Florent. Bonorum* 8. *Auguſti* 1671. *cor. Farſetti lib. mot.* 117. *a* 498.

Et quamvis fœminæ excludantur a Statuto expreſſe, ſublata diſtinctione Patrimoniorum, paterni ſcilicet, & materni, huic obiecto reſpondet dictum Votum Domini Auditoris Luci.

Neu-

Neutiquam vitatur a Patre dictæ Legis cenſura, etſi ex iuſta cauſa ad ſecundas convolaverit nuptias, inter quas recenſetur cura filiorum, fœminarum præcipue, domus gubernium, votumque propagandæ familiæ. Iſtæ ſiquidem ſufficere poſſunt, ad effectum ut arbitrium Iudicis, vel Principis moveatur ad indulgendum Patri, eumque abſolvendum a pœna Binubatus, verum non ſervata hac ſolemnitate, cauſæ prædictæ non reddunt Patrem a Binubatus pœna immunem, ut declarat *Rot. noſtr. in Florent. Donat.* 10. *Septembris* 1697. *cor. Belluzzi* quam ſequitur *dict. Dom. Aud. Luci in prælaudato Voto* 11. *Septembris* 1711.

Nec ceſſat dictæ Legis diſpoſitio etiamſi ſecundis nuptiis Parentum, conſenſus expreſſus filiorum acceſſerit, nam hic referri debet reverentiæ Patri debitæ, qui actus virtutis potius, non debet filiis præiudicare, ut firmant *De Luc. diſc.* 33. *num.* 5. *de ſucceſſ. ab inteſt. quem ſequitur dict. dec. Florent. coram Belluzzi* quare communiter recepta Sententia eſt, quod diſpoſitioni Legis fœminæ renunciatum non cenſeatur, niſi ſpecialiter renunciatio facta fuerit, *Rocca diſput. cap.* 55. *num.* 58. *Franc. deciſ.* 435. *n.* 29. *& dec.* 666. *num.* 4. Hinc ſequitur, quod dum quæratur, utrum legatum coniugi relictum etiam in caſu tranſitus ad ſecunda vota cenſuræ dictæ Legis, nihilominus obnoxium ſit receptior Sententia eſt, quod Legatum hoc filiis primi Matrimonii reſervatum intelligatur, & Coniux ſecundo nubens cadat a proprietate Legati, prout videre eſt apud *Gobium conſult. deciſ.* 64. *num.* 34.

Obſervat. ad Leg. hac Edictali, Cod. de ſecund. nupt.

CAP. XXI.

POſthabita hic, ea quæ a Statuto Flor. diſponuntur, prout egimus ſub Cap. 2. oportunum putamus Tyrones ea noſſe quæ Lex hæc diſponat, quæve a Doctoribus materiam pertractantibus traduntur.

In hoc Textu ſancitum legimus, quod Maritus, aut Uxor ad ſecunda vota migrantes de propriis bonis nequeant ullo titulo, tam inter vivos, quam mortis cauſa, plus conferre in novum coniugem, quam contulit in unum liberorum præcedentis Matrimonii, ac illum quidem, qui minimum acceperit, & ſi quis plus dederit de facto, id ut datum liberis prioris Matrimo-

trimonii læſis deferendum, *Berſan. de vid. cap.* 3. *qu.* 10. *n.* 1. *Rot. Flor. cor. De Comit. dec.* 119. *per tot.*

Diſpoſita ab hac Lege tendunt ad tollendam inæqualitatem illam quam parentes ob dilectionem ſecundi Coniugis, erga prioris Matrimonii filios ſervare ſolent, quæ inæqualitas conſiderari debet, cum actio exerceri poſſit, *Berſan. loc. cit. n.* 2.

Si uni liberorum minus legitima reliquerit, inſpiciendum eſt, non quid reliquerit, vel quid relinquere debuerit, atque ita tota legitima conſideranda eſt, cui reſpondentem quantitatem etiam ſecundo Coniugi poteſt relinquere, *Fontanell. de pact. nupt. lib.* 3. *cap.* 62. *n.* 16. quæ quidem opinio non ſine controverſia eſt *Fontanell. loc. cit.*

Pars minor data filio, non illa tantum intelligenda eſt, quam filius habuit ex Teſtamento Patris, ſed etiam quam a viro, & ſuperſtite habuit *id. ibid.*

Diſpoſitio huius Legis non extenditur ad uſumfructum legati, quod integrum Uxori renubenti remanere voluit, *Iuſtinian. Theſaur. qu.* 29. *n.* 1.

Contrarium tenet *Fontanell. in hac Leg. n.* 33. *De Comitib. dec. Flor.* 119. *Bald. in Leg. hæreditatum n.* 19. *ff. ad Leg. falcid.* facta tamen illius fructus eſtimatione.

Iuxta tamen *Fontanell.* computatio huiuſmodi uſusfructus facienda eſt iuxta regulam, *dict. Leg. hæredit. Fontanell. & De Comit. loc. cit.*

In *Leg. hac edictal.* Iudicio, veniunt etiam fructus a die mortis Teſtatoris, & ante motam litem, itaut illud plus, quo filiis primi Matrimonii reſtitui debet, reſtituendum ſit una cum fructibus a die mortis vitrici, vel novercæ; *Fontanell Leg.* 7. *n.* 54. Non veniunt autem fructus a die factæ donationis, nam filii primi Matrimonii, de ea conqueri vel contra eam agere non poſſunt, niſi poſt mortem Patris, aut novercæ, *Gabriell. concluſ.* 4. *num.* 55. *& ſeqq. De Comitib. loc. cit.*

Filii primi Matrimonii æqualiter ſemper inter ſe dividunt id quod Coniux accepit, etiam ſi ipſi a Parente eſſent inæqualiter honorati, *Surd. conſ.* 137. *num.* 3. *vol.* 3. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſ.* 8. *par.* 4. *n.* 21, at cum Lex hæc loquatur de viduis, comprehendit etiam relicta ſub conditione viduitatis, *De Comitib. loc. cit. n.* 23. Si quis ex liberis prioris Matrimonii, per Statutum, vel renunciationem eorundem filiorum factam ſit excluſus, propterea excludi non debet Coniux ſecundus, vel ſecunda quia Pater ſic, vel mater filio illi, vel filiæ nullam iniuriam infert, & ſi parum, vel nihil relinquat quia id facere non tene-

teneatur, cum hæc Lex in litera de titulo lucrativo loquatur ergo ad oneroſum, extendi non debet, *Riminald. conſ.* 47. *n.* 9. *& conſ.* 241. *Michalor. de fratr. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 104.

Ulterius Legis huius diſpoſitio locum ſibi vindicat in legatis alimentorum novercæ relictis, dummodo ſuperſtes Coniux, cui facta fuerunt non ſit adeo pauper ut aliunde non valeat ſubſtentari, *Surd. de alim. tit.* 9. *qu.* 9. *n.* 13. *&* 16. *Rot. coram Cerr. dec.* 352. *n.* 20.

Hæc tamen diſpoſitio procedit tantum in relictis titulo lucrativo, *Surd. conſ.* 164. *num.* 2. *De Comitib. loc. cit.* Nec habet locum quando ſecundæ coniugi filiorum primi Matrimonii contemplatione aliquid relinquitur, *De Comit. loc. cit.* quod quidem ſequitur quando mater inter vivos relinquit aliquid, aut deſignat filiis ſecundi Matrimonii, quia iſtud non conſideratur ad arguendam inæqualitatem, *Merlin. de legit lib.* 4. *tit.* 2. *qu.* 13. *n.* 7. Neque procedit in bonis relictis ſecundo Coniugi cum onere reſtituendi filiis primi Matrimonii, *Leg. mulier.* 22. *ff. de trebell. Michalor. de fratr. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 162. *Berſan. de vid. cap.* 3. *qu.* 10. *n.* 14. *De Marin. alleg.* 64. *n.* 20. *& ſeqq. tom.* 3. *De Comit. loc. cit.*

Expoſita Concluſio procedit tantummodo in caſu quo ſecundus vir qui re, & incontinenti gravat liberis primi Matrimonii reſtituere, adeout nudi Miniſtri, vel Hæredis fiduciarii vices gerat, nullumque ex binubæ Uxoris hæreditate commodum ſentiat, ſecus vero ſi gravatus ſit reſtituere ſub conditione, vel in diem, ut ex citatis &c.

Poſtremo ſupradicta Lex prohibet omnem machinationem, aut cautelam per quam indirecte plus relinquatur coniugi ſecundo quam liberis primi Matrimonii. *Hodiern. ad dict. Leg. qu.* 26. *n.* 24. *De Comitib. ubi ſupra.*

Quandoque accidit legata fieri cum aliquo apparenti onere, ad eludendam dictæ Legis cenſuram, ideo Iudex caute procedere debet in perpendendis titulis oneroſis, utrum recte ſubſiſtant, vel potius machinati fuerint ad fraudandam dictam Legem, *Hodiern. ad hanc Leg. qu.* 23. *&* 32. *De Comitib. ibid.*

Obſervand. poſtremo, quod quidquid vigore huius Legis debetur, non imputatur in legitimam, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 5. *Gloſs.* 8. *par.* 4. *n.* 57. & e contra legitima non venit in computatione, pro diviſione facienda, ſed prius ea detrahenda eſt a filiis primi Matrimonii, & poſtea æqualiter, & prout *Fontanell. & De Comitib. loc. cit.*

Ga-

